
FLORIANI DVLPHI
I. V. D. COLL. BONON. IN PATRIO
ARCHIGYMNASIO PVBLICI
LEGVM PROFESSORIS
CONTROV. IVRIS LIBER 2.us
NICOLAO LVDOVISIO
ET
S. R. E. CARD. EMINENTISS.mo
MAIORI PÆNITENTIARIO
DICATVS
Vno Imus minor
Exaltabitur in gloria
BONONIÆ
MDCLIII
Superiorum Permissu

EMINENTISSIMO PRINCIPI NICOLAO S. R. E. CARD. LVDOVISIO Maiori Pœnitentiario.

INsignis, & præradians Tua Virtus Emin. Card. quæ iampridem veluti coruscum sydus omnium oculos in se vnam cõuertit, satis amplam videri potest præbuisse ansam, cur lucubrationes hasce meas in lucem prodire fuerim passus; Et certè, cui Veritatis, ac Iustitiæ munus magis conuenire, acceptumque fieri potest, quam Viro earum amantissimo, simulq; studiosissimo? Quin imò Veritas ipsa Tui Nominis non modo fulgore illustrata clarior eluceſcit: sed & Iustitia tuæ Purpuræ splendore præstricta multò lucidior clareſcit, dum præcipuè, qui Veritatem, ac Iustitiam colere, & excolere gestiunt promptiori fauore, ac beneuolentia ità prosequeris, vt inter reliquos eiusdem Veritatis, ac Iustitiæ cultores singularis maximè præstes, & emineas, quippe qui honorem Dei, qui summa Veritas est, atq; essentialiter Iustitia, semper in animo,

semper in oculis habes; sed mihi cum multis hæc causa communis censetur; aliarum insuper impulsus accederent, quæ me, domumque meam præsertim attingunt, at istis nunc recensendis supersedeo, mihi enim compertum, quod quam libens omnibus gratiam, ac studia præstas, tam eorumdem mentione aures tuæ non gaudent. Quamobrem hoc vnum Te oro B.C. vt quemadmodum Humanitati tuæ placuit arctis meritorum me vinculis deuincire, sic digneris pro tuo in me gratissimo animi affectu, sereno susscipere vultu, placidaq; respicere fronte obsequentissimi munusculum Clientis, qui præclarissimis Tuis Virtutibus meritum dignitatis, & fælicitatis Apicem, dum spiritus hos regit artus, ex animo non cessat, vt debet, adprecari. Vale æternum, & æternum viue.

Eminentiæ Tuæ

Humillimus, ac deuinctissimus Cliens

Florianus Dulphus.

In Librum alterum Legalium Controuerſiarum elucidatarum Præclariſsimi I. V. D. Coll. & Equitis Bonon. Floriani Dulphi

EVLOGIVM.

Glorioſum controuerſiarum nomen citrà controuerſiam deinceps eſto.
Controuerſiarum namq; hæc ſeries certiſsima eſt dubietatum euerſio.
Vera, & optima maligna duplicitatis deciſio.
Apertiſsima quoque abſcondita veritatis inuentio.
Perditaq; tandem ſimulationis perditio.
Controuerſias haſce doctiſsimas, ingenioſiſsimas
Perlege, Lector, meditare, diſcurre, in te verte.
Floridam FLORIANI DVLPHI doctrinam
Validiſsimis Vallatam, Ventilatam Argumentis
Plauſibili carpe mentis ore, manu, olfactu.
Inſcitia contrariari ne deſinas, & meritò habebitur in certum
Num plus debeat Iuris prudens huic libro,
An ipſius Aſtrea libra legum controuerſa
aquanti ponderet,
Quia omnibus ſummotis ſcrupulis lapides omnes
Facillimè moueri poterunt, quibus Leguleius
poſſeſsionis aqui, boniq; compos fiet.
Quid plura?

Ouidius Montalbanus Phil. & Legum Doct. P.

In laudem Auctoris.

Floriani legum spargit qua dextera flores,
Eximiæ laudis fructibus aucta micat.
Lex anima est Mundi. Hic animat dum legifer Orbem,
Æmula Diuinæ dextera condit opus.

Io. Dominicus Bassus S. Petronij Canon.

Quam bene Te gaudet præstantem adhibere ministrum,
Qua Dea de superis vltima liquit humum!
Te propter legum magis est pretiosa supellex,
Hocq; recens inter maxima Floret opus.
Purpureus fouet Astreæ tua Iura sacerdos,
Sacraq; sic fulcis Cardine Iura sacro.

Caroli Constantis Bentiuoli I. V. D. Coll.

Alluſio ad Solem Gentilitij Stemmatis.

Ambiguas Dulphus mentes, hærentia corda,
Ceu iubar exortum nubila dense fugat.
Quæq; diu cæcis latuerunt pressa tenebris,
Legalis Sophiæ viribus ille beat.
Hic labyrinthæos potis est dissoluere nexus,
Candidaq; obscuris ponere fila dolis.
Fortunate virum, licuit cui tam benè posse
Lumine soluago dogmata vera dare.
Miraris florem Floriani gignere lucem?
Flos Heliotropij est: lumine Solis ouat.

Alexander de Sanctis.

In laudem Auctoris.

Qui proprio lucere potest per tempora Vita
Lumine, in alterius munera solis abit.
Hoc Lumen Verbis, hoc scriptis lumen in Axe
Per Lustra Astrea sex tibi concilias.
Candor inest Verbis, in scriptis candida splendet
Vsq; fides, Diua fida per astra comes.
Quid quæris? Per Te non falsa oracula reddit
Sancta Themis, merito ni minor illa tuo est.
Forte magis cupies Consultus Apollo videri?
Quàm benè. Et his radijs Alter Apollo micas.

Alluditur ad Stemma Auctoris.

Lex Cœlum est, Cœlum Phœbea lampade fulget,
Tu Legem illustras. Hoc tibi Stemma refert.

Auctor vltra triginta annos absque intermissione Felsineo in Archigymnasio Legale studium professus est.

Triginta totos Saturnus obambulat annos
Vtriusq; moram Lucis habere fugit.
Hunc superas per sex, & plura (o DVLPHE) laborem
Lustra, nec à studio linquis abire diem.
Quod si conspicuos gradiatur super ille Planetas,
Astrifero dabitur quis Tibi in axe locus?

Ludouicus Boncompagnus V. A.

SOli saliq; sceptra Quiritibus
Longè atq; latè Iura tenentibus
Legum ligantum norma senas
Bis tabulas fuit omnis intrà,
Ac iussa deinceps dicere Gentibus:
Et ad bilancem pondera litium
Pendere Causarumq;, dextrâ
Æquilibrante manu, solebant;
Dum verò semper sacla, malis satis,
Peiora inibant, atq; licentia
Grassata Noxa creuit, altum
Inq; dies caput efferebat:
Prauis creata ritibus hinc bona
Leges, sagaci pectore tot Patrum
Responsa deprompsere Docti
Vnanimes noua tot Senatus
Consulta flecti cerea, in anxios
Torquenda sensus, millia frontibus
Quot non apertis comprehendêre
Hinc patula tabula? vt legendo
Lustrare tantum sit labor Herculis
Tentamina æquans Amphitryonij;
Sic vsq; Iuris, fonte paruo,
Riuus in Oceanum refusus.
Ergò supremam reddere Gloriam
Vestris, LYCÆI Felsinei DECVS,
Musis docebit, FLORIANE,
FLORA tuas redimire flore
Genas adornet sternere stemmati
Nidum paterno, germine frondium,
Quas vnda Chroni, quas maritis
Fertilis educat Alba campis,

Ligu-

Liguſtra vobis dulcè fragrantia
Chloris retexat lilia cum roſis,
Myrtoſq́, Socro Digne magno
Mercuriale Gener, Celebris
Ætate noſtra: namq́, agitantibus
Ventis, procellis conglomerantibus
Æquor diù multùmq́, fœlix
Legifera Themidos remenſus
Et puriores dulcis aqualicis
De ſalſiori pectore venulas
Totus bonum in commune pronus;
Scilicet illa dies terenda
Nocteſq́, nusquam veſtra Volumina,
Stipata centum codicibus, ſatis
(Rimare tenuem dudum ad vnguem:)
Trita manu memoriq́, mente
Volui ſinebas. Denique quicquid eſt
Succi, & medulla, & viſceris abditi
Iam ponis expromptum ſaporem
In media reuocare luce
Vires. Strepentes quis Rabulas, quibus
Ars copioſis vbera quæſtibus,
Fictâq́, ſub Legum ſlaterâ
Per Fora Faſq́, Nefaſq; promptis
Gyrare, linguam vendere, Iudicum
Pennis tribunal lucriloquacibus
Complere, teſtataſq; neſcit
Per Decades reſonare lites?
At te decebat, cœlica quo Themis,
Germana Recti & candida Veritas
Reſurgit inconcuſſa, Victrix,
Preſſa diù bona Cauſa tandem

Cunctis

Cunctis triumphat, fortiùs obuiam
Tantis tremendum Numinum oraculis
Venire monstris, & latebras
Sic Gemini referare Iuris,
O FLORIANE, floribus Ingeni,
Artisq; Doctrinam redolentibus,
Et vocis exornare rore,
Et Latio decorare dicta
Lepore: DVLPHI Te niueis super
Attollet altum Fama curulibus
Laurumq; Palmarumq; Flores
Illa ferens manibus perennes.

Cecini
Valentinus Steberus Germanus diocœsecos
Moguntinæ Hagiopolitanus.

In lode dell'istesso.

PEr non mirar del Mondo
Gl' ingiusti falli, e indegni,
Accesa il giusto Cor di nobil sdegni,
Già schiua, e disdegnosa, inuerso il Polo
Spiegò la bella Astrea rapido il volo;
Ma lieta ecco sen riede
Pe le dotte tue Carte in Terra adesso,
Sol per lor già si vede
Librar frà noi la Lance. Onde tu stesso,
Ch'or co' Volumi tuoi ritorni in vita
Le Leggi, haurai da lor gloria infinita:
Il tuo nome fregiar d'eterni honori
San del tuo ingegno, o FLORIAN, i FIORI.

M. D. C.

ACcuratè scrutatus sum, iussu Illustriss. & Reuerendiss. D. Archiepiscopi, & Principis Bononiensis, Domini mei singulari obseruantia, mihi, & omnibus semper colendi, secundum Volumen Controuersiarum Forensium præstantissimi I. Consl. Floriani Dulphi Patritij Bononiensis nobilissimi Collegiati, & in eo nihil aduersans regulis Indicis inueni. Doctrinam autem reperi in eo solidissimam, vsibus forensibus accommodatissimam, & casuum expositionem postulantium, accuratissimè explanatorum, magnum numerum animaduerti; quapropter censeo opus dignissimum editione. Ex Aedibus meis die 13. Martij 1653.

Antonius Merenda I. C. Foroliuiensis, Professor Legum Eminens apud almam Studiorum Matrem Bononiam.

D. Inuentius Tortus Cler. Reg. S. Pauli, in Metropolitana Bonon. Pœnitentiarius, pro eodem Illustriss. D. Archiepiscopo.

Admittatur. Federicus Calderinus Reuisor Operum Legalium S. Officij Bonon.

Imprimatur. Fr. Casimirus de Cremona Lector Theol. Vicarius Generalis S. Officij Bonon.

FLORIANI DVLPHI
I.V.D. COLLEG. BONON.
Ac Illustriss. Cameræ eiusdem Ciuitatis alterius ex Aduocatis,
In Patrio Archigymn. publicè de mane Profess.

CONTROVERSIÆ IVRIS
LIBER SECVNDVS.

CONTROVERSIA LI.
Inter Illustriss. DD. Octauium Caprium, Catherinam Barzetam, Et Illustriss. DD. de Pensa de Monte Regali.

Ioannes Pensa

Amadeus primus Acquirens — Baptista — Petrus Gelardinus

Io. Ant. Hieronymus. — Bernardinus. — Franciscus. — Io. Franc. — Io. Paulus

Francisca Maria. — Cassandra. — Margherita. — Franciscus. — Amadeus. — Lazarus.

Catherina Margherita Barzeta. — Blanca Pontia. — Octauius Captius.

SVMMARIVM.

IN feudis tenor primæ Inuestituræ attendituir posthabita successionis natura, & omissa feudorum consuetudine, nu. 1. & nu. 27.

Feudi natura est genus, & Inuestitura est species, nu. 2.

Inuestitura nouat, & mutat naturam feudi, nu. 3.

Et omnes subsequentes Inuestituræ censentur factæ secundum conditiones primæ, nu. 4. & 30.

In materia feudali nulla est differentia inter masculum ex masculo, & masculum ex fœmina, quando masculi, & fœminæ sunt in Inuestitura comprehensi, nu. 5.

Non est locus successioni alterius lineæ, donec extat linea illius, in quo consolidatum fuit feudum, nu. 6.

In primogenitura semper censetur vocata linea recta primogenitorum de primogenito in primogenitum, nu. 7.

In feudis non datur transitus de una linea ad aliam, nu. 8.

Natura dominiorum acquisitorum est, quod sint perpetua, nu. 9.

Eo magis si agatur de feudo paterno retinendo, nu. 10.

Fœmina in feudis non tenetur ad seruitium personale, quando nulla in inuestitura de seruitio facta est mentio, nu. 11.

Et si ad seruitium teneretur, præsumitur concessa facultas seruiendi per alium, nu. 12.

Masculus superueniens non excludit fœminam, num. 13. quod declara, nu. 16.

Ex fœminarum vocatione non videtur considerata agnatio, nu. 14.

Mulier ex pluribus causis dicitur incapax feudi, de quibus habetur, nu. 15.

In feudi successione non attenditur proximitas respectu personæ eius, à quo vacat feudum, sed respectu pacti, & conuentionis eius, à quo feudum incæpit, nu. 17.

Si inuestitura sit facta pro masculis, & ijs deficientibus pro fœminis, masculus ex fœmina, fœmina præferendus est, nu. 18.

Etiam quod masculus sit remotior, nu. 20.

Natura ablatiui absoluti est, quod resoluatur in conditionem, nu. 19.

Illud pactum, quod deficientibus masculis succedant fœminæ, se concordat cum iure scripto, vt quamdiu ex eo, qui primus feudum accepit sit descendens masculus, non sit locus fœminæ, etiam si feudum semel transisset ad fœminam, nu. 21.

Non est curandum, quo tramite feudū descendat, sed & prima radix, & principium, nu. 22.

Omnes descendentes masculi, etiam ex fœminis dicuntur descendere à corpore primi acquirentis, nu. 23.

Fœminæ in feudo non succedunt, nisi in subsidium, nu. 24.

Primogenitura regulatur secundū naturam feudorum, nu. 25.

Nec fœmina in ea comprehenditur, nisi deficientibus masculis, nu. 26.

Vassallus nō potest disponere, quod feudum ad masculos transfertur ales trāseat, si in inuestitura non sint admissi, nu. 28.

Primus acquirens poterit tantū disponere de feudo, sed non alij in inuestitura comprehensi, eo quod alijs cōprehensis non potest tolli ius quæsitum, etiam in specie, nu. 29.

Princeps non potest alterare antiquam inuestituram, & in ea comprehensis præiudicare, nisi interueniat aliqua culpa, nu. 31.

Quis non potest auctorare ad proprium commodum, nu. 32.

Clausula, cui, seu quibus dederit, operatur, vt feudum dicatur hæreditarium, & possit transferri in extraneum, nu. 33.

Et sic mutat naturam feudi, nu. 34.

Quod declaratur, nu. 35. & nu. 38.

Sed

Sed nihil operari, quando ei adiectum est verbum in feudum, vel titulo feudi, nu. 36.
Verba aliquando ratione adiuncti mutant naturam, nu. 37.
Aliud est, quod clausula prædicta sit concepta per verbum singulare, aut verbum plurale, nu. 39.
Nec talis clausula operatur, vbi hæredum non est facta mentio, nn. 40.
Sed operatur tantum in primo acquirente, nu. 41.

Adsit Deus, & Virgo.

ANno 1532. 24. Nouembris Illustriss. olim Amadeus Pensa acquisiuit ab Illustriss. Comitibus de Linguilia Castra Ciliarij, & Rochæ Ciliarij cum omnibus eis adhærentibus, proposito firmato, erigendi primogenituram, vt sæpius se declarauit, morte tamen præuentus exequi non potuit: Ante tamen mortem eodem anno 1532. Primo idem D. Amadeus de prædictis Inuestitus fuit ab Illustriss. & Excellentiss. Principe Ioanne Georgio Montisferrati Marchione pro se, & filijs suis ab eis descendentibus masculis legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio procreatis, & procreandis, & ijs deficientibus pro fœminis, & filiabus, & quibus dederit, dummodo Excellentiæ suæ sit persona grata, & Iterum de anno 1538. Idem D. Amadeus cum eisdem verbis inuestituram obtinuit ab Illustrissima, & Excellentissima D. Anna Alemania Marchionissa succeditrice eiusdem Principis Io. Georgij etiam nomine Serenissimorum Principum Federici, & Margheritæ Mantuæ Ducum pariter eiusdem Montisferrati Marchionum. Vnde dicti Amadei filij bonum animum, & voluntatem paternam circà primogenituram exequi cupientes, & vt ad effectum demanderetur omne id, quod ipse deliberauerat, & vt eorum familia melius cõseruetur, saluo semper, & vbique reseruato Serenissimorum Directi Dominij Patronorum Beneplacito erexerunt primogenituram in personam Illustriss. D. Ioannis Antonij dicti Amadei filij Maioris tunc præsentis, & pro se, & suis filijs legitimis, & naturalibus masculis primogenitis in infinitum ex legitimo tamen matrimonio procreatis, illisq; deficientibus pro alijs masculis primogenitis vt supra procreatis succedentibus descendentibus, & proximioribus ex linea ipsius tunc defuncti Amadei, eò magis, quia habent eorum penè colla psam, & debilitatam familiam, & cupiant agnationem reparare, erigere, & instituere, & antedicta feuda, quantum de iure est augere, & in ampliorem formam, & primogenituram in perpetuum vt supra reducere, Idcircò legitur anno 1556. 28. Septembris Illustriss. D. Hieronymum pariter dicti Amadei filium Deo seruire cupientem in Hierosolymitana Religione licet vigesimo anno minorem cum præsentia, & consensu Illustriss. DD Baptistæ Pensæ I. V. D. Patrui, & Sebastiani Propatrui inter viuos donasse toram, & omnimodam sibi Hieronymo portionem spectatem in eisdem bonis feudalibus, & allodialibus locorum, & Castrorum Ciliarij, & Rochæ Ciliarij D. Io. Antonio prædicto eius fratri, ea adiecta lege, quod euenìte casu mortis eiusdem Ioannis Antonij, & DD. Bernardini, & Francisci pariter fratrum suorum sine liberis masculis ipse Hieronymus liberè rebus donatis vti posset, Quo defuncto, voluit, quod bona huiusmodi

modi ad proximiores domus de Pensis reddant, & reddere debeant, alienationemuè prohibuit, præterquam in casu Captiuitatis pro redemptione ab hostibus, postcà anno 1559. idem Illustriss. Dominus Bernardinus, dum esset minor decimo octauo anno, præcedentibus solemnitatibus, donationem à dicto Domino Hieronymo factam approbauit, eodemque modo, & ipse disposuit in eiusdem Domini Ioannis Antonij fratris maioris fauorem, ità vt post eum ordine primogenituræ admittatur eius primogenitus, & succeßiuè omnes eius masculi descendentes, ipsisq; deficientibus admittantur primogeniti ex proximioribus de linea masculina eiusdem D. Amadei, & ipsorum fratrum, qua extincta ad eundem D. Bernardinum, & filios, & descendentes masculos legitimos, & naturales, & ex legitimo matrimonio procreatos feuda spectent, & reuertantur, & eis non extantibus ad alios collaterales, & proximiores de Agnatione, & Parentela ipsorum de Pensis, si & pro vt Iuris fuerit, saluo semper inter eos iure primogenituræ, ità vt semper primogenitus succedat; Eodemq; anno 1559 ex post de Mense Octob. idem Illustriss. D. Franciscus Sanctiss. Redemptori Nostro volens in Religione inseruire, Cupiensq; fratrum exemplo eius familiam, & Agnationem augere, & in meliorem formam reducere, non ignarus de donationibus à se factis cum præsentia, & consensu eorumdem DD. Baptistæ Patrui, & Sebastiani Propatrui de Pensis donauit, Et ipse eidem D. Io. Antonio tunc etiam præsenti, & pro se, & suis filijs masculis legitimis, & naturalibus, ac de legitimo matrimonio procreatis Iura in dd. feudis sibi competentia, saluo tamen Serenissimi Montisferrati Marchionis beneplacito, reseruataq; inter prædictos fratres, & eorum descendentes in infinitum lineæ masculinæ primogenitura, iuxtà Principum morē, & consuetudinem, eisdemq; modis, & formis, prout in prædictorum fratrum donationibus continetur, de mense verò Nouembris subsequenti Serenis. Ducissa Margherita Mater Serenis. Ducis Gulielmi de Gonzaga eius filij Montisterrati Marchionis, accedente assensu, & consilio famigeratorum Iuris Consultorum Rolandi à Valle, & Marci Antonij Nattæ; aliorumq; Ducalium Consiliariorum præcedente prius fidelitatis de more Iuramento, de eisdem feudis d. D. Io. Ant. inuestiuit, seu potius inuestituram alias ibi factam confirmauit, eò quod Consentientibus fratribus sic conuentum extitit, vt paternæ voluntati obtemperarent, quia eorum pater primogenituram in dictis feudis erigere declarauerat.

Anno 1584. Idem D. Io. Antonius obijt, & in Castris, & feudis prædictis D. Hieronymum eius fratrem nominauit, eoq; non extante ipsius filium primogenitum, & si nollit, vel non acceptet d. D. Bernardinum tali casu secundum primogenituræ ordinem secundo genitum, & in eius defectum D. Amadeum Iuniorem d. D. Bernardini filium, eoq; non extante D. Franciscum alterum fratrem, & post eius mortem Illustriss. DD. Franciscam Mariam, Cassandram, & Margheritam d. D. Bernardini filias legitimas, & naturales, & earum filios in infinitum æquis portionibus in stirpes, & non in capita.

Anno 1590. 31. Ianuarij ijdem DD. Hieronymus, Bernardinus, & Franciscus, ad quorum notitiam deuenit, quod in donationum Instrumentis stipulatis in fauorem olim D. Io. Antonij eorum fratris, eiusq; primogenitorum, omniumq; aliorum suorum descendentium de bonis, & Iuribus feudalibus reperirentur adiecta verba, seu clausulæ, per quas in casu deficientiæ lineæ ipsorum omnium olim D. Amadei senioris filiorum, eadem feuda transire deberent ad Collaterales, & proximiores Agnationis, & Parentelæ eorundem de Pensis, idque re-

petitum

peritum reperitur in Instrumentis de anno 1556. & 1559. declararunt, & quilibet eorum declarauit, medio etiam cuiuslibet eorum iuramento, talia verba non dixisse, nec de eorum voluntate apposita, minusq; intellexisse præiudicare filiabus fœminis ab eodem olim Amadeo seniore descendentibus in defectum ex propriis d. olim D. Amadei. & eius lineæ masculinæ inuestituris concessis per Serenis. Marchiones Io. Georgium, & Ducem Federicum de anno 1532. 24. Octobris, & de anno 1538. 21. Februarij, pariter & de anno 1559. 10. Nouembris, per quas inuestituras fœminæ à d. Amadeo descendentes cõprehenduntur masculis deficientibus, & quæ sine earum culpa non potuerunt, nec possunt priuari masculina linea extincta, Vndè ipsi fratres ne in futurum disputetur, quatenus opus sit reponentes fœminas in gradu, salua semper reuerentia, & assensu Serenis. Ducis Mantuæ, & Montisferrati, saluoq; iure Directi Dominij, declararunt, & conuenerunt primam primogenituræ erectionem remanere firmam, & validam quoad descendentes d. D. Amadei masculos in totum, & per totum secundum formam, mentem, & tenorem ipsius erectionis, Voluerunt q; illas clausulas, vt in defectum descendentium masculorum succedant transuersales, Tanquam inaduertenter positas aboleri, & pro abolitis haberi perinde ac si vnquam fuissent appositæ, cò quod nequaquam eorum fuit intentio, vt transuersales extranei admittantur ad portiones debitas filijs, & descendentibus ab eodem Amadeo, filiasque fœminas ex eis restitui, & restituras esse in statu, & gradu, in quo erant in primis Inuestituris, Ità & taliter vt omnes pœnæ in Instrumentis appositæ, & aliæ præiudiciales habeantur, ac si non essent scriptæ, & cum Amadeus Iunior Patri prædecesserit anno 1602. factus fuit locus primogenituræ in fauorem Bernardini prædicti, qui dicta Castra, & feuda donauit Franciscæ Mariæ eius filiæ, & descendentibus ab ea, iuxta primogenituræ ordinem, mortuoq; Bernardino superstite d. D. Franciscæ Mariæ, seu potius Illustris. D. Margherita Barzetta eiusdem Franciscæ Mariæ filiæ, primogenita, superstitibus etiam Illustris. D. Octauio Caprio olim Illustris. D. Cassãdræ d. Bernardini alterius filiæ nato, & filio olim Illustris. D. Baptistæ Pensæ Transuersalis, Quarè primo orta lite inter d. Franciscam Mariam, seu eius primogenitam, & d. Baptistæ filium vti masculum de Agnatione proximiorem, habitoq; recursu ad Serenis. Vincentium Mantuæ Ducem, & Montisferrati Marchionem, & ab eo Excellentis. Senatui causa commissa ad sibi referendum, fuit per Senatum rescriptum ex arbitrio suæ Serenis. Celsitudinis pendere præstare assensum ad fauorem Mulierum descendentium ex linea Amadei primi acquirentis, & in earum defectum proximioris, seu proximiorum Agnationis de Pensa, & idcircò Serenis. Dux, & Marchio donationem per Bernardinum Franciscæ Mariæ factam confirmauit, in tantum, vt eius descendentes succedant, & post eos proximiores de Pensa.

Hodie enim insurrexit d. D. Octauius Caprius vti Masculus, & omnes alios in dd. feudis excludere intendit cum solus masculus ex Amadei primò acquirentis linea viuat.

Quarè de pluribus videndum est,

Primò. Vtrum Inuestituræ Amadeo Seniori factæ etiam pro fœminis in defectum masculorum sint attendendæ, itaut fœminæ sint comprehensæ, Item & masculi ex eis.

Secundò. An si fœminæ in primogenitura comprehensæ sint, & ex eis descendentes, sit præferenda fœmina primogenita, vel masculus ex secundo, vel vlteriori genita.

Tertiò. An Inueſtitura potuerit alterari, & immutari per inueſtitos in ea proximiores de Agnatione tranſuerſales non comprehenſos admittendo.

Quartò. An denique feudorum, & Caſtrorum alienatio fuerit permiſſa ex clauſula, & quibus dederit, de qua in Inueſtitura.

Et ad primum dubitari, non poſſe videtur, cum fœminæ, & ex eis deſcendentes debeant amitti ex tenore primæ Inueſtituræ, quæ poſthabita natura ſucceſſionis, & omniſſa feudorum conſuetudine regulariter attenditur, *Afflict. poſt text. in lib. 2. feudorum in tit. de duobus fratribus à cap. Inueſtitis*, dicens cum *Bart. & Bald.* ex ea natura, & conſuetudini eſſe derogatum, *Silvan. de feudis quæſt. 78.* ex hac ratione, quia feudi natura eſt genus, & inueſtitura eſt ſpecies, quæ generi derogat, *Manentes conſ. 106. nu. 28.* Sic etiam habetur ex *Sacra Rot. in deciſ. 124. nu. 2. & 9. par. 1. in recent. Gramat. deciſ. 103. nu. 131. Balzaran. in cap. 1. de feudo non habente propriam naturam feudi ſuper textu nu. 11. Ioannes de Anania conſ. 70.* dicens, quod Inueſtitura nouat, & mutat naturam feudi, per *text. to d. cap. 1. de feudo non habente propriam feudi naturam, Lofred. conſ. 14. nu. 11. & 12. nouiſſimè Camillus dalla Ratha in Theatro feudali tom. 2. par. 12. de lucidatione 77. num. 18.* & omnes ex ea ſubſequentes inueſtituræ cenſentur factæ ſecundum eiuſdem primæ conditiones, *Gratian. in diſcept. forenſ. cap. 345. nu. 3.* & dicam infra in 3. tertio quæſito, & quod maſculi ex eiſdem fœminis ſint admittendi, dixit *Rocental. in tit. de fœminarum ſucceſſ. ab inteſtato cap. 7. concl. 36. nu. 12. & concl. 37. nu. 15.* & in materia feudali nulla eſt differentia inter maſculum ex maſculo, & maſculum ex fœmina, quando maſculi, & fœminæ ſunt comprehenſæ in Inueſtitura, *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 36. nu. 1. & ſeq. Gratian. in dd. diſcept. cap. 999. nu. 1. & ſeq.* à quibus plures habentur cõcordantes, maximè cum in caſu noſtro non poſſit dici conſiderata Agnatio *deciſ. 6. p. 12. diuerſ. Socin. in I. Gallus §. nunc de lege nu. 5. ff. de liber. & poſth.* vbi rectè diſtinguendo decidit caſum noſtrum.

Ad ſecundum, prima facie videbatur dicendum fœminam ex D. Francisca Mariæ dicti D. Bernardini filia primogenita eſſe admittendam, cõ quod feudum fuit conſolidatum in perſonam dicti D. Bernardini, in tantum, vt minimè ſit locus ſucceſſioni maſculorum alterius lineæ, donec ex linea illius, in quo conſolidatum fuit, extat fœmina feudi capax, vt in *c. 1. de natura ſucceſſionis feudi*, & habetur ex *deciſ. Sacræ Rotæ 176. nu. 15. par. 5. diuerſ.* quod & procedere debet in primogenita, nam ſemper cenſetur vocata linea recta primogenitorum in ſucceſſione de primogenito in primogenitum ex propria primogenitorę ſignificatione abſq; alterius iuris tranſmiſſione, *Grattan. in dd. diſcept. cap. 456. nu. 42. & 43.* & in puncto, quod maſculus vnius lineæ non excludat fœminam alterius lineæ, dixit *Fujar. in tract. de fideicom. quæſt. 379. nu. 48.* ex hac ratione, quia non datur tranſitus de vna linea ad aliam in feudis nu. 50. *Balzaran. in cap. 1. de eo, qui ſibi, & hæredibus ſuis nu. 28.* & ideò ſi Amita iam ſucceſſit, non poteſt per maſculum excludi, cum non agatur de feudo acquirendo, ſed de acquiſito retinendo, *Bald. in d. cap. 1. de eo, qui ſibi & hæredibus ſuis nu. 5.* ex quo natura Dominiorum acquiſitorum eſt, quod ſint perpetua, eò magis cum agatur de feudo paterno, *Syliman. de feudis in rubr. qui ſuccedant in feudum num. 197.* cum per fœminam ad alios propagetur, *Clar. in §. feudum quæſt. 80.* Addatur nullatenus fœminam teneri ad ſeruitium perſonale, ex quo de eo nulla in inueſtitura eſt facta mentio, & ideò remiſſum cenſeri dixerunt *Io. And. in addit. ad Speculum in tit. de præſcript. col. fin. Afflict. in cap. 2. poſt Iſerniam in tit. ex quibus cauſis feuda amitt. Seraph. deciſ. 1105. nu. 9.* Imò ſi ad ſeruitium teneretur, præſumitur conceſſa facultas fœminæ ſeruiendi

uiendi per alium, *Rota Romana decis. 362. part. 2 in recent. nu. 3. Mantica de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 34. nu. 32.* nec masculum superuenientem excludere fæmi-
13 nam, *dixit Idem Rosental. cap. 7. conclus. 421. nu. 28. & seq. & concl. 44. nu. 7.* tantò magis, quia D. Octauij mater, & in iure, & in gradu videtur exclusa; *Idem*
14 *Rosental. de success. ab intest. d. rap. 7. concl. 36. nu. 12.* Minusq; vt superius dixi, fuit habita ratio agnationis ex fœminarum successione; *Grattian. d. rap. 999. nu. 1. & seq.*

Quæ & si vrgere videantur, nihilominus in casu nostro credo D. Octauium esse præferendum, eò maximè, quia tempore aperti feudi per mortem D. Bernardi-
15 ni vltimi masculi ipse viuebat, omittò enim, quod de iure communi mulier ex pluribus causis incapax sit feudi; primò, quia arma ferre non potest, secundò propter publicam honestatem, quæ non patitur vt cœtui virorum se immiscear; tertiò propter fragilitatem sexus, seu cõsilij, quod Dominus sequi non debet; quartò propter lubricitatem voti; quintò, quia varia, & mutabilis, *Milanens. decis. 1. lib. 1. num. 54.* & melius *Rosentel. de feud. de fœminarum præcessione ab intestato d. cap. 7. nu. 2.* dicens & ipse, quod fœminæ quater mutantur in hora, nec secreta tenere possunt, cum tacere nesciant, & quod fœmina non est simpliciter digna, sed secundum quid, masculo non existente, *Petr. de Gregorio tract. de concess. feudi par. 6. quæst. 10. num. 17. & 18. Philippus de Regio inter cons. Baldi 137. lect. 2.* cui subscripserunt sexdecim Doctores, *Mantica de coniect. vlt. voluntat. lib. 16. nu. 6. Milanens. loco quo supra*, imò & si feudum ad fœminam transisset superuenientibus masculis excludendam esse dixit *Rosentel. loco*
16 *quo nu. 10.* eò quod tunc feudi natura non dicitur extincta, sed dormire præsumitur, vt nu. 42. subiungens statim feudum repetere suam originem, nec nouam, nec originem ipsam propter fœminam mutasse; *Curtius. lib. 1. feudorum tit. 12. Peregr. de fideicom. art. 27. nu. 5. & seq.* multiq; alij infignes Doctores id approbarunt, quando, vt in casu nostro, feudum per masculum fuit acquisitum, vt per *Rotam Romanam decis. 155. part. 1. in recens. nu. 5. & seq.* eò quod verba, de quibus in *textu in cap. 1. de eo, qui sibi, & haredibus suis, &c.* debeant intelligi nedum donec masculos existit, sed de nato ex post; & sic vt non absolutè, sed conditionaliter fœmina acquisiuisse censeatur, quod & apertissimè dixit ille Doctissimus legum Euang. *Isernia (vt vtar verbis Marantæ in suo speculo in par. 3. principali in rubr. Iudicij tit. aggrediturus nu. 103.) in d. cap. 1. de his, qui sibi, & haredibus suis* fastinens, quod masculus superueniens succedit, & si prius fœmina possederit; & possessionem legitimè habuerit, eò quod fœmina conditionaliter feudum teneat, & materteram per neporem masculum superuenientem excludi debere, dixit etiam post alios *Iacobin. de S. Georgio in tract. de feudis in verbo & famina nu. 17.* minusque operari, quod masculi Mater fuerit exclusa; quia ipse non est exclusus tamquam veniens ex propria persona, *Menoch. cons. 333. nu. 11. Mantica de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 36. nu. 1. & 8.*

Nec dicatur, quod *Isernia*, & sequacium opinio ab aliquibus sit refutata, vt per *Cirier. de primogenitura lib. 1. quæst. 21.* & si ipsi idem *Isernia* maxima sit auctoritas, vt per *Marantam* loco quo suprà, quia nos non versamur in masculo su-
17 perueniente, sed tempore aperti feudi existente, Vnde absolutè sustinemus, quod extante Inuestitura pro masculis, & ijs deficientibus pro fœminis masculus, etiam ex fœmina est præferendus, per *text. in d. cap. 1. de his, qui sibi, & haredibus suis*, vbi idem *Isernia* in terminis terminantibus, & *Affliet.* ex pluribus rationibus; primò, quia in materia feudali, stantibus dictis verbis, intelligitur

de

de omnibus descendentibus masculis illius, cui concessum fuit primo feudum, & dicit istam quæstionem inter Sapientes, & legunt Peritos pluries discussam fuisse, & pro ea fauore masculi sententiatum, vt excludat à successione patris, & patrui filias fœminas, & sorores consobrinas, vt ibi 2. col. ante numerum primum *Philippus de Regio*, & sexdecim affirmantes in *d. cons.* 137. *inter cons. Baldi lib.* 2. inter quos *Gaspar de Calderinis* dicens, quod in feudi successione non
18 attenditur proximitas personæ eius, à quo feudum vacat, sed pactum, & conuentio eius, à quo feudum incepit, *Balzaran. in tit. qui feuda dare possint* §. *& quia nu.* 25. *post Molin. & alios Argel. de legitimo contradictore quæst.* 18. *art.* 5. *nu.* 36. *Lofred. cons.* 11. *nu.* 24. natura enim ablatiui absoluti secundum Grammaticos,
19 & Iurisconsultos est, quod resoluatur in conditionem, vt per *Rosental. d. c.* 7. *concl.* 45. *nu.* 16. dicens non solum esse intelligendum de prima vice, vt masculis sublatis fœminæ vocentur, sed etiam vlterioribus quotiescumq; contingat masculos ex ipso acquirente ortos decedere, eò quod tale pactum quoad hoc ad omnes eius descendentes masculos refertur, vt nu. 17. & ibi concludit, quod extante masculo semper fœmina est exclusa, dato etiam, quod masculus sit remotior, vt ipse asserit ibi, & in
20 *cap* 39. *nu.* 2. *& 3.* referens plures *Alex. cons.* 9. *lib.* 3. *Roland. cons.* 84. *nu.* 14. *lib.* 4. *Idem Balzaran. in eod. cap.* 1. *de his, qui sibi, & hæredibus suis nu.* 30. *dicens nu. seq.* quod illud pactū, quod deficientibus masculis se concordat cū iure scripto, vt quamdiù ex eo, qui primus accepit feu-
21 dum sit descendens masculus, non sit locus fœminæ, etiam si semel transiuisset ad fœminam, eò quod conditionaliter transiuisse dicatur, & spectetur potius origo, quam id, quod accidit, & datio eius, cuius est originalis descendens, non titulus illius, qui defunctus est, nec nos debere curare quo tramite feudum descendat, sed attendere principium, & primam radicem intantum etiam, vt
22 soluta successione per mortem filiæ in pristinam causam feudum reuertatur, vt ibi *Balzaran. nu.* 24. *&* 31. scriptum reliquit *Aluarot. in cod. cap.* 1. *de his, qui sibi, & hæredibus suis.* post plures *textus*, quos allegat, dicens id esse nota dignum, adducens rationem, quia à principio feudum est paternum, licet per pactum alteratum, & ideò non curandum, quo tramite descendat, sed attendendum esse principium, racidem, & fundamentum, eò quod omnes descendentes mascu-
23 li, etiam ex fœminis dicuntur descendere à corpore primi acquirentis, & idcirco nihil referre ad exclusionē fœminæ, siue sit masculus ex masculo, siue ex fœmina, *Fachineus* post hinc inde relatas more suo opiniones in *lib.* 7. *contr. in tis c.* 42. *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 23. *tit.* 34. *num.* 1. *& seq.* fœminæ igitur
24 non succedunt, & si stipulatio fuit etiam pro fœminis, sed tantum in subsidium masculis non extantibus, *Antonius de Rosel. de successione ab intestato nu.* 109. Nec obstat, quod in primogenituræ institutione semper censeatur vocata recta
25 linea primogenitorum de primogenito in primogenitum, vt supra dixi ex *Gratian. cap.* 456. eò quod primogenitura regulatur secundum naturam feudorum, *Corset. cons.* 11. *num.* 46. in annotationibus, nec per primogenituram natura feudi alteratur, *Mancin. d. cons.* 106. *nu.* 24. & in puncto affirmat. idem
26 *Gratian. in discept. pradict. cap.* 621. *num.* 20. in ò fœmina non admittitur ad primogenituram, & est exclusa, etiam si in feudo comprehensa sit, cum vocatio sit deficientibus omninò masculis, *Corset. d. cons.* 25. *nu.* 17. *Couar. var. resolut. lib.* 3. *cap.* 5. *versiculo quinto feuda, & maioratus*, & post magnam disputationem sustinuit *Martinus Laudensis de primogenitura q.* 11. vbi pluresrationes, & auctoritates pro hac opinione affert, & quando ex pacto liceret poste gare filium

primogenitum, & eligere secundogenitum, non tamen licebit eligere fœminam, etiam si fœmina ex pacto, vel de consuetudine ad successionē feudi admittatur, nam semper intelligitur ordine successiuo secundum naturam feudi, scilicet masculo non extante, *Bald. in c. 1. §. filia verò, in principio, de successione feudi, Mediolanensis d. decis. 1. nu. 62.* dicens in fortioribus terminis id procedere, etiam si superueniat masculus *nu. 63.* sub quauis forma concessionis facta.

Nec minus operatur, quod non fuerit habita ratio Agnationis, quia nihilominus 27 tenor inuestituræ, vt dixi in primo dubio est attendendus, vbi fœminæ, & ex eis descendentes, post tamen masculos sunt admissæ, vt per *Afflict. de feudo Marchia in §. si duo fratres nu. 3.* & id in inuestituris antiquis Nobilibus de Linguilaria, & alijs dictis Amadei præcessoribus seruatum legitur.

Ad tertium, vtrum filij d. D. Amadei potuerint immutare ordinem Inuestituræ 27
fœminas, & ex eis descendentes in prima comprehensos excludendo, & transuersales masculos de agnatione admittendo, & negatiuè resoluendum esse di- 28
cimus, eò quod vassallus non potest disponere, quod feudum ad masculos tantum transeat, si ex concessione possit ad fœminas, & earum descendentes peruenire, *Manent. d. cons. 106. nu. 24.* & in terminis terminantibus, quod feuda- 29
rius, qui non est primus acquirens non possit disponere, nec aliquid facere ad præiudicium eorum, quibus ex prima inuestitura ius fuit quæsitum, & pro 27
eis stipulatum, dixit post alios idem *Gratian. in dd. discept. in cap. 447. nu. 14.* etiã quod ius ex prima inuestitura esset in spe, vt ipse affirmat in *c. 372. nu. 12.* & sic Collaterales etiam masculi à primo acquirente, cum descendentes nequaquam considerari debeant, *Rosental. in d. c. 7. concl. 56. nu. 1. & 5. Thesaur. decis. 146. n. 3.* Minusq; posterior inuestitura præiudicare potest anteriori, *Magon. decis. Florentia 54. nu. 3.* dicens *nu. 26.* feudatarium sub alia lege dare non pos- 30
se, quam ipse habeat, ex quo id ad Principem tantum spectat, omnisq; noua Inuestitura debet secundum primam relatam declarari, *Cephal. cons. 369. nu. 100. cum pluribus seqq. lib. 3. Fabius Bonfertanus ad eundem Magonium in decis. Lucæ 14. littera B. in verbo concessionis*, & censeri factam secundum conditionem, de qua in prima dixerunt *Siluester & Alobrandinus cons. 42. nu. 6. & 7. Gratian. in d. c. 345. nu. 3. Gregor. Papa XV. decis. 105. nu. 19.* & habetur in *decis. 85. p. 2. in recent. nu. 7.* Nec Princeps potest alterare antiquam inuestituram, & comprehensis in 31
ea præiudicare, dum eorum non interueniat aliqua culpa, *Seraph. decis. 325. nu. 2.* eo quod redargueretur de contrarietate, maxime si fit ex pacto, & pro- 27
uidentia, vt in casu nostro, nam & tunc proximior potest alienationem reuocare, *Iserna in cap. 1. §. hoc quoq; de success. feudi, Afflict. & de feudo fueris controuersia inter Dominum, & Agnatum in §. si Titius filius nu. 2.* rectè ergo filij d. D. Amadei declararunt nullatenus collaterales masculos in Inuestituris à se factis esse comprehensos, Nec ommittendum esse credo, quod ipsi Amadei filij tempore prætensæ Collateralium ad feuda admissionis erant minores, & idem Collaterales prætendentes authorizarunt, vt in Instrumentis supradictis legitur, in tantum, vt de dicta authorizatione non sit habenda consideratio, nam regula fiat, quod ad proprium commodum quis non potest, alteri auctoritatem interponere, *glos. notab. in l. 1. in principio ff. de auct. Tutor.* & post plures *textus*, & *Guilielmum de Cuneo* dixit de cõmuni *Bald. in cons. 62. nu. 2. & 3. lib. 4.* & affirmat *Tuschus in littera A. concl. 565. in principio*, declararunt enim filij in dd. Instrumentis velle in quantum est de iure augere, & in ampliorem formam reducere, quod non fecissent, si ibi non comprehensos admisissent, supposue-

runt

runt etiam ibi disposita esse de iure ibi; *prout ius fuerit*, & ideò ad ius fuerit reduxerunt, adeò vt omnia sint regulanda secundum ius, etiã verba impropriando, *Marta de clausulis p. 1. claus. 112. nu. 15.* Noto etiam illud Instrumentum de anno 1556. vbi leguntur illa verba, quod dd. feuda, & Castra redeant, & redire debeant ad dictos Collaterales de Pensis, non enim ad eos poterit dici reuertenda, cum vnquam ea habuerint; vt aduertunt DD. inter quos *Rebuf. in l. verbum reddendi col. 4. ff. de verb. signif. in verbo redire*, & in omnem euentum in eis præsumitur error, vt in puncto Inuestituræ dixit *Pacian. in tract. de probat. c. 38. nu. 51. lib. 2.*

Ad quartum, an clausula *cui, seu quibus dederit*, operetur, quod comprænensi in inuestitura potuerint alterare, & ad libitum disponere de rebus feudalibus, &
33 dubium facit, quia talis clausula operatur, vt feudum dicatur hæreditarium, & possit transferri in extraneum, & in quem feudatarius voluerit, imò & in fiscum *Balzaran. in c. 1. de feudo non habente propriam naturam feudi super textu nu. 2. Peregr. decis. 150. nu. 41. Gratian. in disceptat. cap. 234. nu. 23.* & ratio est, quia talis
34 clausula mutat naturam feudi: *Corset. cons. 23. nu. 12. Tuschus in litera C. concl. 295.* His tamen non obstantibus contrarium, verius credo in casu nostro, eò quod nõ simpliciter legitur posita hæc clausula, sed adiecta qualitate, vt dario
35 tunc fieri debeat in personas Sereniss. Marchioni gratas, in tantum, vt non sit absolutè posita, nec ipse Sereniss. Marchio omnimodam potestatem ad libitũ feudatariorum concesserit, & sic nihil operatur, nisi limitatiuè, & secundum consuetudines, & constitutiones feudi, idem *Balzaran. in d. c. 1. de feudo non habente propriam naturam feudi nu. 2. & in tit. de feudo defuncti militis in S. feudum nu. 3. & 7.* dicens talia verba esse restringenda, vt non comprænendant potestatem alienandi contra naturam regularem feudi, nec in personam extraneã, præter Domini licentiam, nec in testamento disponendi, Quæ licentia cum non legatur in donatione per Bernardinum Frãciscæ Mariæ eius filiæ facta de
36 anno 1602. ergò non operatur. Minusq; iuuat, quando ei ãdiectum est verbũ in feudum, vel titulo feudi, *Signorolus de Homodeis cons. 10. nu. 2. vers. non obstat*, dicens, quod talia verba exalijs, de quibus in Instrumento censentur limitata, *Rubc. Alexandrin. etiam in sortibus terminis in cons. 110. nu. 10.* dicens, quod materia subiecta patitur restrictionem, *Nicol. Bellon. cons. 33. n. 5* ex quo talia verba debent intelligi secundum naturam feudorum *Alciat. cons. 113. n. 7.* nec
37 videtur dissensisse, *eadem Rota in com. penes Seraph. decis. 99. nu. 1.* nimirum, quia verba aliquando ratione adiuncti mutant naturam, *l. sed & si adjectatur, ff. pro socio, Ifernia in c. 1. §. donare, qualiter olim feud. alien. poss. Afflict. de feudis Guard. atq; Cattald. in §. si verò Cattaldi*, ij verò Doctores, qui dixerunt clausulam prædictam operari facultatem alienandi res feudales, requirunt, vt subsequantur hæc verba, videlicet, ac pro hæredibus, & successoribus quibuscunq;, vt per relatos per *Camillum della Ratha in dicto suo theatro feudali in tit. feuda, quibus dari, & concedi possint p. 6. tom. 1. dilucidatione 17. nu. 8.* & hæc verba hic non subsequuntur, in feudo etiam potius est admittendum, vt verba, siue clausulæ in inuestitura positæ sint superuacuæ, quam vt per eas feudum impropriũ reddatur, *Scrader. in tract. de feudis p. 2. cap. 3. nu. 107.*

Nec dicta clausula, *& quibus dederit*, poterit operari vltra personam Amadei, cui concessio fuit facta, Primò. n. talis concessio legitur in numero singulari ibi *Dederit*, prout & loquitur *tex. in c. 1. de feudo non habente propriam naturam feudi*, per quo ratiocinantur *Fald. Ifernia, & alij, Curtius verò iunior cons. 4. nu. 3. &*

pluribus seqq. quem refert, & sequitur *Scraph. decis.* 353. *num.* 5. *& Peregr. d. decis.* 150. *num.* 41. & alij loquuntur, quando clausula prædicta est concepta in plurali, scilicet, *Dederint*, vt penes eos videri possit, non enim ignorare debemus numerum singularem ad plures referri non posse, *c. debitum de Bigamis, & ibi DD. c. gaudemus de diuortijs, c. cum in illis, S. cum autem, de præbend. & dignitat. an.* 6. *& post textum in l. fin. ff. ad Trebel. Bald. in cons.* 242. *lib.* 3. *nu.* 1. vbi dixit nullo modo posse pari pluralitatem. Secundò, in hac nostra concessione non legitur facta mentio hæredum, quo casu clausulam extendi non posse, dixit post alios *Menoch. cons.* 61. *nu.* 26. *vers. Curtius.* Tertiò stipulatio stat pro se, & filijs suis, & ab eis descendentibus masculis legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio procreatis, & procreandis, & ijs deficientibus pro fœminis, vndè & si sequatur d. clausula, *& quibus deerit*, non tamen recedit à singulari numero, & feudum dicitur habere formam feudi, & si ipse primus Acquirens per dictam clausulam formæ non fuisset obnoxius, & facultas ipsi primo Acquisitori concessa extendi minimè potest ad successores, satis enim dicitur operari talem licentiam, quia & de primo Acquisitore potuisset dubitari, an dare posset, vt in puncto dixit *Corset. d. cons.* 23. *nu.* 12. *vers. & in casu nostro*, dicens posse tergationem nõ posse per successores fieri, subiungens per talem clausulam potestatem primo Acquisitori cõcessam, cæteris censeri denegatam, *vt nu.* 13. *& seq*

SIc itaq; vt superius scriptum, & conclusum est, dico, consulo, & affirmo iuris esse, Ego Florianus Dulphus vtriusque Iuris Doctor Collegiatus, Eques, & Comes, Iura de mane in Patria mea Studiorum Matre nuncupata Bononia legens, in cuius rei fidem hic me manu propria subscribens, consueti sigilli impressione annotaui, saluo semper consilio cuiuslibet alterius rectius sentientis, ad laudem Omnipotentis Dei, & Gloriosissimæ Virginis Matiæ.

Locus † Sigilli.

DOctissimè, & elegantissimè scripta supra ab Illustris. & Excellentis. D. Consult. Adoucato, & Collega meo tanquam iuri consona, in omnibus, & per omnia approbo, subscribo, & confirmo Ego Visinus Visius I. V. D. Colleg. Bon. in vtroq; Collegio Co. & Eques.

Locus † Sigilli.

STantibus supra eruditè, & maturè consideratis, & allegatis ab Illustris. & Excellentis. D. meo Floriano Dulpho libenter vti de iure concurro in eandem sentẽtiam Ego Franciscus Pedrinus Ventura I. V. D. Colleg. & ordinarius Professor Bonon. & sigillo meo muniui.

Locus † Sigilli.

COnsultationibus Illustris. & Excelentis. Collegæ mei, ac Domini singularissimi doctissimis, atq; lucubratissimis, non tam aliquid additurus, quam nominis indè non modicũ reportaturus, volens, lubensq; subscribo Ego Sebastianus Allè de Burghesanis I. V. D. Colleg. in Patrio Bonon. Gymnasio Cæsareæ facultatis in ordinaria pomeridiana sede Magister, ac Sanctissimæ Inquisitionis Consultor &c.

Locus † Sigilli.

REsponsum istud Illustris. D. mei Collegæ Dulphi est adeò doctum, & absolutum, vt mea nec aliorum indigeat comprobatione, de ea tamen requisitus obsequor, vt debeo Ego Dominicus Odoredus Sac. Theol. ac I. V. D. Colleg. in patrio Archigymnasio ordinarius Decretorum Interpres &c.

Locus † Sigilli.

Locus

SVpradictam allegationē Celeberrimi, atq; sapientissimi mei D. Floriani Dulphi I. C. Collegiati maxima admiratione vidi, & requisitus subscripsi Franciscus Palæotus I. V. D. Colleg. atq; Bonon. Archid.

Locus † Sigilli.

DOctissimè scripta ab Illustriss. & Excellentiss. D. meo approbo, & vti iuri cōsona confirmo requisitus de sola subscriptione Ego Io. Baptista Gallus I. C. Bonon. Colleg. &c. & in fidem præsentem scripturam subscripsi, & proprio sigillo probaui.

Locus † Sigilli.

QVæ ab Illustriss. & Excellentiss. D. meo doctissimè scripta fuere approbo, & vti iuri consona confirmo requisitum de sola subscriptione Ego Camillus Branchettus I. V. D. Colleg. Bonon. in vtroq; Colleg. &c. & in fidem præsentem scripturam subscripsi, & proprio sigillo probaui.

Locus † Sigilli.

ELegantissimè scripta ab Illustriss. & Excellentiss. D. meo Collega Floriano Dulpho confirmo, & ideò requisitus subscribo Ego Io. Baptista Maluasia I. V. D. Colleg.

Locus † Sigilli.

LIcet sola Illustriss. D. mei Collegæ Dulphi sufficiat subscriptio, tamen requisitus, vt inseruiam subscribo Ego Lælius Bonasonus I. V. D. Colleg.

Locus † Sigilli.

QVæ in præsenti consilio doctissimè ab Illustriss. Collega meo Floriano Dulpho adducta, & scripta fuere esse valdè iuri consona sentio, & requisitus libentissimè subscribo. Constantius Peregrinus in vtroque iure Doctor Colleg. Sanctiss. D. N. Papæ in vtraq; signatura Referendarius, & in Metropolitana Canonicus.

Locus † Sigilli.

DIgna ab Illustriss. & Excellentiss. Collega meo D. Floriano Dulpho, quæ superius extensa, & aptè disposita legendo sum admiratus, & quibus ideò lubenti animo annuendum censeo tanquam iuri, & rationi cōsona approbo, & mei famulatorio nomine requisitus subscribo. Ego Ludouicus Ratta Doctor Colleg. ac Sanctiss. Inquisitionis Consultor &c.

Locus † Sigilli.

DE simplici subscriptione requisitus deductis per Illustriss. & Excellentiss. D. meum Collegam non minus doctè, quam veridicè vna cum alijs hic me subscripsi &c. Azo Areostus I. V. D. Colleg.

Locus † Sigilli.

COnsultationem Illustriss. & Excellentiss. D. mei Dulphi iuribus, & auctoritatibus egregiè comprobatam iuris esse censeo Ego Franciscus Barbadorius I. V. D. Colleg. & in antiquissimo Patrio Bonon. Archigymnasio matutinis horis iuris ciuilis ordinarius interpres, quare de simplici subscriptione requisitus, libenter me subscripsi, & subsignaui.

Locus † Sigilli.

SVperius elegantissimè deductis, iuribusq;, & rationibus abundè comprobatis per supradictum Illustriss. & Excellentiss D. meum Florianum Dulphum libentissimè subscribo Ego Lucius Albanus I. V. D. Colleg. in patrio Bonon. Archigymn. publicus profess. & Pauperum Carceratorum Fori Archiep. Aduoc.

CON-

CONTROVERSIA LII.

Pro Illustri D. Hieronymo de Herculanis.

Hieronymus Herculanus Testator.

Bernardinus Iulius Cæsar

Hieronymus Angelus

SVMMARIVM.

Instituo, verbum in specie subalterna receptum, ita conuenit institutioni, sicut & substitutioni, nu. 1.

Et in genere sumptum dicitur generale, & non ad directam magis, quam ad obliquam institutionem refertur, nu. 2.

Et si referatur ad fideicommissariam, nu. 3.

Esse volunt, verbum dicitur obliquum, nu. 4.

Reciproca datur de linea ad lineam, etiam si in substitutione adsit clausula in stirpes, & non in capita, n. 5.

Peregrinus de fideicom. in arc. 13. nu. 72. declaratur, nu. 6.

Federic. de Senis cons. 128. reprobatur eod. num.

Odd. cons. 41. nu. 13. & Pusar. cons. 32. declaratur, nu. 7.

Plures quando comprehenduntur vna determinatione, equalis debet esse inter eos determinatio, nu. 8.

Plura requisita ad reciprocè legendum fideicommissum imperata, nu. 9.

Seraphin. decis. 109. declaratur, nu. 10.

Si testator vsus sit, his dictionibus, omnia, in totum, sine vlla determinatione sua, vel similia, dicitur de omni parte hereditatis disposuisse, nu. 11.

Adsit Deus, & Virgo.

NOn videtur controuerti posse, quin fauore Ill. D. Hieronymi de Herculanis Iunioris euenerit casus fideicommissi olim Extentis. D. auersos Hieronymi de Herculanis eius Aui, per mortem Dom. Angeli eius Patruelis, quicquid ex aduerso opponatur. Nam & si Testator vsus sit verbo (Instituit) & tamquam directum opertur tantum vulgarem; tamen si accipiatur in specie subalterna, ideò prout est ordinatio in hæreditate, tunc ita conuenit institutioni, sicut & substitutioni *Odd. in tract. de substit. p. 4. q. 21. quar. verbo, Instituo, fol. 45.*

Intrigliol. de substitut. tit. 3. q. 31. nu. 36. & seq. tale igitur verbum, Instituo in genere sumptum, dicitur generale, & non ad directam magis, quam ad obliquam institutionem referri potest, nam Instituere nihil aliud significat, quam ordinare, & componere, & hinc dicuntur Institutæ actiones *l. 2. §. Item de fide origine*

origine iur. & institutæ obligationes *Lex hoc iure ff. de inst. & iure*, cum ergo tam directa, quam obliqua vocetur institutio, quia ordinatio, seu compositio secundum subiectam materiam tantum debet intelligi, & si referatur ad fideicommissariam, fideicommissum importat *Alex. Trent sing. in tract. de iubilæi.*
3 4 *in præsl. nu.* 19. & id pluribus textibus probat, & Testator post verbum, Instituit, subiunxit esse voluit, quod verbum est obliquum *Odd. in d. tract. p. 4. q. 2. art. 1. in verbo erit, in fine fol. 43. Interiglol. in d. cent. 3. q. 31. nu. 37. & 38.* Nec dicatur, quod et si verba comprehenderent fideicommissariam, & fideicommissum discensiuum minimè importarent reciprocam de vna ad aliam lineam, ex *Alex. cons. 204. lib. 2. Alcat. cons. 39. nu. 12. lib. 1. Ruin. cons. 134. nu. 7. lib. 3.* & alijs per *Pereg.* allegatis *in tract. de fideicom. art. 13. nu. 72.* nam ijs omnibus
5 confutatis *nu. 73. vers. contra vero*, idem *Peregrin.* sustinet per transuersum resultare reciprocum fideicommissum, quamuis in casu suo esset apposita clausula, in stirpes, & non in capita, & asserit sic iudicatum fuisse in testamento Co. Hieronymi de Leonibus per tres insignes Iurisconsultos, & plures sic obti-
6 nuisse, eo magis, dum Testator ad alios gradus substitutionum progressus est, & ipsemet *Peregr. nu. 72.* locutus fuit, quando suos substituit liberis, & descendentes, quorum appellatione continentur fœminæ, per *tex. in l. 1. in fi. de duobus fratribus à Capitaneo inuestitis*, vbi duo fratres leguntur inuestiti à Capitaneo, quamdiu ipsi, vel eorum hæredes masculi viuerent, & masculis deficientibus, fœminæ, & ibi vno mortuo, non fratris, sed filia fauore deciditur, & hoc, quia quilibet suis hæredibus prospexisse videtur, & si pro fratre contra filiam consuluerit *Fedor. de sen. vbi* 228. quem tamen reprobat *Thob. Nouar. cons. 6. nu. 6. & 7.* At in casu nostro leguntur penitus exclusæ omnes fœminæ, & tantum vocati, & substituti masculi, & descendentes per masculos, vt adnotauit idem *Pereg. loco alleg. vers. Vigesimus tertius.*
7 Et si videatur *Oddus cons. 45. nu. 33.* loquitur in casu, in quo fœminæ erant substitutæ, & pro fœminis consuluit, & *nu. 43.* ipse cum *Crauet.* admittit reciprocam extare, quando descendentibus facta est substitutio, & ipse *Odd.* talem opinionem nõ affirmat, sed concludit causã esse concordandam, vt in fine *nu. 47.* prout *Fusar. cons. 9.* & loquitur de in conditione positis, sed *cons. 60. nu. 10.* in fortioribus terminis ipse *Fusarus* cum *Ruino*, *Soc. Iun. Crauetta*, *Decuma*, *Menochio*, *Peregr. & alijs*, sustinuit, quod si Testator inter filios fecit reciprocam expressam, & nepotibus fit datus substitutus, secundum receptiorem sententiam, resultare etiam reciprocam inter Nepotes, & ibi hanc etiam *Bonon. Rotam* penes *Barz. decis. 5. nu. 34. & seq. allegat*, adducitq; plures rationes applicabiles, eo magis, quia, vt in casu nostro, plures sub vnica determinatione
8 cõprehenduntur, & ideò inter omnes æqualis determinatio fieri debeat *l. nam hæc iure ff. de vulg. & pupill.* Reciproca autem est clarissima, nam primò Testator voluit bona in agnatione conseruari *Rotaeorum Gypsio decis. 492. p. 4. diuers. in vers. ius accedat*, quæ decisio in omnibus quadrat intentioni nostræ *Fusar. latissimè in tract. de fideicom. iubilæi. q. 499. nu. 15.*

Secundò, Testator digressus est ad plures gradus substitutionum, nam finita linea filiorum, & descendentium masculorum, & per masculos substituit masculos descendentes D. Sanctis eius fratris, & eis extinctis, descendentes masculos Petri alterius fratris, quo casu ex necessario antecedẽti dicitur Testatorem onerasse omnes descendentes masculos ad restituendũ bona ipsius Testatoris alijs descendentibus, vt sæpè *DD.* considerant argumentando à ne-

cessario

cessario antecedenti *Burbat. cons.27. nu.7. lib.1. Mantua cons.22. num. 56. lib.1. Menoch. cons.95. nu.87. & 88. lib.1. Rota decis.105. nu.7. lib.1. in recent. Fusar.in d. tract. q.472 nu.49.*

Tertiò, id magis suadet, quia sumus in descendentibus Testatoris, ne contra illius voluntatem extranei, vel fœminæ succedant *Castr. in l.vltima §. filium, & filiam nu.3. ff. de leg.2. & cons.271. lib.2. Cephal.cons.293. nu.13. lib.2. Fusar.in d. tract. q.475. nu.20.* vbi plures concordantes refert.

Quartò, addatur qualitas masculinitatis multoties repetita, cum adiectione ex legitimo matrimonio, vt considerat *Barz. post alios d. decis.5. num.12.* & nedum geminata est qualitas masculinitatis, sed & legitimitatis, ad tradita per *Mantic. post Decian. & alios de crebriori in tract. de coniect. vlt. vol. lib.11. tit.3. nu.3.* subiungens, quod si Testator loquatur de masculis per lineam masculinam descendentibus clarius elucescere, eius voluntatem voluisse agnationem conseruare, quod, vt ipse affirmat, fieri non potest sine reciproco fideicommisso

Quintò, facit clausula codicillaris per verba futuri temporis, vt penes *Coccin. de cis.419. nu.2.*

Sextò, adest dictio, perpetuo, quæ omnia tempora complectitur *Arct. in l.1. ff. solut. matrim. cum aliis cumulatis per Rimin.Iun. cons.23 nu.227. Surd cons.67. nu.36. & seq. & de communi post Pariſ cons.92. nu.34. lib.2. (cenet Crot. in §. fideicommissum q.5. nu.8.* dicens, quod tale verbum significat tractum successiuum, & quod Testator per illud considerauit conseruationem bonorum in masculis omni casu, quod fieri minimè posset, nisi fideicommissum gradatim actiuè, & passiuè inter eos induceretur *Marta de clauſ. part.3. clauſ.77.*

Ex his enim apparent omnia requisita ad reciprocam inducendam necessaria, nam primò omnes descendentes masculi, vt superius dixi, sunt vocati; secundò, substitutio est facta vltimo morienti; tertiò, est facta in tota hæreditate, vt considerat *Peregr. in d. tract. de fideicom. art.13. nu.14.* Nec credo potuisse reciprocam melius exprimi, quam fecerit doctissimus Testator, secundum

10 formulam vltimo loco per *Fusar. traditam in d. tract. de fideicommissaria ſubſt. q.254.* Et *Seraph. in allegata decis.1023.* quæ etiam legitur *466.p.4. diuerſ.nu.3.* admittitq; inducì fideicommissum de vna linea ad aliam, quando solum duo interuenirunt, nempè, vt fiat substitutio in tota hæreditate secundo, & vltimo decedenti, & id approbat in *Decis. Bononien. de Felicinis 934. nu.14. & ſeq.*

Nec dicatur substitutionem non esse factam in tota hæreditate, eo quod substi-

11 tutus dicatur vocatus ad partem, quæ obuenit illi vltimo defuncto; nam primò adest dictio, omnia, quæ denotat totam hæreditatem, imo extant ipsamet verba, in totum, & sine vlla diminutione, & verbum, sua, quod refertur ad Testatorem, & sic constat ipsum loquutum fuisse de tota sua hæreditate, & nõ de hæreditate, vel parte eius, ad quem obuenire posset ab vltimo morièti pro rata sua *Socin.Iun. cons.110. nu.32. & cons.145. nu.42. lib.3.* plures alios etiam refert, & sequitur *Simon. de Pret. de interpret. vlt. volunt. lib.3. interpret.3. dubit. 4. fol.1. nu.33. verſ.hac ſanè intelligenda, fol.mihi 325.* Addamus prohibitionem alienationis factam omnibus descendentibus, vbi Testator dixit velle totam suam hæreditatem peruenire debere ad substitutos, vt post *Ripam*, & alios adnotauit *Manica in d. tract. de coniect. vlt.volunt. lib.7. tit.5. nu.12.*

Et hæc &c.

CONTROVERSIA LIII.
Pro DD. de Lilijs.

SVMMARIVM.

Dictio, vna, si vultaneitatem inducit; nu. 1.
Decreuit, verbum significat animi deliberationem ab omni actu separatam, nu. 2.
Clausula, insolidum, tollit omnem diminutionem, nu. 3.
Solutio præsumitur facta omnibus recepisse confitentibus, nu. 4.
Et si vnus tantum probaretur recepisse, alij possent agere ex certi conditione, nu. 5.
Assertio præiudicat asserenti, nu. 6.
Verba spectare, & pertinere comprehendunt tam ea, quæ sunt in dominio nostro, & possidemus, sed & ea, quæ nostra esse possunt, nu. 7.
Promittẽs ad defensam, & de euictione, tenetur ad duplum, nu. 8.
Si plures promittant, omnes efficiuntur rei debendi, nu. 9.
Contractus iuratus habet executionem paratam, nu. 10.
Efficacior dicitur obligatio, dum obligantur hæredes, nu. 11.
Obligatio Cameralis continet renunciationem omnibus, & quibuscunque exceptionibus, cauillationibus, & cautelis, nu. 12.
Tex. in l. cum post mortem §. 1. ff. de administrat. & peric. tut. & curatorum declaratur, nu. 13.
Obligatio semper censetur personalis, si nomen apponatur proprium, nu. 14.
Emptor stultus esset, si emeret ab administratore, nisi venderet duplici nomine proprio, & administratorio, nu. 15.
Administratori contrahenti si aliquid acquiratur, de suo tenetur, nu. 16.
Ad constituendum plures reos, coniecturæ aliquando sufficiunt, nu. 17.
Soluens, denotat se fuisse obligatum, nu. 18.

Adsit Deus, & Virgo.

EX obligatione inita per olim Illust. D. Eleonoriam vxorem olim Illust. D. Annibalis de Lilio, & Illust. DD. Io. Baptistam, & Alamanum eorumdem coniugum filios, dicitur minimè tergiuersari posse, quin d. D. Eleonoria nomine proprio etiam se obligauerit, quamuis in Instrumento vti vsufructuaria, & filiorum Administratrix fuerit nominata, & id probatur ex declaratione à se facta, se velle contrahere vna cum ipsis filijs, talis n. dictio, vna, idem significat, quod simul, simultaneitatemq; inducit §. *nos autem, & tbi gloss. Inst. de Attiliano Tutore*, maximè subsequente propositione, cum, *l. fin. vbi Bald. num.* 8. *Castr. nu.* 3. *& 4. & Ieson. num.* 9. *vers. in 2. C. de Impub. & aliis substit. Barbos. qui alios alle-*

2 *allegat in tract. de Dittionib. dict.* 376. operatur etiam illud verbũ, *Decreuit*, notatur in *l.* 1. *ff. de Constit. principum*, quasi dixerit à metipsa obligari intẽdo *Alber. in suo dictionario d. verbo decreuit*, significat. n. tale verbũ animi deliberationem ab omni actu separatam *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 99. n. 21 Barbos. in d. tract. dict. 64. nu.* 2. & sic non potest dici nomine officij, & nõ proprio cõtraxisse, cũ in pluribus Instrumẽti partibus se nomine proprio contrahere declarauerit, ibi imponen. per ipsam D. Eleonoriã vsufructuariam prædictã, & dictos filios, & ibi in dispositiua Instrumenti cõstituta d. D. Eleonoria vsufructuaria, & Administratrix prædicta, ac suprascripti Illust DO. Io. Baptista, & Alamanus &c. super infrascripta tenuta hæreditaria &c. imposuerunt, & ibi infra ijdem DD. Eleonoria, cum decreto, & consensu vt supra, & DD. Io. Baptista, & Alamanus venditores realiter, & cum effectu insolidum soluere promiserunt, talis .n.

3 clausula, insolidum, omnes comprehendit, remouens omnem diminutionem *text. ell in l. 1. & auth. hoc ita C. de duobus reis stipulandi, vel promittendi, Menoch. cons.* 272 *nu.* 79 *Barbos. de clausulis clausul.* 33. *nu.* 1. *Maria pariter in tract. de clauss.* 2. *nouam impressionem clauss.* 288. *in princ. p.* 1. & vnicuique totum attribuit, ita post *Bertazolum* dixit *Maur. in tract. de fideiuss. sect.* 6. *c.* 3. *nu.* 42. *pag.* 340. & ibi hanc autem impositionem, & venditionem annui census d. D. Eleonoria; cum decreto, & dd DD. Ioannes Baptista, & Alamanus venditores fecerunt &c. pro pretio &c. & ibi manualiter, & in contanti in tot scutis auri in auro habuerunt, &

4 receperunt à d. Reuerendiss. &c. ibi .n. exprimitur D. Eleonoriæ, & filijs pretium fuisse solutum *Doct. in c. li cautio de fide Instr. inter quos Felin. num.* 52. *prope finem*, nec aliter dici potest alias ex receptione pretij d. D. Et Leonoria effecta esset locupletior ad damnum secum contrahentis contra regulam locupletari

5 *de reg. iur. in* 6. *hoc* .n casu crederem contra eam dari certi conditionem *l. certi conditio in principio & in §. quoniam, vbi Odofred. nu.* 1 *Fulgos. nu.* 6. *Dec. nu.* 3. *ff. si certum petatur* talis .n. solutio, & numeratio facta fuit ea intentione, vt D. Eleonoria obligetur *Odofred. & alij in l. non omnis ff. de eod. tit.* ipsaq; D. Eleonoria asseruit tenutam bonorum, super quibus fuit impositus census esse propriam, & filiorum ibi promiserunt, & affirmarunt dd. DD. Eleonoria, Io. Baptista, & Alamanus venditores dictam tenutam ad ipsos pleno Iure &c. spectare, &

6 pertinere, taliq; assertioni standum esse dixit *text. in l. cum precũ C. de liberali causa Surd. cons.* 19. *nu.* 10. *Grattan. in discept. forensibus cap.* 788. *n.* 22. & præiudicare omnibus Hæredibus, & successoribus, dixit *Burat. decis.* 243. *num.* 7. Ergo ipsa etiam vti

7 principalis contraxit, & censum imposuit, maximè, quia talia verba spectare, & pertinere comprehendunt ea omnia, quæ sunt nedum in dominio nostro, sed & quæ possidemus, & quæ nostra esse possunt, item & ius reale, & personale, & ius luendi, ita post *Aretinum cons.* 6. *dixit Ripa in l. Centurio nu.* 189. *ff. de vulg. & pup. Bertaz. in tract. de clauss. clauss.* 26. *glos.* 13. *nu.* 1. qui plures concordantes refert *Rebuf. in l. verbum illud pertinere ff. de verb. signif. in* 1. & 2. *col. Burat. decis.* 476. *num.* 6. legitur etiam promissio per eam facta ad defensam, & de euictione ibi

8 ijdem DD. Eleonoria, Io. Baptista, & Alamanus venditores super præmissis, & quæ sequuntur; præcipuè in illis verbis in quocumq; luditio petitorio, & possessorio, & quouis eorum in solidum, in totumque, vel in parte &c. Non .n. ex tali amplis. promissione etiã ad duplum D. Eleonoriæ Hęredes poterunt euitare, quin fauore Illustriss. Emptoris fideiussorum, & aliorum ab eis causam habentium tenerentur, & sint obligati *Cabalin. in tract. de euictione. §.* 2. *num.* 2. *& plurib. seq.* Minimè quæ prætereundum est, quod ijd. DD. Eleonoria, & filij

nedum obligauerunt, & hippotecauerunt d. tenutam, super qua census impositus fuit, sed insolidum conuenerunt accedi facere duos, vel tres fideiuss. idoneos in Vrbe ad contentamentum Illustriss. Emptoris infra tunc decem dies, quos fideiussores ijdem venditores indemnes conseruare promiserunt, & in-
9 clausi, generalibus eorum omnium insolidum legitur obligatio, efficiuntur n. per d. clausulam omnes rei debendi, seu promittendi, omnesq; teneri dixit *text. in l. 2. ff. de duobus reis l. 1. C. eodem tidem Bertazol. post plures claus. 39. glos. 7. nu. 3.* sicque obseruaturos esse iurauerunt vigore etiam d. iuramenti contractus prædi-
10 ctus paratam habet executionem *Bart. in l. 2. num. 8. ff. de iure tur. & in l. si de fi possessori §. pen. ff. eodem Gutierez. de Iur. confirmatorio p. 1. c. 62. nu. 3. vers. sequam opinionem*, & præcisè obligati, nec dando interesse liberari dixit *Serafin. de Iur. priuil. 74. num. 2.* & seruari debere affirmauit *Rota decis. 320. nu. 37. p. 6. diuers.* legiturq; nedum D. Eleonoriam bona, sed & hæredes obligasse, quo casu non est dubi-
11 tandum, quin & ipsa se obligare voluerit *Corn. cons. 6. nu. 6. Gozad cons. 78 nu. 9. Ladereh. cons. 36. nu. 12.*

12 Ijs etiam accedit obligatio Cameralis continens renunciationē omnibus, & quibuscunq; exceptionibus, cauillationibus, & cautelis, quibus mediantibus ipsa, & hæredes possint se tueri, & defendere *Zach. de oblig. Camer. in extensione eiusd obligat. in princ. & q. 17. nu. 1.*

13 Non enim operatur *textus* allegatus in *l. cum post mortem* §. 1. *ff. de administrat. & perc. tut. & curat.* supponendo d. D. Eleonoriam nomine officij, & sic vti administratricem tantum contraxisse, loquitur enim *textus* in patruo Curatore dotem promittente, sibi suadendo rationem pupillarem esse sufficientem, hic verò D. Eleonoria de suo expresè se obligauit, ibi etiam *DD.* & nempè *Odofr.* dixit valere promissionem, dum vltra vires Curator promisit, eo quod contrahentes fuerunt decepti, cum patrimonium Curatori esset notum, vt etiam aduertit ibi *Albericus*, concludunt ergo omnes promissorem teneri, quando quis nomine proprio se obligauit, ita etiam *Bart. & Ang. nu. 1.* dicentes talem Curatorem teneri de suo, vel propter dolum, vel ex eo, quod fuit animus donandi, & quando solum adesset, vt ex aduerso dicitur nomen officij, dicitur tamen
14 tam ex proprio, quam ex appellatiuo, semper censeri obligationem esse personalem, eo magis, cum nomen proprium prius fuerit expressum *Abb. in c. mandata celestia ext. de præsumpt. in vlt. col. vers. ego dico. Dec. in c. quoniam nu. 8. ext. de off. deleg. Angel. in l. procurator, qui pro emptione ff. de procur.* dicens cum *Guilelmo nu. 2.* quod stultus esset, qui emeret ab Administratore, nisi venditor duplici nomine venderet, scilicet proprio, & administratorio, dixitq; id menti esse
15 tenendum, prout *Boer. decis. 273 in penult. col.* idq; affirmat *Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 24. nu. 9.* dicens, quod vbi actus fieri potuit, & proprio, & nomine alieno semper prælumendum esse factum nomine proprio, & *nu. 11. Menochyg. in loco ex aduerso allegato præsumpt. 46. lib. 3. nu. 10.* admittit ex coniecturis probari, an nomine alieno, vel proprio, quis contraxerit, nec loquitur, vt hic, de obligatione in fauorem tertij *Grattan. in disceptat. c. 541. nu 1.* sed dato millies, vt supponitur, quod contrahens nomine officij tantum teneretur, id tamen declaratur non procedere quotiescunque, vt hic contrahens suā fidem astrinxit *l. procurator, qui procuratione ff. de procur. & ibi not. DD. & Ang.* hæc verba ibi refert, si administrator pro Domino suo fidem suam adstrinxit, finito officio remanet obligatus; secundò declaratur non procedere, quando adminis-
16 stratori, seu alteri contrahenti aliquid quæritur est, hic enim D. Eleonoria,

cui

cui debebatur vsusfructus non vsufructuasset, si extinctio census ad rationem duodecim pro centenario non fuisset facta, quia nihil in vsufructu remansisset *Natta cons.641. nu.2.*

17 Videmus etiam ad constituendum plures insolidũ reos sufficere quamlibet coniecturam, vel quodlibet minimum verbum *Alba, Mandel. post Bart. cons.263. in princ.* dicens *nu.4.* quod si obligatio videatur continere rem indiuiduã, saltem solutione, & plures sint rei, quod singuli insolidum tenentur, & *nu. 7.* sustinet obligationem esse indiuiduam, & si quantitates pecuniarum sint in promissione, idq; nouissimè affirmauit *Cotta in tract. de rattone rata quæst.32. nu.9.*

Addamus plures annuorum censuum fuisse factas per D. Eleonoriam solutiones, ex quibus ipsam esse obligatam, affirmauit idem *Gratian. in dd. discept. c.417. nu. 26.* talis enim est declaratio clara, & obligationis ratificatio, vt post *Alex. & Decium* affirmauit *Rota Genuæ decis. 111. nu.3.*

Quare non coniecturis, sed manifesta veritate ipsam credo nomine proprio esse obligatam, saluo tamen sauiori iudicio.

CONTROVERSIA LIV.

Pro Illustriss. D. Ioanne Baptista Angelello, cum Illustriss. D. Francisco Cospio.

SVMMARIVM.

TEstator censetur legare illud ius, quod habet, etiam si eius morte extinguatur, nu. 1.

Limitatur, si Testator sciebat quodnã eius haberet, nu. 2.

Item si constet talem fuisse mẽtem Testatoris, quia debetur æstimatio, si aliena sit, nu.3.

Et quando bona per Testatorem sunt specificata, & legatum factum est consanguineis, nu. 4.

Institutio vniuersalis in totum debet subsistere, vel in totum corruere, nu. 5.

Si relinquatur res cum alio communis, valet legatũ, & tota debetur, n.6.

Fundus si legetur, etiam si sit alienus, debetur vel æstimatio, n.7. & 11.

Res aliena subiecta restitutioni fideicõmissi potest legari, nu. 8.

Siue Testator sciuerit, siue ignorauerit, nu.10.

Tex. in l. quod in rerum, & in l. si domus ff. de leg. 1. declarantur, nu.9.

Quando Testator reliquit fideicommissarijs, aliqua bona pro omnes eo, & toto, quod prætendere possunt censetur legasse bona restitutioni fideicommissi subiecta legatario, nu. 12.

Vxor in dispositione facta de proximis non continetur, nu.13.

Adsit

Adsit Deus, & Virgo.



1 N hac pro Illustriſs. D. Io. Baptiſtæ Angelelli cauſa cum Illuſtriſs. D. Franciſco Coſpio, & ſi regula ſit, quod Teſtator habẽs ius in fundo, & illud ſimpliciter legans, cenſeatur ſolum legaſſe illud ius, quod habet, etiam ſi eius morte extinguatur *l. quod in rerum* §. *ſi vſum fructum, vbi Scrib. & l. ſi domus* §. *fin. ff. de leg.* 1. &
2 *l. vxor patruo C. de legatis*, idem tamen primò limitatur, ſi Teſtator ſciebat, quodnam ius haberet in fundo, ſecus ſi ignoraret, quoniam tunc fundum integrum legaſſe videtur *Alex. in d. l. ſi domus* §. *fin. nu.* 5. & *ibi Iaſ. n.* 12. *Nicolaus Bellon. conſ.* 9. *nu.* 19. *Alba conſ.* 73. *nu.* 6. & 7. *Surd. conſ.* 466. *nu.* 13. & 14.
3 Secundò limitatur, ſi conſtet talem fuiſſe mentem Teſtatoris, nam tunc videtur relicta æſtimatio proinde ac ſi ſimpliciter res aliena legata fuiſſet *Alex. conſ.* 9. *nu.* 6. *lib.* 2. *Belon. d. conſ.* 9. *nu.* 18. *Couar. in c. filius nu.* 2. *de teſtam. Laderch. conſ.* 53. *nu.* 4. *Rota deciſ.* 621. *nu.* 1. *verſ. fallit tamen p.* 1. *diuerſ* quæ *deciſio* fuit approba-
4 ta, vt in *deciſ.* 309. *nu.* 12. *p.* 1. *in recent.* quæ ſerè in terminis eſt, vt hic erant à Teſtatore bona ſpecificata, nam Teſtator legauit fundum, nempè Palatium Caſalechij, cum terris, & domibus ei ſubiectis, & ita etiam ratiocinatur *Laderch.* apparet ergo Teſtatorem voluiſſe legatum vires habere etiã poſt illius obitum, poſtquam in huiuſmodi bonis vna cum alijs hæredem inſtituẽdo, vxorem illam grauauit ad hæc bona poſt mortem reſtituen. & dan. DD. Angelellis conſanguineis ſuis *Aldobrandin. conſ.* 25. *nu.* 35. & aſſirmarunt *Alex. Couar. & alij ſupradict., Mantica de coniect. vlt. volunt. lib.* 9. *tit.* 1. *nu.* 18. *in fine, ita poſt Ruin. & alios dixit Gratian, ta diſcept. forcn. cap.* 237. *nu.* 30.
5 Nec eſt dubitandum de validitate huiuſmodi legati, tum quia ſumus in inſtitutione vniuerſali, quæ vel in totum ſubſiſtere, vel in totum corruere debet, &
6 hinc ſicuti dicimus, quod ſi in legato relinquatur res cum alio, communis valet legatum, & tota debetur *Bart. in l. cum filius* §. *dominus ff. de leg.* 2. *Corn. conſ.* 84. *lib.* 2. *Couar. in d. c. filius nu.* 3. *Craſ.* qui communem opinionem eſſe aſſerit in §. *legatum q* 14. *nu.* 8 ita & in inſtitutione cum pars bonorum in inſtitutione comprehenſorum eſſet verè hæreditaria, & alia nempè, de qua agitur fideicommiſſo ſubiecta, & ſic aliena, & eo magis, cum in bonis prædictis Caſalechij per Teſtat. multa fuerint facta melioramẽta, per Teſtatorem deducen (vbi fideicõmiſſo eſſent ſuppoſita) tum etiam, quia cum nõ fuerit legatum illud ius ſolum,
7 quod Teſtator habebat, ſed fundus ipſe, in quo aderat ius valet legatũ, quaſi fundi appellatione ſignificetur proprietas *Mantica vbi ſup. Peregr. de fiaccomm. art.* 33. *nu.* 20. *Gratian. cap. pred.* 237. *nu.* 13. conſiderans *nu.* 17. valdè referre, ſi fiat legatum ei, qui non habet proprietatem, nam tunc videtur legaſſe rem alienam, quam hæres præſtare tenetur, & in terminis rei ſubiectæ reſtitutioni
8 ex fideicommiſſo, quod poſſit in teſtamento legari, valeatq; huiuſmodi legatum, ſicuti valet rei alienæ tempore teſtamenti, vel poſt mortem Teſtatoris, firmat *Bart. in l. cum pater* §. *cum pater ff. de leg.* 2. communiter approbatus, vt per *Pacian. conſ.* 82. *nu.* 36. *reſpondentiẽ obiecto nu* 71. *Surd. deciſ.* 93. *nu.* 21. & *ſeq.*

Nec dicatur non valere legatum rei alienæ ex allegatis, quoniã reſpondetur imò veriorem eſſe opinionem pro validitate legati, & quod extimatio debeatur *Rota poſt plures deciſ.* 265. *nu.* 9. 10. & 11. & *deciſ.* 337. *nu.* 4. *p.* 2. *in recent.* ſiue

Teſta-


image
not
available

Et de restituenda tanta quãtitate frumenti, vini, & similium, sicut habuit, nu. 2. & nu. 17.

Quod procedit etiam in capitalibus apothecarum, nu. 18.

Etiam si mulier habitaret in eadem domo cum heredibus, nu. 3.

Etiam si Testator licentiam à Principe habuisset cautionẽ remittendi, n. 4.

Testatoris voluntas contra leges non est seruanda, nu. 1.

Testator non potest cogere hæredes, vt caueant pro vsufructuario, nu. 7.

Vel eos cogere, vt recipiãt fideiussorem offerendum ab ea pauperem, nu. 8.

Et quando vsufructuarius non posset reperire fideiussorem, bona sunt sequestranda penes idoneum, qui de fructibus respondeat, nu. 9.

Vsus, & vsusfructus eodem modo constituitur, nu. 10.

Vsufructuarius, qui non dedit fideiussorem de vten. non facit fructus suos, nu. 11.

Nec potest exigere debitores hereditarios, nu. 12.

Mora statim contrahitur absque interpellatione fauore minoris, seu pupilli, nu. 13.

Priuilegiatus contra priuilegiatum aliquando vtitur priuilegio, nu. 14.

Iurari potest in litem cõtra vsufructuarium requisitum, vt præstet cautionem, nu. 15.

Item si non fecit inuentarium, nu. 16.

Libri, scripturæ, & instrumenta hereditatis debent stare penes proprietarium, & non vsufructuarii, n. 19.

Si per debitores, vel per proprietarium vsufructuario pecuniæ debitæ hereditati soluerentur, in eund. vsufructuarium transfiret dominium, n. 20.

Secus est, quando Testator voluit negotiationes continuari sub eius nomine, & marcha, nu. 21.

Adsit Deus, & Virgo.

EX Testamento Mag. D. Ioannis senioris de Bauosijs cap. 24. legitur, dispositum quouis modo per proprietarios peti non posse cautionem de vten. nec inuentarium confici debere à Mag. D. Hippolyta de Fabris eius vxore relicta vsufructuaria etiã à simili onere, vt asseritur, eximendo, & quatenus ab hoc eam liberati non posset, voluit per proprietarios recipi debere illum fideiussorem, quamuis pauperem, ab ea offerendum, & quatenus id iubere non posset, voluit hæredes, & substitutos esse astrictos ad cauendum, siue reperiendum personam aptam, absq; eo, quod D. Hippolyta teneatur ad releuationem indemnitatis, expresse mandando hæredibus, ne aliquo tempore ex quouis iure, siue causa iudicialiter, siue extraiudicialiter eam molestent in perceptione vsusfructus, sub pœnã priuationis suæ hæreditatis, & vt ibi legitur vsq; ad finem. Sed his non obstantibus, indubitanter credo ab ipsa D. Hippolyta hanc peti posse cautionem, & bonorum hæreditariorum descriptionem, quia Testator etiam volens non potest talem remittere cautionem, *text. est expressus in l. 1. C. de vsufructu, & habitatione, & ministerio seruorum*, vbi hæc verba habentur. *Si vsusfructus omnium bonorũ Testamento vxoris marito relictus est, quamuis*

nis cautionem à te prohibuerit Testamento, exigi tamen non aliter à debitoribus solutam pecuniam accipere poterit, quam oblata, secundum formam Sen. Conf. cautiane, ibiq; notant *Rainer. Bari. nu. 1, & 8.* ex quo Testator non potest venire contra leges, & idcirco in hoc eius dispositionem dixerunt non esse attendendam, *Salicet. nu. 2.* tres adducens rationes, primò, quod si remissio cautionis fructuariæ teneret, inuitaretur ad delinquendum, prout ad res vsufructuandas deuastandum, & consumandum; secundò, quia hæc cautio magis formandi vsusfructus gratia, quam seruandæ vltimæ voluntatis est inuenta; tertiò, quia id respicit fauorem hæredis, & ibi etiam notat *Bald. nu. 7. Castr. nu. 2. & 3.* dicentes duplicem in casu nostro præstandam esse cautionem vnam de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, & de conseruanda, & restituenda proprietate finito vsufructu, respectu rerum mobilium, & immobilium, aliam autem de restituendo quantitatem vini, frumenti, vel alterius similis rei, quia vsufructuaria non potest vti, nisi vendat, vel expendat *Alex. post Imolam, & alios in conf. 58. nu. 10. lib. 3. Alber. in l. 1, §. 1. ff. vsufr. quemadmod. caueat. Angel. Ant. de Butr. Card. Florent.* quos allegat *Iaf. conf. 40. nu. 1. lib. 1.* & fortius *Paul. de Monte Pico in l. Titia* §. *Titia cum nuberet num. 158. in quæst.*
3 50. *ff. de leg. 2.* volens id procedere, etiam si mulier vsufructuaria habitaret in eadem domo cum hæredibus *Franc. de Lapis*, quem allegat, & approbat *Dec. conf. 565. num. 1.* dicens, quod cum cautio sit de forma vsusfructus, debet præstari à quocunque etiam idoneo *Craues. conf. 187. num. 7. Siluan. conf. 37. num. 5. Io. Petr. Ferrar. in prax.* quem allegat *Plor. in tract. de in litem iurando* §. *26. nu. 7. & 8. Abb. Ripa, Bec. Pin. Simon de Prat. Roland. & alij*, quos adducit *Surd. decis. 109. nu. 5. Nicolaus Bellon. conf. 54. n. 9. & 10.* vbi voluit sustinere, tali casu vsufructuariam esse priuatam vsufructu *Bergzio. in tract. de vsufructu mulieris relicto nu. 148.* qui allegat *Neuizan. Petr. Pich. & alios*, subdens id procedere, etiam si Testator licentiam habuisset à Principe, cautionem, & inuentarium remittendi, prout
4 idem dixit *Ruin.* qui ad hoc allegat *Roland. conf. 92. lib. 1. nu. 19.* & hoc, quia talis licentia, per quam quis inuitaretur ad delinquendum non valet, prout nec *Statutum*, per quod datur materia delinquendi *Gabr. in com. concl. in tit. de vsufructu concl. 1. nu. 30. Dec. conf. 69. nu. 1.* allegans *Odof. & Butrig.* dicens, quod in practica ab ista opinione nullatenus recedendum est, quibus addo *Iul. Clarum in §. Testamentum qual. 64. post Io. Annib. Duen. & Socinum.* & videri potest *Gnid. Pap. quæst. 515. nu. 1.* ex hac ratione, quia voluntas Testatoris contra leges non
5 est seruanda, & est communis, prout affirmant *Iaf. d. conf. 40. Gabr. d. conc. nu. 28.* & ferè omnes.

6 Nec facit aliquid illa pœna priuationis à Testatore cominata, nam cum d. cautio remitti non possit per Testatorem directo, secundum quod superius dictum fuit, non debet etiam posse remitti per indirectum sic *Ruin. conf. 202. lib. 2. num. 7. & conf. 165. lib. 3. nu. 11. Dec. conf. 565. nu. 2.* quos videri cupio, nam loquuntur in terminis nostris, id etiam decidunt *Castr. & Alex.* quos allegat *idem Paul. de Monte Pico in repet. d.* §. *Titia cum nuberet quæst. 54. nu. 62.* dicens id etiam procedere, siue hæres proprietarius obtineret, siue succumberet, *Bal.* quem allegat *d. Roland d. conf. 92. lib. 1. nu. 9.* & in hoc pariter nemo dubitat.

7 Minusq; facit, quod per Testatorem disponatur hæredes ipsos debere cauere, nam primò hæredes sunt pupilli, nec de iure possunt se obligare, cum non habeãt nec velle, nec nolle *l. 1.* §. *impuberes verò C. de falsa moneta. Iodoch. de Tul. & Cur. s. 10. nu. 57.* & quia, vt diximus, Testator non potest facere, quin leges in Testamẽto suo locum habeant *l. nemo potest, & ibi omnes scribentes ff. de leg. 1.* inter quos *Gutierez.*

tierez Hispan. in illius repet. nu. 289. Secundò hæres fideiuberet sibi, & non potest se ipsum obligare, actioque, & passio esse non potest in eodem subiecto *l. Vrbius in princ. & l. frater à fratre in princ. ff. de cond. indeb.* multos etiam allegat *Surd. d. decis.* 109. *nu.* 3.

8 Nec operatur id, quod hæredes debeant recipere fideiussorem, quamuis pauperem, ab eadem D. Hippolyta offerendum, nam parùm sunt non cauere, vel minus idoneæ cauere *to. Annib. in rep. d. l. nemo potest nu.* 184. *Pinel. in l. 1. p. 2. nu.* 76. *C. de bon. mater. Molina de primogen. Hisp. lib.* 1. *c.* 11. *nu.* 28. *Castill. de usufr. c.* 15. *n.* 4. *Ladrech. cons.* 114. *per totum*, ex hac ratione, quia hæres fideiuberet sine spe indemnitatis, *idem Pinel. de Monte Pico in allegat. S. Titia nu.* 158. *cod. quæst.* 30. plures etiam allegat *Borgnin. in d. tract. de vsufr. nu.* 151. & siue diues, & siue pauper sit, vsufructuaria omnino cauere debet *Bal. cons.* 175. *lib.* 3. *Dec. d. cons.* 165. dato etiam, quod non posset inuenire cautionem *Bertrand. cons.* 144. *vol.* 3. *lib.* 3. ad fa-
9 cietatem per multas auctoritates *Ruin. cons.* 206. 2. *vol. nu.* 25. dicentes, quod si vsufructuaria non reperiret fideiussorem, bona essent sequestranda apud idoneum, qui de fructibus illi responderet *Bellon. d. cons.* 54. *nu.* 6. qui ex communi opinione dixit tali casu non esse admittendam cautionem iuratoriam *Borgnin. loco quo sup. nu.* 130. & idcirco, quando Testator priuat hæredem, si vxorem vsufructuariam molesteret, debet intelligi de molestia, quæ malo animo, & malo modo infertur *Ruin. d. cons.* 202. *nu.* 8. vbi legitur casus nostri cum eadem pœna priuationis cominationc.

Nec dicatur eam vsuariam tantum esse, quia id respicet fauorem substitutorum in eodem vsufructu; secundò non sibi liceret locare alteri 9. *in eodem quoque Iunio Inst. de vsu, & habit.* ipsaq; teneretur stare colono *l. si habitatio* 5. *ff. de vsu, & habit.* ipsaq; à Testatore in institutione vsufructuaria decernitur, eisdemq; modis vsus constituitur, prout vsusfructus *l. 1. ff. de vsu, & hab.* & habetur in *princ. Inst. eod. tit.*

Cum ergo ipsa fideiussorem non dederit, credo minimè fructus fecisse suos, cum
11 etiam si non fuisset ad id requisita, offerre ipsa debuisset *Ruin. cons.* 38. *num.* 12. *cons.* 51. *nu.* 1. *n.* 2. & si a Testatore sibi fuerit concessa auctoritas bona capiendi propria auctoritate, & *d. cons.* 202. *nu.* 7. & hæc fuit opinio *glos. in l. 5. C. de vsufructu, & Bart.* quem allegat *dectus de Monte Pico in d. S. Titia nu.* 166. *quæst.* 52.
12 & ante cautionem ipsi prohibita est debitorum exactio *Cabr. in d. l. 12. C. de vsu, & habit. nu.* 5. dicens notandum esse pro mulieribus ignaris, quibus vsus fructus relictus est; & aliqui tenuerunt, quod solus hæres vniuersalis habeat actionem exigendi, itaut vsufructuarius, seu vsufructuaria absq; cessione ab hærede non possit exigere *Rolland. cons.* 8 *nu.* 19. *lib.* 2. & plures aduertit *Borgnin. d. vsufr. n.* 198.

Et licet aliqui Doctores tenuerint talem cautionem peti debere, maximè stante statuto nostro *in rub. quod nullus audiatur* 5. *mandantes*, vbi sancitū est, quod si per mensem à die petitionis talis cautio non erit præstita, vsusfructuarius cadat à commodo vsusfructus, imò teneatur ad fructus perceptos, nihilominus videtur hoc casu vsufructuariam etiam ante interpellationem moram incurrisse, *per text. in l. minorum C. quibus in causis in integrum restitutio non est necessaria*, nam ibi dispo-
13 nitur, quod fauore minoris, & eo fortius pupilli, re ipsa sine interpellatione, etiam in legatis, & fideicommissis mora contrahatur, & ibi *Bart.* in princ. & cæteri scribentes. Nec dicatur eamdem vsufructuariam esse viduam, & vti priuilegiatam in integrum restituendam, nam priuilegiatus contra priuilegiatum non vtitur priuilegio, quando vnus tractat de lucro captando, & alter de damno

vitan-

vitando, quia qui de damno certat, præfertur alteri, qui de lucro tractat *Bart. & cæteri in auth. quas actiones C. de sacrosanct. Eccles. Dec. in l. non debet actor* §. *in re obscura ff. de reg. iur. de communi Cephal. cons.* 116. *nu.* 6. *Odd. de restit. in integr. p.* 1. *quæst.* 18. *art.* 4. *nu.* 53.

Cum ergo fideicommissarij petierint ad abundantem cautionem, de qua supra, vt
15 purificata conditione, bona sibi restituantur etiam mobilia, non poterit disputari, quin teneatur *l.* 1. *& l. hac stipulatio, & ibi glos. & DD. ff. vt leg. & fideicom. nomine caueatur l.* 1. *in princ. & l. si is à quo* §. *fin. ff. vt in poss. legat. & l.* 1. *& l. cum Archimedoram C. cod.* & contra eam potest in litem iurari *Plot. in tract. de in lit. iur.* §. 26. *nu.* 5. imò potest peti immissio bonorum ante conditionis euentum, *vt toto tit. ff. & C. vt in poss. leg. sex. est in d. l.* 1. §. *semper in fine ff. vt leg. nomine caueatur Plot. ibi nu.* 6. *Peregr. de fideicom. art* 40. *nu.* 14. *vers. si autem hæres*, & id procedit
6 etiam, quoad Inuentarium non factum, quia & hoc casu potest in litem iurari *Plot. d.* §. 26. *nu.* 7. & 8. *Ruin. cons.* 29. *nu.* 11. *lib.* 5. *Roland. in tract. de Inuentario p.* 2. *in* 36. *quæst. nu.* 1. *& seq.* dans concordes 25. Doctores, & de communi affirmat *Castil. de vsufructu c.* 14. *nu.* 4. loquens, & si liberatio sit facta à Testatore, cum a Testatore remitti nequaquam possit, vt ibi *Castil. c.* 15 *nu* 17. non obstante cõmi nata pœna caducitatis à commodo hæreditatis *Simon de Prat. cons.* 98. *num.* 6. *Nicolaus Bellon. cons.* 54. *nu.* 4. *Pedroch. cons.* 7. *nu.* 36. *lib.* 1. *Plot. de in lit. iur.* §. 26. *vers. nec potest.*

Et respectu mobilium, quæ vsu non consumuntur, debebit cauere de illis restituendis in eodem statu, & eadem æstimatione *l.* 1. §. *habet ff. quemad. vsufr. caueat. l. si vsusfructus, & l. si cuius cum l. seq. ff. de vsufr. Castil. d. c.* 14. *nu.* 2. *Thesaur. decis.* 80.
17 *nu.* 1. & respectu pecuniarum, & mobilium, quæ seruando seruari non possunt, sed vsu consumuntur, cautio debet esse, vt superius dixi, de restituenda tanta quantitate rerum, eiusdem tamen qualitatis, aut illarum æstimationem in pecunia §. *constituitur Inst. de vsufructu, & l.* 2. *ff. de vsufr. earum rerum, quæ vsu consum. Castil. loco de quo sup. nu.* 3. *& c.* 17. *nu.* 1. 2. *& 9.*

Et quod dictum est de mobilibus, & immobilibus restituendis, procedit etiam in
18 capitalibus apothecarum Aromatariæ, consistentibus in mobilibus, vtensilibus, & mercibus, cum cõprehendantur, & veniant appellatione Iurium, & actionum, vt de rebus venalibus probat *text. in l. quoties* §. *fin. ff. de vsufr. & Bari in l. generali* §. *vxori ff. de vsufr. leg. Conar. var. resol. lib.* 2. *c.* 5. *nu.* 1. *Cras. in* §. *legatum quæst.* 20. *nu.* 1. *& Castil. de vsufr. c.* 38. *nu.* 27. & de nominibus debitorum expressit Testator, dum expresse reliquit vsumfructum omnium bonorum, & Iuriũ adijciendo, & nominum debitorum, non quidem vt vsufructuarias actiones ex erceret, sed vt facta exactione per proprietarios, pecunia sibi consignaretur, cũ cautione de restituendo in fine vsusfructus, iuxta disposita in *d.* §. *constituitur de vsufr.*
19 *Cras. d.* §. *legatũ quæst* 34. *nu.* 2. *Castil. de vsufr. c.* 79. *nu.* 27. & 29. vbi infert libros, instrumẽta, & scripturas hæreditatis non apud vsufructuarium, sed penes proprietarium stare debere, & id etiam expressit Testator, dum vxori vsufructuariæ onus iniunxit de deponendo quotannis lucra per eam percipiẽda ex apothecis huiusmodi, quæ sibi supererunt pro inuestiendo in stabilibus fideicommisso, supponendis pro tempore, & seruato ordine ibi præscripto; & si Testator sic nõ prouidisset res capitalium, & pecuniæ postquam à debitoribus essent
20 exactæ, per proprietarios consignari debuissent vxori vsufructuariæ, cum cautione, vt supra, illarumq; dominium in eam transiuisset *l. si tibi, & l. quotiam ff. de vsufr. ear. rerum, quæ vsu consum. Gabr. in com. concl. de vsufr. concl.* 1. *nu.* 18. *& 19.*

& abundè *Castil. c. 11. num. 6. 7. 10. & rursus 30 31. & 32.* vbi ostendit vsufructuario tales res alienare, distrahere, & de illis ad libitum disponere, in eisque vtilitatem percipere posse *Bertaz. cons. 25. nu. 25. Mantuos. cons. 110. nu. 2. & 10.*

21 At secus dicendum est in occurrenti casu ob illam specialem Testatoris dispositionem, in qua explicauit se cupere per heredes continuari dd. apothecarum negotiationes sub eius nomine, & signo, quod seruandum est *Balan. l. 4. in princ. in 2. notab. ff. de condit. instit. Dec. cons. 442. nu. 3. Decian. cons. 22. lib. 3.* etiam si heredes proprietarij sint pupilli, & continuatio esset facienda in societate cum proprio Tutore *Felic. de societ. c. 3. nu. 3. & c. 4. nu. 6.*

CONTROVERSIA LVI.

Pro D. F. T. cum D. B. M.

SVMMARIVM.

LEges ciuiles non dedignantur imitari sacros Canones in matrimonijs, & in vsuris, nu. 1.

Fœneratores solent tam occultè tractare, vt vix conuinci possint, nu. 2.

Et idcirco ad probandas vsuras sufficiunt coniecturæ, præsumptiones, argumenta, & verisimilitudines, nu. 3.

Testis probat, dum non habet aliquod interesse, nu. 4. & est informatus, & in creatione scripturarum interuenit, nu. 7.

Vsura potest probari per proxenetas, & mediatores, nu. 5.

Imò admittuntur in testes illi, cum quibus tale crimen fuit probatum, n. 6.

Cognitio super vsuris spectat ad Iudicem Ecclesiasticum propter peccatū, nu. 8.

Vsurarius dicitur etiam ille, qui non exigit vsuras, nu. 9.

Quia sola spe comitatur vsura, nu. 10.

Cedens creditum, dicitur creditum exigere, nu. 11.

Scripta cum clausula, à chi presentarà, *in Ciuitate Bononiæ vti pecunia mercantur, nu. 12.*

Testes singulares admittuntur in iudicio vsurarum, nu. 13.

Vsurarius vltra pœnas à sacris Can. & Stat. impositas, tenetur ad interesse damnum patientis, nu. 14.

Nec admittitur ad confessiones non facta restitutione, nu. 15.

Non potest testari, nu. 16.

Non debet admitti ad habitandum in Ciuitatibus, & in oppidis, nu. 17.

Dicitur q; raptor, & fur, nu. 18.

Prætendens lucrum cessans, debet probare, quod lucrum erat in potentia, propinqua, & plura alia, nu. 19.

Debitor pauper, si non soluat in dilatione, non potest conuentri pro interesse, nu. 20.

Pecunia non fructificat, nu. 21.

Tempus nō est in commercio hominum, & non potest vendi, nu. 22.

Aduocati, Iudices, & Procuratores impedientes, ne vsurarij vsuras restituant, peccant mortaliter, & sunt obnoxij ipsi restitutioni, n. 23.

Adsit

Adsit Deus, & Virgo.

IN proposita quæstione respondendum, videtur leges ciuiles non dedignari sacros Canones imitari, præcipuè in matrimonijs, & vsuris, *Auth. vt Clerici apud proprios Episcopos col. 6. c. 1. ext. de nou. oper. nunciat. Pisanella in summa, in verbo lex, in §. leges Imperiales*, & melius *in verba vsura 1. §. quid de legibus*, vbi docet Imperatorem in legibus prohibuisse vsuras, dum in *auth. de Ecclesiasticis tit. in princ.* mandauit seruari *quattuor concilia*, sicut *leges*, inter quæ est *Nicenum*, vbi leguntur prohibitæ vsuræ *c. quoniam dist. 47. Lapus fuit plures in l. curabit C. de act. empt. §. 3. in comment. 1. nu. 36. 37. & plur. seq.*

Non ergo poterit Excellentiss. D. Aduocatus dicere de iure ciuili vsuras esse permissas, Modo cum fœneratores, vt plurimum contractus vsurarios ineunt, & dolosè vtuntur, vt vix conuinci possint *Clem. de vsuris c. vnico §. caterum*, admittitur probatio per coniecturas, & iura contentantur probationibus, quæ haberi possunt *Federic. de Senis conf. 119. nu. 3. Mars. in praxi in § principium pa. 13. & 14.* dicens, quod illud, quod non potest clarè probari pro rerum natura, probatur argumentis, & inditijs, & in secretis tractatibus, & consilijs, & quod propter probationis difficultatem peruenitur ad torturam, quando quidem ex talibus inditijs ad condemnationem, maximè, quia hoc genus fœneratorum quotidie fraudes, & simulationes ad detegendas, palliandasque vsuras cogitent, vt penè impossibilis, nedum difficilis reddatur huius vsurariæ prauitatis probatio, nam clandestinè, & occultè contrahunt, infinitisque cauillis, & vetustis secum contrahentes circumueniunt, ne furtum, rapinaque, quam verè committunt, detegatur, & idcircò omnes conuenerunt, vt probationes, quæ alias minimè admitterentur, contra eosdem vsurarios admittantur, *Io. And. in c. ex literis ext. de vsuris Paulus de Liazaris, Petrus de Ancar.* quos affert, & sequitur *Alex. cons. 34. num. 3. lib. 6. Ant. de Butrio* post *Hostien. in c. ad nostram de empt. & vendit Paris. cons. 55. num. 31. lib. 1.* & plures affirmarunt nedum cõiecturas, sed & verisimilitudines, atque argumenta sufficere, per *c. ex. in c. cum in decretis ext. de vsuris Corn. cons. 23. num. 4. & 5. lib. 3. Calr. cons. 109. nu. 1. & cons. 319. num. 3. lib. 2. Cauer. cons. 156. nu. 7. Iason cons. 141. lib. 4. col. 3. Dec. cons. 18. in priori, per tex. vbi Imperatores & plures alteri, quod agitur. Io. de Platea, Rodulph. Philippus Francus, Ripa, Angelus, Cumanus, Fulgosius, Socinus, Cepola, Bertrand.* & alij, quos more suo diligentissimè adfert *Tiraquel. de retract. conuent. in præfat. nu. 36. 37. & 38.* dicens, quod probationes imperfectè conjunguntur, quæ alias non coniungerentur *Io. de Anania cons. 99. Tusc. tom. cons. 10. & cons. 85. Dec. & alij*, quos refert *Dettan. cons. 62. nu. 15. & seq. lib. 3.* Ex quibus credo satisfactũ allegatis pro Aduersario ex aduerso, nempe *Parisius cons. 81. nu. 1. Cabal. resol. crimin. casu 200. nu. 110. & alia xxvi. 299. num. 8. lib. 2.* ex quo neuter eorum loquitur, quando agitur de vsuris, & contra vsurarios, sed in alijs delictis, in quibus à lege non est prouisum, prout in casu vsurarum ex superius allegatis. Recreditur enim à regula, quando delicta sunt difficilis probationis, prout in vsura exemplificant *Corn. cons. 23. num. 4. lib. 3. Tenazuel.* & alij superius allegati.

Nec dicatur, quod Antonius vnus ex testibus tractet de se exonerando, minusque probet, quia non contronertitur, quia merces fuerint per eum datæ, sed quod

loco earum Dom. F. fuit creatus debitor in pecunia numerata, prout clarè constat ex propria confessione, non ergo agitur de eius commodo, sed incommodo, quo casu admittitur ex *eodem Farinac. alleg. quæst. 60. nu. 3. & seq.* imò
5 vsura habet hoc priuilegiũ, vt probari possit per proxenetas, & per mediatores
6 *Zabarella in Clem. cap. vnico de vsuris §. cæterum nu. 2.* dicens esse optimos testes, nedum ipsos, sed & alios, cum quibus tale crimen commissum est *Cepol. de simulat. contractuum nu. 88.* id etiam ratiocinatur *Decian. d. cons. 72. nu. 64. & 65. lib. 3. Gabr. in com. concl. in concl. 20. nu. 6. in tit. de testibus, qui Rotulum* allegar. Non tamen ipse Antonius est proxeneta, nec in numero proxenetarum in foro Mercatorum, prout alij proxenetæ describuntur, sed vti amicus vtriusq; partis vocatus,
7 absq; spe alicuius præmij, adeout ei, tamquam melius informato, magis sit credendum *l. consenju §. si in plaghis C. de repudijs, c. super prudentia il primo 14. quæst. 2. l. quoties C. de naufragijs lib. 11.* prout etiam refert idem *Decian. d. cons. 62. nu. 26. lib. 3.* videmus etiam proxenetæ credendum esse, dum aliter veritas probari non potest *Abb. in cap. insuper nu. 11. vers. & maximè ext. de testib. Archid. & Francus in c. 1. de testib.* quos refert *Farinac. d. quæst. 60. nu. 417. Butr.* & alij, quos refert idem *Gabr. d. concl. 20. nu. 7.* & eo magis si Instrumento interuenit, vt ibi *Farinac. n. 411.* sed in hoc negotio Antonius, qui simpliciter computa fecit, proxeneta appellari non potest *Bald. Socin. Corn. Mascard. & Stracha*, quos refert idem *Farinac. ibi num. 439.* Non ergo dicendum erit B. non esse puniendum, quia vsuræ nondum sunt exactæ ex *Beroi cons. 208. num. 6. lib. 3. & alys addactis*, nam primò
8 *Beroius* ibi distinguit secundũ leges ciuiles, sed & malè ex superius dictis, & quia in hoc est seruandum *Ius Canonicum*. Secundò idem *Bero. cons. 210.* subsequenti
9 *nu. 3. & 5.* dixit vsurarum cognitionem esse spiritualem, & propter peccatum per Iudicem Ecclesiasticum esse iudicandum, & vocatur vsuratius, etiam si quis vsuras non exegerit *Silvester in summa in verbo Vsura 1. nu. 25. Anchar. in consuluit nu. 5. ext. de vsuris*, dicens, quod sola vsura rum petitio sufficit, & *Bero. d. cons. 208.* loquitur de eo, qui iam declarauerat nolle exigere, minusq; acceptare vsuras, vt *nu. 23.* & in hoc extant etiam hic Bonon. *Banna Generalis* id disponentia,
10 omnes igitur pactiones, quæ vsuram inducunt, debitori remitti debent *d. c. consuluit. Henric. Anchar. Rodulphus, Alex. Antoninus, Soius, & alij*, quos etiam de cõmuni attestans affert *Lup. in c. quamquam de vsuris comment. 3. §. 2. nu. 50.* nam vsura sola lucri spe committitur *not. in dicto c. consuluit c. 1. 2. & 3. 14. quæst. 3. Gosi ed.* quem allegat *Pisanella in verbo Vsura 1. vers. Vtrum sola spes lucri.* Nec facit, quod dictus B. cesserit istud creditum Capitibus Creditorum Dom. Ioan.
11 Baptistæ, quia idem est, & cedens dicitur cedendo exigere, prout dicimus de cedente iura hæreditaria, nam videtur hæreditatem adire *Surdus decis. 70. pag. 160. nu. 11.* eo magis, quia hic Bonon. scripta cum clausula, *à chi presentarà*, quotidie ad instar pecuniæ mercantur, vt fatetur Eminentiss. D. Horatius Spinola in *Consult.* super hoc facta, dum esset Bonon. Præses anno 1599. 25. Februarij, &
12 nouissimè Bonon. decisum est *coram Excellentiss. D. Auditore Generali*, in causa DD. de Grimaldis.

Nec dicatur, quod Antonius, & Paulus examinati sint singulares, quia primò ex eorum dictis contrarium verificatur, nam sunt contestes: secundò, & quando singulares essent, nihilominus in iudicio vsuræ probant *Decian. d. cons. 62. num. 92. lib. 3.* talis tamen singularitas vocaretur adminiculatiua, quæ non repellit dicta testium in his, qui solent occultè fieri, & præcipuè in committen. vsuram, pulchrèrimè *Calder. cons. 209. & cons. 143. lib. 2. Antonius, Alex. Decius, Parisius, & alij*,

quos

quos more suo allegat *Decius. Tiraquel. de retract. conuent. in præfat. nu. 38.*

Remanet ergo, vt istantibus probationibus bene, & diligenter ponderatis ex confessione propria declaretur dictum B. incurrisse pœnas, de quibus in *cap. quia in omnibus extra de usuris, in l. improbum ff. eo. & ex quibus cuius infam. irrogetur,*
14 & Bannimentorum Generalium, idem *Pisanella in verbo Vsura quarto, vers. quæ pœna, Holl. pariter in summa in tit. de vsuris nu. 10. vers. alia pœna, Lup. in d. c. quamquam ext. de vsuris comment. 4. in præfat. nu. 2.* & hoc vltra interesse, nam debetur restaurum Domino F. cuiuscunque damni passi, & patiendi *Angel. de Caluas. in eius summa in verbo vsura 2. nu. 3. & seq.* subiungens tales vsurarios ad tacit. Alta-
15 ris Communionem non esse recipiendos, eorumq; testamentis neminem posse
16 interuenire, nisi prius satisfecerint, & quod non debeāt recipi ad habitandum
17 nec in Ciuitatibus, nec in Oppidis, minimeque posse vsuras solutas retinere, &
18 esse raptores, & fures. Nec dicat Dominus B. quod dictus Dominus F. ei pecunias mercandi causa dedisset, quod multa lucra cum mercibus fecisset, quia non per hoc sibi licuit committere vsuram, & tale interesse debuisset significare, & probare *Lupus, qui plures allegat in l. curabit C. de act. empt. commen. 1. §. 6.*
19 *nu. 116.* subiungens debere etiam probari, quod lucrum erat in potentia proximo, vt pura haberet tales merces præ manibus, quas emisset, ex quibus tantum lucraturus fuisset, & quod ob non solutam pecuniā id facere non potuisset *Affict. decis. 20. nu. 2.* vbi quod non refert, si probasset se soluturum esse lucrari in
20 negotio mercium, eo quod multa potuissent euenire, ex quibus lucraturus non esset. Addens *num. 3.* quod debitor pauper, vt est Dominus F. si deficiat in solutione, non potest conueniri pro interesse lucri cessantis, & id prius dixit *Diuus Antoninus* ab eo memoratus in *2. parte suæ Summæ in tit. de Auaritia pag. 29. vers. quid de pœna appolita.* Addatur, quod Dominus B. pro pecunia fatetur in-
21 teresse certum pro quo bet centenario percepisse, id enim prohibitum est *cap. plerique 14. q. 3.* & ibi *glos.* subiungit etiam ex pacto, idq; procedit nedum in mutuo, sed in emptione, & venditione, & alijs contractibus, nam tali casu vocanteur paliati *Calder. in c. nauganti in 3. not. de vsur. Feder. de Senis cons. 303. verb. sed tamen nu. 5.* quos refert *Lusch. in verbo Vsura concl. 337. num. 24.* faciunt etiam *textus in c. ad nostram de empt. & vend. & Armilla in verbo Vsura nu. 11. idem Caluas. in verbo Vsura 1. nu. 58. Nauar. in c. si scientaberis 14. quæst. 3. nu. 4. circa prin.* dicens vsuram paliatam in illis omnibus inueniri contractibus, in quibus ob solutionis tempus delatum plus iusto pretio accipitur *S. Thom. 2. 2. quæst. 78.* quem refert *Zechus in tract. de vsuris c. 14. nu. 10. Similiter in Summa in verbo Vsura 2. nu.*
22 *1. vers. si quis carius vendit,* & in *verbo Vsura 9. nu. 2.* nec vendi potest tēpus, quod omnibus animantibus est commune, & gratuito concessum, prout Acr, minusq; in nostro commercio est illius venditio, vt in terminis post *Alex. cons. 80. num. 7. lib. 3. Roman. cons. 500. nu. 4. dixit Tusch. in d. lit. V. in verbo Vsura concl. 337. n. 16.*
23 Cauent igitur Aduocati, Procuratores, & Iudices, ne Vsurarios defendant, & vsurarum restitutionem impediant, quia tali casu peccant mortaliter, & ipsimet restitutioni fiunt obnoxij *Holl.* & alij, de quibus per *Armill. in verbo Vsura nu. 43.*
Et hæc &c.

CONTROVERSIA LVII.

Pro Sereniss. Duce Mantuæ.

SVMMARIVM.

Tracta foranea, & Datium Salis dicuntur de regalibus Principis, nu. 1.

Super regalibus census imponi non potest, nu. 2.

Nec obligari possunt ad præiudicium successorum, nu. 3.

Census impositio dicitur alienatio, nu. 4.

Tracta foranea non potest dici res certa, nu. 5.

Gratia Principis inter impossibilia reputatur, nu. 6.

Super iurisdictione census imponi non potest, nu. 7.

Reprobatur illud pactum, quod in casu moræ, & retardatæ solutionis annui census, emptor census possit pecunias accipere ad cambium, & recambium, nu. 8.

In impositione census debet intervenire pecunia numerata, nu. 9.

Solutio est facie, in loco contractus, nu. 10.

Adsit Deus, & Virgo.

IAm eleganter, & diffusè fuit scriptum per Sapientissimum, & Celeberrimum *Martam in cons. 161.* & Reverendiss. Illustrissimi D. Mantuæ Episcopi *Vicarium*, vt nihil, iudicio meo, dicendum remanserit, eorum q; sententiam libri, veritati, & æquitati cõlonam esse arbitror. Quattuor potissimum me mouent; Primò, quia Tracta foranea, & Datium Salis dicuntur de regalibus Principis *rem. est in c. 1 quæ sint regalia Principis in usibus feudorum*, & affirmant *Bart. Cepola in l. cum quidam de verb. signif. Ramon. cons. 271. n. 1. Bos in praxi tit. de Regalijs. Bertachin. de Gabellis, seu vectigal. nu. 13.* & super regalibus census imponi nõ potest, 1
carratione, quia prohibentur obligari, & obligando Princeps dicitur fu- 2
buere, alienare, & diminuere in præiudicium successorum, & idcirco non potuit 3
Serenis. Dux Vincentius censum constituere super prædictis, *facit text. in l. si creditor. ff. equi, & æquibus. Rebuffus tit. de pact. Constantius, in verbo successorum 9 Socin. in cons. 4. in fi.* late *Roland. in cons. 1. nu. 97. lib. 2.* dicens in puncto prædecessorem per suum contractum non potuisse ligare successorem, quominus possit regalia 4
exercere, nulli enim dubium est, quod census impositio habetur pro alienatione, plures enim dixit *Sacra Rota Romana decis. 17. nu. 2. p. 1.* & nouissimè coram *Cabalerio decis. 459. nu. 2.*

Secundò ex *Constit. Pij V.* census est constituendus super re immobili, aut quæ pro immobili habetur de sui natura fructifera, & quæ nominatim certis finibus designata sit, non enim potest talis tracta foranea dici res certa, quæ pro immobili habeatur, cum possit casus euenire, siue ex penuria, siue ex alio accidenti, vt tra- 5

sta

ta non detur. Non enim exigitur à re certa, nec actione reali, sed actione personali, quæ hodie non potest exerceri contra Serenissi. Ducem Carolum possidentem, & succedentem ex propria persona, vt aduertunt *Bald. Salicet. & alij in l. generaliter C. qui pot. in pignore habeantur. Caualcan. in annotat. ad Menoch. cons. 1. in fine lib. 1. & Cæsar Campana in suis scriptis de anno 1613. & 1614.* de actione tumultuum tunc in Ducatu vigentium, est etiam aduertendum, quod talis tracta
6 resident in voluntate Serenissi. Ducis, & ex Suæ Celsitudinis gratia, vnde inter impossibilia reputatur, cum dependeat à potestate sua *Castr. cons. 164. nu. 6. lib. 2.*
7 idem etiam dicitur de iurisdictione, cum super ea census constitui non possit, cum sit quid supra rem, & personam distinctum à dominio, & proprietate rei *Iaf. in* §. *item Seruiana nu. 104. & ibi Gomez nu. 41. Ioll. de act. Cens. in tract. de censibus p. 1. cap. 3. quæst. 1. art. 5. nu. 15.*

Tertiò principaliter dicitur census impositionem, nedum nullam, sed & inutilem, eo quod excedat pacta in *Nou. Constit.* reprobata, ibi, vt possint DD. Inuentes in casu moræ, & retardatæ solutionis recipere pecunias ad cambium, & recambium pro damnis emergentibus, & lucris cessantibus, ita aduertit *Bocac. de censib. p. 1. nu. 62. & p. 3. nu. 35.* dicens in hoc Summum Pontificem consuluisse saluti animarum *Felician. de censibus tom. 1. lib. 1. c. 86. ad finem vers. præterea,* & in puncto contractum hoc casu dici fœneraticium, voluit nouissimè *Io. Baptista Leonellus super declaratione d. Constit. Pij V. in glos. 15.*

Quartò, vt asseritur, traditæ fuerunt loco pecuniæ quædam Cartolinæ Montis S. Georgij de Genua, & tamen numeratio pecuniæ coram Notario, & testibus debet interuenire, minusq; illi partes renunciare potuerunt, cum id fit de forma *d. Constit.* præscripta, ita post *Sard. Rota penes Cubillu. decis. 406. nu. 3.*
9 Addatur solutionem in loco contractus debuisse fieri, & factam non fuisse, ad tradita post *Bart. & Alex. per Bocacciam in d. tract. de censibus p. 2. nu. 73.* dicens conuentionem in contrarium vti onerosam non esse seruandam. Quare per dd. Celeberrimos Consulentes rectè Consulsum esse credo, & contractum nedum esse nullum, sed & fœneraticium, Dominosq; Ianuenses teneri annuos census receptos in sortem imputare. Salvo &c.

IVri consona esse puto ea, quæ doctè, & elegàter proponuntur post Martam Doctorem celeberrimæ memoriæ à Perillustri, & Reuerendiss. D. Illustriss. D. Episcopi Mantuani Vicario, & quidem egregio, atq; insigni, reperi tamen, & ex ipso eius doctissimo Consilio satis agnoui, & quæ adijcientur à Perillustri, & Excellentiss. D. Floriano Dulpho Iuris Consulto, disertissimo, Aduocato, & Iuris Interprete præstantissimo, cuius ingenij, & eloquentiæ vim, atq; præstantiam nunquam satis commendarem. Propterea libentissimè in sententiam tantorum Virorum concurro, & de simplici subscriptione requisitus hic me subscripsi. In quorum &c. Ambrosius de Lutis I. V. C. Collegiatus Senensis, & nunc Rotæ Bonon. Auditor manu propria.

DE simplici subscriptione requisitus, in eamdem sententiam, vt supra, non minus doctè, quam eleganter deductis libentissimè concurro Ego Io. Baptista Blondinus I. V. D. Forolinien sis, & Almæ Rotæ Bonon. Auditor.

CON-

CONTROVERSIA LVIII.

Pro Sereniss. D. Principe Foresto Estense.

SVMMARIVM.

Libris standum est tam pro scribente, quam contra scribentem, nu. 1. etiam si sint magnæ summæ, nu. 4. Requisita ad hoc, vt libris credatur leguntur, nu. 2. Si libri, vel partitæ in aliqua parte verificentur, in totum probant, nu. 3. Libro Factoris standum est etiam cõtra Dominum, stante approbatione facta de eius persona, nu. 5. Dicto (visto) declaratur, nu. 6.

Adsit Deus, & Virgo.

Libris alias rentis per D. Camillum Ronchium, siue eum consideremus Agentem, siue Factorem, siue Complementarum olim Serenissimi Principis Foresti Estensis credimus standum esse, & eis fidem adhibendam etiam ad sui ipsius D. Camilli fauorem, nec alio modo posse cogi reddere rationem Serenissimis Hæredibus, nisi per dd. librorum inspectionem affirmamus, & ratio est, quia libros prædictos non fuisset opus conficere, si eis non crederetur, & credi deberetur etiam pro se *l. publicam in fine ff. de probat.* esset enim sibi fabricare iacula, quibus scribens conuinci, & sine defensione offendi posset *Angel. Aret. in cons. 45. nu. 9.* dicens similibus libris in gestis circa administrationem, credendum esse tam pro scribente, quam contra scribentem, multisque auctoritatibus, & rationibus id comprobat; omnia etenim requisita ad hoc, vt libris credatur, in casu nostro concurrunt: primò, dictus D. Camillus est bonæ opinionis, & conscientiæ, & pro tali ab omnibus tentus; secundò, librum manu propria conscripsit; tertiò, veritatem scribere consuevit; quartò, causam debiti, & crediti expressit, vt advertit *Card. Pap. decis. 441.*

Addatur in præteritum d. Sereniss. Principem dictos libros, partitasq; in eisdem libris præcedentes scriptas annis 1631. 1632. & alijs annis subsequentibus vti veras approbasse, quo casu expost scriptæ veræ præsumuntur *Cabed. cons. 301. l. b. 1.* quem refert, & sequitur *Crauet. cons. 198. nu. 6.* his verbis, si liber rationum in aliquibus probetur ex veritate scriptus, tunc creditur etiam in alijs *Puer. de simul. scriptura priuata lib. 4. nu. 44. & nu. 46. in fin. de libris rationum*, & ita post *Rutinum, Decianum, & alios tenuit Sacra Rota penes Manricam decis. 144. nu. 3. & decis. 363. nu. 4. Rutil. decis. 344. nu. 14. & ibi Farinacius in addit.* dicens, & ipse fuisse criticationem aliquarum partitarum, vt decet fieri, libris *Cabedis.* post *Surd. & Ancuch. decis. 552. nu. 2.* legitur etiam pluries, mediantibus pluribus subscriptionibus d. Sereniss. Principem d. D. Camillum pro persona fide digna nominasse *Bart. in l. admonendi n. 27. & ff. de interr. act. Cumanus cons. 31. nu. 1. Barz. decis. Bonon. 24. nu. 7.*


image
not
available

tio contrariorum, *Sacra Rota* post *Gabr. decis.* 813. *nu.* 15. *p.* 1. *diuers.* loquens de communi, ex hac ratione, quia si plures partes sint verificatæ, nō est verisimile, vt in alijs contineantur falsitates, & id decidatur ibi etiam, quod partitæ maximi sint momenti, & dd. libris Factoris, seu Administratoris credēdum esse dixit *Bart. in l. ex sententia nu. 4. ff. de testam. tutel. & Bald. in rub. C. de fide instr. nu.* 34.

2 ex hac ratione, quia cum expensæ sint factæ, non potest dari certa regula, & in

3 omnem euentum dixit sufficere iuramentum expendentis, seu scribentis, & in *l. Iudices C. eod.* & ratio est, vt credendum sit, quia si Serenis. Hæredes vellint acceptare in parte, tenebuntur stare in toto propter vnitatem officij *text. est in l. cum quæreretur ff. de administr. & peric. tut. vel curat.* ibi *in contrahendis nominibus, aut in totum agnosceret, aut à toto recederet. Angel. in l. iumptus in verbo credatur eodem tit. ff. de administrat. tut. Crauetta de antiquit. temporis in §. viso de verbis enunciatiuis nu* 69. *fol.* 49. qui in puncto ratiocinatur *Repa in l. admonendi ff. de iure iur. nu.* 124.

4 eo quod scriptura dati, & recepti dicatur connexa *Surd. decis.* 199. *nu.* 13. *Rota decis.* 388. *p.* 2. *in recent. nu.* 1. & sufficere præsumptiuam probationem dixit *Alciat. de præsumpt. reg.* 1. *præsumpt.* 16. *in fine Cuman. cons.* 137. *nu.* 4. *Gramat. cons. ciuili* 158. dicens esse menti tenendum.

Nec paruipendēdum est illud verbum, *visa*, per Serenis. olim Principem in multis paginis libri scriptam importans approbationem, ex quo vidit, & non contradixit *l. procula ff. de probat. Cuman. d. cons.* 137. *Surd. d. decis.* 199. *nu.* 10. *Rota*

5 *decis.* 388. *p.* 2. *in recent. nu.* 3. & cum taceuerit, nec conquestus sit, videtur confessum fuisse veritatem libros continere, eo magis stante fide agnita multorum annorum in administrandis bonis, & negotij suis gerendis *d. decis.* 388. & affert *Posser. de Script. priuata 2. in lib. 4. instit. liber Factoris contra Dominum.*

CONTROVERSIA LX.

Pro eodem Serenis. D. Principe Foresto Estense.

SVMMARIVM.

EX secunda locatione dicitur prima nouata, nu. 1.

Sententia per taciturnitatem approbatur, nu. 2.

Declaratur, nu. 9.

Notatio non inducitur, nisi expresse dicatur, vel signis vrgentibus, ac coniecturis valde notis, & indubitatis, nu. 3.

Nec quando secundus contractus recte se compatitur cum primo, n. 4. *&* 6.

In hærede præsumitur ignorantia, nu. 5.

Factum est probandum ab actore, nu. 7.

Reus tenetur probare exceptiones, nu. 8.

Sententia contra dispositionem legis lata, est ipso iure nulla, nu. 10.

Scientia, & patientia inducunt consensum, etiam in subhastatione bonorū, nu. 11.

In subhastatione in oppido facta edictū, seu schedula supplet vocem præconis, nu. 12.

Adsit

Adsit Deus, & Virgo.

PRætendit, vt audio, Illust. D. Capitaneus Georgius Barzellus fideiussor præstitus in primo instrumento locationis factæ Ronchio se liberatū esse ex secunda locatione eidē primo Conductori facta per Sereniss. Principem Foresium Estensem, & sic non teneri ad restitutionem capitalis seminum inuernalearū, & aliorum d. Ronchio consignatorum, eo quod nouatum dicatur *l. nouatione C. de fideiussoribus l. 1. C. etiam ob Chirographariam pecuniam pignus teneri posse.*

Secundò ex sententia Illustriss. Ducalis Consilij Iustitiæ Mutinæ, quæ prætenditur per taciturnitatem approbata ex *Glos. & DD. in verbo non prosequatur in clem. 1. vel lite pendente nil innouetur.* Sed vtraq; exceptione rectè perpensa pro veritate, pro qua requisitus sum videtur resoluen. d. D. Capit. non esse liberatum, & teneri, ad restitutionem capitalis animalium, & aliorum expressorum in instrumento, in quo eius fideiussio legitur.

Nam primò nouatio non fit, nisi expresse dictum sit *l. finali C. de nouat.* vt de communiori Doct. opinione affert *Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 56. nu.* 1. nec præsumitur, & debet, vel concludentissimis, vel expressis verbis probari, vel saltem signis vrgentibus, ac coniecturis valdè notis, & indubitatis *§. præterea inst. quibus modis tollitur obligatio Dec. cons 12. nu. 1. Gail. lib. 2. obseruat. 30. nu. 3.* qui loquitur de veriori, & eum refert, & sequitur *Thesaur. decis. 125. nu. 9.* dicens sic in Camera Imperiali fuisse iudicatum nouissimè *Sacra Rota coram Cocceio decis. 8. nu. 2. & decis. 102. nu. 4. & coram Buratio dec. 54. nu. 8. & decis. 749. nu. 18.* nec fieri nouationem in contractibus, nisi quando creditor vellit, & se declarat *Forestus de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 134. nu. 46. Mascard post alios concl. 1107. nu. 20.* nescio etenim videre, quomodo possit prætendi nouatio in casu nostro, eo quod non legitur renunciatum primæ obligationi, immo secundus contractus locationis rectè se compatitur cum primo, in tantum, vt ambo in suo robore maneant *Decius in l. singularia nu 28 ff. sicert. pet. Antonius Henrigus in tract. de fideiuss. §. 3. cap. 20. nu. 14. Maur. partter de fideiussor. lib. in 2. parte principali sect. 10. §. 4. nu. 22.* & sic poterit Sereniss. Princeps agere, & contra primum conductorem Hæredes, & fideiussorem, & contra secundum pro restitutione capitalis, & aliorum suprà expressorum, tanto magis, quia ipse Hæres Sereniss. Patris primi locantis qualitates, & obligationes primi instrumenti ignorasse præsumitur *l. finali ff. pro suo l. si mulier ff. ad Velleianum Eugen. cons. 95. nu. 45. lib. 1. Costa in tract. de facti scientia, & ignorantia in spect. 89. nu. 2. & 3.* & prior obligatio manet, quamuis sit facta secunda, nam secunda vocatur cumulatiua, quasi fuerit addita d. secūda, non vt prior sit perempta, sed vt efficacius debeatur *Gratian. in d. scept. Forestibus cap. 290. nu. 7.* & idcircò duplex *à Doctoribus* consideratur nouatio quædam propria, & ex voluntate nouantis, & talis dicitur extinctiua primæ obligationis *l. 1. ff. de nouat.* & in hac non sumus, vt superius demonstraui, & alia est accumulatiua de qua loquimur, quæ non est, nec vocatur propriè nouatio, ex quo non nouat, nec extinguit primam obligationem, sed ei aliam accumulat, & adiungit, vt doctissimè more suo demonstrat *Tuscon. in l. insulam ff. de verb. oblig. nu. 20. vers. nam duplex Mantica*, qui *plures* allegat, & sic decisum fuisse asserit per *Sacram Rotam coram Rubulo in tract. de iuuitis, & ambig. lib. 17. tit. 1. nu. 3.* nec dici factam nouationem

nem si post datum primum fideiussorem alius detur affirmat idem *Bart. in l. Valerianus in fine ff. de pratorys stipulat.* nunquam enim primæ conuentioni, & contractui derogatum videtur per secundam conuentionem, seu contractum si expressum non sit *Dec. cons. 97. nu. 5.* dicens, quod si in secundò contractu non fuit dictum de derogatione primi omnia contenta in primò nullo modo dici alterata affirmat etiam post alios *Menoch. cons. 381 nu. 33. vers. ergo à sensu contrario.*

Nilq; obstat sententia mihi exhibita Illustriss. Ducalis Consilij: Iustitiæ Mutinæ, nam absolutio Capit. Barzelij est facta saluo præfati Serenis. D. Principis iure regressus pro d. capitali, casu quo d. Capitale per Ronchium ex alia causa, quam se eximendi ab oligatione restitutionis etga d. Serenis. D. Principem fuisset in fine primæ locationis Andreæ Pontio secundò Conductori dimissum, seu ei relictum appareret, vt in d. sententia, ex qua nullo modo dicitur d. Capit. fideiussor liberatus; nam sententia est Conditionalis, scilicet si Ronchius dederit d. capitale d. Andreæ Pontio, ex causa se liberandi ab obligatione restitutionis, erga Serenis. Principem, quod cum non appareat, non potest dici liberatus, & cum id sit quid facti non præsumitur, & à d. Capitaneo est probandum 7
Pacian. in tract. de probat. lib. 1. cap. 13. nu. 7. & nouissimè post *Mascard. Menoch. Menizan. & Federicum Scotum* dixit *Io. Baptista Costa de facti sententia, & ignorantia in spect. 13. nu. 1. & seq.* & sic cum Serenis. Princeps non allegauerit, immo negauerit talem restitutionem spectat ad eumdem Capitaneum allegantem probare talem restitutionem fuisse factam in tantum, vt non sit nec possit dici ex d. sententia liberatus, cum nec verba eiusdem sententiæ possint aliquo modo intelligi absolutoria non facta probatione per d. Capitaneum, nimirum, quia ipse Capitaneus Reus dicitur Actor excipiendo, & exceptiones suas probare tenetur, ex 8
quo sunt fundamentum, suæ intentionis *l. 1. & 2. ff. de excep. l. in exceptionibus ff. de probationibus Honded. cons. 76. nu. 13. lib. 2.* siue ergo Actor, siue Reus aliquid alleget vterq; tenetur probare *Angel. in l. 2. in pr. nc C. de donat. ante nuptias,* & probationes eiusdem Rei debent esse plenè, & perfectæ, intantum, vt de necessitate cõcludant intentionem probantis *Calir. cons. 260. nu. 5. lib. 1. Cornazan. decis. 76. nu. 6. Carol. de Grassis in tract. de except. in præludio nu. 169. ad finem Burat. decis. 298. nu. 2.* & ibi *Ferentil. in addit. in littera A* vbi plures decisiones concordantes refert.
Cessat ergo allegata taciturnitas exadverso, cum non habeat locum, nec obsit, 9
nisi elapso decennio, & quando copulatiuè non concurrit ius litem prosequi debentis, vt dixit. Idem *Ferentil. ad Buratum decis. 307. nu. 10.* & ideò sententia in nihilo præiudicat Serenis. Principi, sed iura sibi reseruat not. in *c. Venet ab illem extrà de except. in fine Port. cons. 117. nu. 3.* & si aliter ab aliquo interpretaretur sen- 10
tentia tamquam contra dispositionem legis lata esset ipso iure nulla *Vat. in tract. de nullit. sententia ex def. & in proceff. n. 124.* & vti notoriæ iniusta non posset exequi.
Crederem etiam contra d. Capitaneum posse opponi nullum ius habere in bonis ad hastam venditis Pontij, & Manzerij pro affictibus, & alijs d. Serenis. Domino Principi in solidum obligatorum, eo quod talis subhastatio publicè fuit fa- 11
cta, & de more in publica platea loci vbi habitant, fuerunt affixa edicta de subhastando, nam scientia, & præsentia inducunt sufficientem consensum *Sura. decis. 69. nu. 4. Sacra Rota decis. 396. nu. 4. p. 1. dtuers.* & dixi *in contr. 45. nu. 1.* & in puncto, quando præcesserunt bannimenta, seu proclamata, iuxtà stilum Regionis, quod scientia præsumatur, nec ignorantia addurrit post Odd. & alios dixit *Mangil. in tract. de subbast. quæst. 65. nu. 8. vers. sed contrarium*, & sic cum subhastatio publicè sit facta tollit omnem causam conquerendi *Rauden. post alios cons. 50. n.*

395. *Iodoc. in d. tract. de subhast. cap. 5. nu. 36. & 38.* & cum bona subhastata sint in oppido, vt mihi fuit suppositum, sufficit ad validitatem edictum, vel schedula: nam æquipollet voci præconis *Io. de Platea in l. loca. C. de loc. prædiorum ciuilium, vel fiscalium lib. 11. Plot. in l. si quando* §. *quinto nu. 3. C. unde vi*, vel saltem, cum sit tertius, nec possideat, non potest impedire executionem obtentam per d Serenis. D. Principem *Couar. pract. quæst. c. 16. nu. 3. vers. Secundus casus. Cabaler. decis. 305. nu. 1. & 2. Cæs. de Graff. in decis. vlt. in tit. de verb. signif. nu. 4. vers. Et in simili.*

Alia enim plura dixissem pro veritate, vt Serenissimo Principi obtemperarem, sed temporis breuitas id mihi non concessit.

CONTROVERSIA LXI.

Pro eodem Serenis. D. Principe Foresto Estense.

SVMMARIVM.

IN causis connexis, & dependentibus plures, & si diuersi sint fori coram eodem Iudice litem habere debẽt, n. 1. Primus Iudex potest præcipere secundo, ne in causa se ingerat, nu. 2. Maior est auctoritas Iudicis delegati à supremo Principe, quam alterius ordinarij, nu. 3.

Adsit Deus, & Virgo.

EO quod per Sacratiss. Imperatorem fuit ad preces Serenis. Principis Foresti Estensis contra Andream Pontium, & hæredes Ioan. Baptistę Manzerij, & hæredes Iulij de Ronchis obligatos, & respectiuè conductores bonorũ d. Serenis Principis, pro quo Ronchio in primo locationis Instrumẽto fideiussit Illust. Capitaneus Georgius Barzelius Carpensis, commissa causa Excellentiss. Duci Guastallæ, vt in d. causa contra d. Ronchium, & alios procedat tam ciuiliter, quam criminaliter, stante sibi narrata alteratione scripturarum, cum toto negotio annexis, connexis, & dependẽtibus, & alijs fortioribus clausulis, prout in rescripto Imperiali exhibito, & cum idem D. Cap. Georgius nedũ liberationem fideiussionis, ac nouationem, aliaque plura adducere prætendat coram Illustriss. Ducali Mutinæ Iustitiæ Consilio. Dicitur nequaquam d. causam per d. Consilium posse terminari, sed D. Capit. ad Excellentiss. D. Ducem Guastallæ esse remittendum, eo quia in causis connexis, & dependentibus plures, licet diuersi fori coguntur apud eumdem Iudicem litigare, quod notandum esse dixit *Bart. in l. 1. ff. de quibus rebus ad eumdem Iudicem eatur*, & plures rationes adducuntur, prima enim ratio ne causæ continentia diuidatur *l. nulls C. de Iudicijs cap. 1. extra de sequestratione possessionis, & fructuum.* Secunda ratio est, quia se inuicem impedirent, si apud eumdem Iudicem non litigarent *auth. & consequenter C. de sententijs, & interloc. omnium Iudicum, & ibi Bart. & cæteri.* Tertia ratio est, ne sequatur absurditas, quia si posset coram vno, & coram altero litigari, sequeretur, quod di-

uersæ possent ferri sententiæ *l. si per iff. de inoffic. testam.* Item si omnes sunt præsentes, facilius veritas examinatur. Ita enim loquitur *Odofredus in d. l.* 1. qui idem dixit esse de Iudicijs vniuersalibus, & de Iudicijs singularibus, & idcircò sat est, vt pro parte d. Sereniss. D. Principis Foresti allegetur alias fuisse cæptam litem etiam contra d. Ronchium, pro quo obligatus est dictus Illustris Dom Capitaneus coram eodem Excellentissimo Domino Guastallæ Duce, & ideo causa ibi debet remitti *Innoc. in c. cum M. num.* 10. *extr. de const.* considerans & ipse maximum præiudicium ex diuerso processu, & nimium laborem, si quis coram duobus cogeretur litigare, dicens, quod aliter processus esset nullus *Afflict. in*
2 *decis.* 354. *nu.* 3. asserens, quod primus Iudex potest præcipere secundo, vt in causa non se ingerat, quia ipse præuenit, & facit *text. in l. vbi cæptum ff. de iudicijs. & nu.* 13. idem *Afflict.* dixit continentiam causæ considerari, vbi est identitas personarum actionis, & rei petitæ, imò etiam si adsit diuersitas personarum, & rei, sed actionis identitas, quæ ex vno, & eodem fonte procedit cõtra plures, & sic plures Rei, etiam si sint sub diuersis iurisdictionibus, & ad eumdem finem agatur, quia non coram diuersis Iudicibus, sed omnium superiore omnes conueniendi sunt, puta coram Imperatore, vel Iudicibus Cameræ Imperialis, prout exemplificat *Gail. obser.* 32. *lib.* 1. *nu.* 3. *& nu.* 9. dicens, quod lite coram Iudice prænento pendente, non potest præueniens coram alio Iudice vocari, maximè si extet causæ continentia, quam continentiam ibi ipse rectè ad propositum nostrũ declarat, nec dicatur, quod Doctores loquantur de Iudice ordinario, prout
3 est Illustris. Ducale Consilium, nam præfertur, & maior est auctoritas Excellentis. Ducis Guastallæ delegati à Sacratis. Cæsare, & qui in hoc eumdem Cæsarem repræsentat aduertit *Cagnol. in rubr. ff. de reg. iur. nu.* 35. idem *Gail. lib.* 1. *obseru.* 97. *nu.* 9. qui loquitur de Iudicibus d. Cameræ Imperialis. Addamus fuisse sublatam omnem disputationem ex clausulis, de quibus in rescripto Augustissimi Imperatoris, ibi cum annexis, & connexis, & dependentibus *glos. in c. dilectus ext. de Arbitris. Gratian. in discept. forens. c.* 857. *nu.* 2. *Marchesan. de commiss. par.* 1. *c.* 5. *nu.* 54. *& seq.* & ibi cum eadem etiam facultate, vt aduertit ibi idem *Marches. c.* 8. *nu.* 61. & nedum potest Excellentis. Guastallæ procedere contra Capit. sed & exequi *Maur. in tract. de fideiuss.* 2. *parte principali sect.* 9. §. 10. *nu.* 7. Nec dicat D. Capit. habere, & sibi competere iura in bonis dicti Ronchij, seu aliorum sibi obligatorum ex alio capite, quia nihilominus causa vti incidens debet terminari coram d. Excellentis. D. Duce Guastallæ *l. quoties C. de Iudicijs Bart. in l. Titia nu.* 4. *ff. sol. matrim.* & melius *in d. Auth. & consequenter nu.* 2. *C. de sententijs & interloc. omnium Iudicum.* & eo magis si ageretur de bonis, ad quorum possessionem idem Sereniss. D. Princeps ex iussu præcipuo eiusdem Cæsareæ Maiestatis repetitur, vt ex rescripto prædicto.

Hæc enim pauca dixi in nimia temporis breuitate, vt Sereniss. Principi pro veritate requirenti inseruiam. Saluo &c.

CON-

CONTROVERSIA LXII.

Pro Sereniss. Duce Parmæ.

SVMMARIVM.

SI disputetur inter Confeudatarios, causæ cognitio spectat ad supremũ Dominum, & non ad Confeudatarium, nu. 1.

Declara, nu. 16.

Summus Pontifex concurrit cum quolibet Ordinario, nu. 2.

Rogatus non attenditur, si Notarius rogatus non sit descriptus in Archiuio, nu. 3.

Iuramentum per errorem præstitum non ligat, nu. 4.

Princeps, vbi habet interesse, nõ potest causæ cognitionem suis Iudicibus delegare, nu. 5.

Contra, nu. 22. & nu. 24.

Feudatarij S. Rom. Eccl. non possunt subijci alijs Principibus, nu. 6.

Declara, nu 8.

Possessio feudi non est capienda, dũ alius est true stitus, nũ. 7.

Successores debent seruare promissa à præcessoribus, à quibus habent causam, nu. 9.

Recognitio Domini feudi habet vim traditionis, nu. 10.

Iuramentum fidelitatis quid contineat, declaratur, nu. 11.

Consentiens contractui, siue tacitè, siue expressè sibi præiudicat, nu. 12.

Consensus, vbi requiritur non ratione formæ, sed ratione præiudicij, & interesse, potest quandocumq; interuenire, nu. 13.

Vbi cum scientia, & præsentia concurrit aliquis actus positiuus, sufficiens inducitur consensus, nu. 14.

Præscriptio trigintà annorum habet locum in feudis, nu. 15.

Summus Pontifex considerat genus generalissimũ, & quilibet alius Princeps considerat tãquam genus subalternum, cuius species pendet ab ipsomet Papa genere generalissimo, nu. 17.

Feudum propriè dicitur, quando pendet à mera liberalitate, & ob fidelitatẽ, seu ob seruitium præteritum, nu. 18.

Consensus semel præstitus reuocari non debet, nu. 19.

Et si quis non sit Notarius descriptus in Archiuio, nihilominus Instrumẽtum, & iuramentũ in eo sustinetur, n. 20.

Iuramentum habet vim geminationis, nu. 21.

Duces, Comites, & Marchiones, qui sunt perpetui Domini, omnia possunt, quæ Imperator potest in suis Ciuitatibus, & Castris, nu. 23.

Pares Curiæ non possunt allegari suspecti, nu. 25.

Consuetudo est attendenda, quando cognoscitur causa feudi, nu. 26.

Clausula sublata, quando dicatur non operari, nu. 27.

Successori in feudo ex pacto, & prouidẽtia, non potest præcessor præiudicare, nu. 28.

Sãmus Pontifex, & alius quiuis Prin-

ceps tenetur ad obseruantiam promissorum, nu. 29.
Quando vassallus non est paratus obedire, & præstare seruitium Domino, vel negat qualitatem, & conditionem feudi, priuatur feudo, nu. 30.

Adsit Deus, & Virgo.

MOrtuo Eminentiss. D. Card. Sfortia videtur rectè per Fiscum, & Cameram Ducalem Placentiæ, seu Parmæ fuisse (sequestri nomine) actualem bonorum feudalium, & regalium, quæ ipse Eminentiss. Dominus Cardinalis tenebat, & possidebat, scilicet de Castro Arquato de Castro Sancti Ioannis de Arce Turris claræ, ac Iurisdictione Basilicæ nouæ tenutam captam, sic disponentibus Constitutionibus Ducalis Cameræ cap. 20. eo magis, quia constat fuisse commissum edictum publicum contra in dd. bonis actionem, & interesse prætendentes, vt coram Excelso Consilio Iustitiæ Serenis. Ducis Parmæ, & Placentiæ comparerent ad agen. & de iuribus suis experiendum, omniaq; in dd. Constitutionibus requisita fuisse seruata. Cuius edicti vigore coram d. Excelso Consilio comparuerunt Illustriss. & Excellentiss D. Sfortia de Sfortijs alias Dux Fiani, & Illustriss. D. Com. Federicus Vermensis, qui nonnulla ex bonis apprehensis sibi relaxari petierunt.

Difficultas enim reducitur, an Illustriss. & Excellentiss. D. Alexander Sfortia Signinij Dux eorumdem bonorum vendicationem prærendens, valeat obtinere d. vendicationis causam in Curia Romana cognosci. Et licet videantur pro dicto Excellentiss. D. Duce Signini vrgere sex rationes allegatæ, nempè ipsum non teneri recognoscere Serenis. Parmæ, & Placentiæ Ducem, stãte Inuestitura ascendentibus, & posteris suis à Sede Apostolica concessa. Cum & ipse Serenis. Par-
1 mæ, & Excellentiss. Signini sint Confeudatarij, & ideo ad supremũ Dominum, & non ad Confeudatarium cognitio spectet, ad *text. in c. Imperialem* §. *preterea in fin. d. cap. in tit. de prohibita alien. feudi per Federicum, & in c. 1. in princ. de lege Corradi, & in c. 1. in princ. in tit. apud quem, vel quos contra. feudi diffin.* Aduertunt etiam *Iacobinus de S. Georgio in tract. de feudis in verbo, & dicti vassalli nu. 1. & melius nu. 32. & Marcus Ant. Peregrinus* nouissimè post plures *in c. caterum ext. de Iudicijs nu. 1. &*
2 in omnem euentum Summus Pontifex concurrit cum quolibet Ordinario *Pur. dec. 48. lib. 3. nu. 11.*

Secundò, pro Duce Signinì videtur declarandũ non obstare, quod eius maiores recognouerint Serenis. pro tẽpore Parmæ, & Placentiæ Duces, cum ipse prætẽdat feuda ex pacto, & prouidentia primi concedentis, nec minus operari fidelitatis iuramentum à se Serenis. Duci Raynutio præstitum tempore vitæ d. Eminentiss. D. Card. sub spe futuræ successionis in dd. feudis, propter eorumdem feudorum renunciationem sibi factam per d. D. Card. ex quo non probatur iuramentũ per
3 Instrumentum confectũ a Secretario, & Notario d. Serenis. Ducis Raynutij, cum non esset descriptus in Archiuio Notariorum Vrbis, ad tradita per *Io. And. in addit. ad Spec. in tit. de Instr. editione in* §. *restat nu. 2. lit. B.* qui in id in terminis allegat *decis. Sacræ Rotæ*, & videtur affirmare post *Angel. Marius Anguis. Placent. in cons. 36.*
4 *nu. 1.* & in omnem euentum tale iuramentum vti per errorem præstitum non ligat *Silueiter in eius summa in verbo Iuramentum 3.* & in terminis *Bald. in auth. nisi rogati in fine C. ad trebel.* quem refert, & sequitur *d. Iacobinus in d. sua Inuestitura in verbo dicti q; vassalli nu. 13.*

Ter-

Tertiò, dicitur Sereniſs. Parmæ non poſſe cauſæ cognitionem Iudicibus ſuis dele-
5 gare, cum agatur de intereſſe ſuo, & omnes Iudices delegãdos habeat ſuſpectos *Bald. in d. S. præterea nu. 5.* & faciunt notata *in rubro, & nigro C. ne quis in ſua cauſa iuſſus dicat*, & quia etiam Conceſſiones maioribus ſuis per Summos Pontifices factæ continent clauſulam *ſublata &c. Card. in c. quia diligenter in 3. qualt. ext. de elect. Verallin deciſ. 218. nu. 3. par. 3. Put deciſ. 48. lib. 1. nu. 6. Seraph. deciſ. 280. in fin.*

Quartò, & id fuit obſeruatum, dum extitit cõtrouerſia inter Illuſtriſs. March. Franciſcum Sfortiam tunc laicum, & Illuſtriſs. DD. Comites Rubeos Parmenſes, qui bona d. Baſilicæ nouæ vendicare prætendebant *c. cum dilectus. ext. de conjuctud. lquædam ff. de rebus dub. Ant. de Butrio, Caphal. Rimínald. & alij relati per Manticam in tract. de tacitis, & ambiguis lib 2. tit. 1. nu. 5. & eodem lib 2. tit. 7. nu. 20.*

Quintò, quia videtur non potuiſſe Summum Pontificem, etiam cum Cardinalium aſſenſu, ſubijcere Comites de Sfortijs, qui feuda à Sancta Sede Apoſtolica immediatè acceperant Sereniſs. Ducibus Farneſijs inferioribus Summo Pontifice *c. 1. S. ex eo de lege Conradi in vſibus feudorum, Bero. conſ. 67 lib. 1. nu. 41. Cephal. conſ. 23. nu. 46. & 47. lib. 1. Odd. conſ. 82. nu. 15. Menoch. conſ. 32. nu. 20.*

Sextò, & hæc eo magis procedere debent, quia fiſcus non debebat apprehende-
7 re poſſeſſionem, ſtan. quod iam d. Excellentiſs. D. Dux Signini erat inueſtitus *S. ſi verò forſan in auth. de quæſto. col. 6. & S. ſi tamen contigerit in auth. vt differ. iud. col. 9.* & facit *tex in c. 1. in fine in tit. de mili. Vaſſal. qui contumax eſt. idem Iacobin. in verbo & dicti Vaſſalli nu. 21.*

Quę etſi prima facie videantur concludere in fauorem Excellentiſs. Signini Ducis, attamen re maturius diſcuſſa veris manentibus in facto narratis, videtur iudicandum in fauorem Sereniſs. Parmæ, & Placentiæ Ducis. Non enim primò poterit controuerti, quin ex cauſa permutationis Summus Pontifex cum conſenſu S. R. E. Cardinalium tranſtulerit Ciuitates Parmæ, & Placentiæ in Sereniſſimos Farneſios, & declarauerit ſe velle, quod omnes feudatarij, qui ante dictã diem conceſſiones feudales à Sede Apoſtolica obtinuerant vti ſuperiores dictos Sereniſs. Farneſios recognoſcant, quod per ſe ſufficit ad pro Sereniſs. Parmæ Duce victoriam conſequendam. Clara enim eſt iuris concluſio, quod Papa potuit
1 transferre feuda ab Eccleſia Excellentiſs. Sfortijs cõceſſa in Sereniſs. Farneſios, cum omnibus regalibus, vt poſt *Corſetum in tract. de poteſtate Regia in quæſt. 49. tenet. Boſius in pract. in tit. de Regalys nu. 13. 15. & 21. Peregr. poſt plures in c. caterũ nu. 14. verſ. ſi autem ext. de iudicijs*, & faciunt ſcripta per *Camillum Borellum Oliuetanum in controuerſijs, ſeu conſ. 1. nu. 81. & ſeq.* nec creditur de hoc aliquem dubitare poſſe, quia fas eſſet de poteſtate Papæ diſputare.

Secundo facit, quia omnes Maiores dicti Excellentiſs. Signini Ducis recognouerunt Sereniſs. Farneſios, & ab eis Priuilegiorum ſuorum confirmationem obti-
9 nuerunt, & Titulos, & Comitum, & Marchionum receperunt, quæ recognitio operatur nedum quoad Sereniſs. Farneſios tunc viuentes, & acceptantes, ſed etiam quoad alios omnes ſucceſſores in recognitione comprehenſos, itaut ipſe hodie aliquid opponere non valeat *Dynus in conſ. 15. Tantipiente quidam confeſſus eſt ſe habere in feudum nu. 1. verſ. mihi autem Dino de Muxelo*, nimirum, quia talis recognitio habet vim traditionis *glo. magna in l. ab emptione ff. de pactis*, vbi habetur, quod recognitio eiuſdem eſt effectus, qualis eſt, ſi quis alterius nomine poſſidere ſe conſtituiſſet *tex. eſt in l. inter dum S. fin. & in l. qui bona fide ff. de acquir. poſſ. Iacobin. in d. ſua inueſtitura in verbo dicti; Vaſſalli nu. 22.*

Tertiò, facit iuramentum fidelitatis præſtitum per d. olim Eminentiſs. D. Cardina-

lem Sforziam, nam inter alia multa continet, quod ea omnia, quæ iurans cognouerit Dominio, & suis personis, & rebus esse honesta, vtilia, facilia, & possibilia non vertet in contrarium, vt damnosa, inhonesta, impossibilia, & difficilia appareant, & quod iurans in omnibus sen per Domino fidelis erit, habetur in *tit. qualiter iurare debeat Vassallus Domino fidelitatem, & in tit. 1. de forma fidelitatis, & in tit. de noua forma fidelitatis, vbi DD. omnes,* & affirmant *Host. in eius summam in tit. de feudis in rub. quid sit fidelitas nu. 10. & Mart. Syluan. in tract. de feud. in tit. de Iuram. fidelit. n. 5. & seq.* Addito, quod ipsemet Signini Dux de anno 1592. in actu donationis
12 de dictis feudis sibi à d. Eminentiss. D. Card. factæ recepit Placitum à d. Parmæ Serenis. adeout Vanum est contra factum proprium venire *Crauet. cons. 24. nu. 9. & 10. Bursat. con. 173. nu. 62. & seq. lib. 2. Menoch. cons. 58. nu. 2. & seq. Surd. cons. 213. nu. 7. & 8. lit. 2. cons. 349. nu. 26. & 27. lit. 3 & cons. 513. nu. 8. lib. 4. Cephal. cons. 318. nu. 29. & seq. lib. 3.* Certum enim est, quod si quis præstitit contra cuiconsensum, siue tacitum, siue expressum, sibi præiudicat *l. fideiuss. §. pater. ff. de pign.* siue ante, siue post cõtractui interuenerit *id. Cephal. cons. 329. nu. 23. & 24. & cons. 393. nu. 44.*
13 *& 45. lib. 3.* vbi enim requiritur consensus, non ratione formæ, sed præiuditij, & Interesse, potest quandocumq; Interuenire, Idem *Crau. cons. 11. num. 4. & cons. 866. n. 6. lib. 5. Rolana. à Valle cons. 22. nu. 45. lib. 3. Gabr. cons. 2. nu. 1. lib. 1. & cons. 181. nu. 11. & 12. lit. 2.* vbi enim cum scientia, & præsentia concurrit aliquis actus posi-
14 tiuus, Inducitur sufficiens consensus *Surd cons. 349. nu. 23. lib. 3. & dec. 70. num. 4. Cassador. Decis. 3. de rescriptis nu. 2. Rota dec. 396. nu. 4. par. 1. Aluerson.* Et quod plus est ipsemet Signini Dux eidem Serenis. fidelitatis iuramentum præstitit, contra quod, vt superius dictum est, non potest venire, quibus omnibus crederem præ-
15 scriptionem posse adiungi 30. & plurium annorum *ad text. in cap. 1. §. si quis per triginta annos de feud. def. fuerit controuersia Alex. de Neuo cons. 29. num. 2. Natta cons. 456. num. 26. Anguis. cons. 79. nu. 10.*

Remanet igitur, vt ad contraria per ordinem respondeamus.

Et ad primum, Ducem Signini non teneri recognitore Serenissimum Parmæ Du-
16 cem, stante Inuestitura ascendentibus, & posteris suis à Sede Apostolica concessa, cum ambo sint confeudatarij Ecclesiæ, & idcirco cognitionem spectare ad supremum Principem, videtur vanum esse, quia non solum Papa, qui omnia potest *c. 2. extra de consuet. prabend. vers. Solue.* & habet alas latas, & liberas, & nulli subest, & vbique dominatur *Host. in summa vnic. de auctor. & vsu Pal. §. fin. nu. 6.* Sed Reges longè Papa Inferiores possunt transferre feuda, & regalia, & ea subijcere Ducibus, & alijs Principibus, imponendo leges sibi placitas, vt post *And. de Isernia Guilelmum Pernum volutt Camillus Borellus cons. 1. n. 103. & seq.* & quilibet Dominus potest vendere, & alienare feudum suum *Bald. in ciuis quos nu. 5. uersic. quo tempore miles Innocent. petrus de Ber. Papiens. in practica in tit. forma libelli, quo agitur, ad reuocand. § nec superstitibus n. 21. uersic. contrarium*, vbi disputat ad partes, ea agitur, quæ competunt Principi, possunt in alium transferri, vt aduertit *Innocentius Pegnera dec. 46. num. 3.* Et id practicatur in feudis, quæ sunt in Regno Apuliæ, quia dicuntur esse in directo Dominio Regis, quamuis Regnũ sit feudum Ecclesiæ *Bald. in l. 1. C. unde legitimi, & unde cognati* dicens id esse de iure, & omnes Doctores sic tenere, & benè *Baptista Vallabos in communib. opin. in lit. F nu. 20. Iacob. Lacabrin. de S. Georgio in dicta sua Inuestitura in verbo dritag, Vassalli nu. 28.*

Non ergo poterit dici, quod Serenis. Parmæ, & Excellentiss. Signini ambo sint Papæ confeudatarij, & propterea cognitionem ad supremum Principem spectare, quia id procedere posset, si tractaretur de æquali Inuestitura, quod tolli-

tur

17 tur nedum ex supradictis, & secundū logicos in hoc consideratur *Summus Pontifex* genus generalissimum, & Serenis. Dux consideratur genus subalternum, cuius species pendet ab ipsomet Papa genere generalissimo, & Dux Signini habetur tamquam species specialissima Infima subalterno generi subdita, desumitur ex *Porphyrio de quinq; prædicabilibus in cap. de specie ex Toleto, & ex Auerroe in prædicabilia in cap. de specie*, desumitur etiam *ex glos. in §. si generaliter Inst. de leg.* Et quando etiam d. Serenis. Parmæ remansisset Vassallus Papæ, tamen Signini Dux vti Vassalli Vassallus Dominum Proprium, scilicet Parmæ Ducem recognoscere, & seruitium præbere, & ipse Parmæ Serenissimus Papam suum superiorem recognoscere deberet *Ioannes Ranuandus in comprehensorio feudali §. illud quoque præcipimus num. 7.*

Posset etiam dici, quod d. Serenis. Dux non debet in hoc considerari, vti Sanctis. Papæ Vassallus, eo quia tenet feudum ex titulo oneroso, scilicet permutationis, cum bonis propriis, ad tradita per *Beroum cons. 152. nu. 29 & 30. lib. 2.* Et quia
18 feudum propriè dicitur, quando pendet à mera liberalitate, & ob fidelitatem, seu ob seruitium præteritum, notatur *in c. 1. §. beneficia tit. in quib. causis feud. amit.* & aduertit *idem Bero. cons. 121. nu. 20. lib 2.*

Ad secundum principale obiectum nihil operari recognitionem, & iuramentum fidelitatis, minusque probari per Instrumentum à Secretario, & Notario in Archiuio Vrbis non descripto, & in omnem euentum vti per errorem præstitum, non operari. Respondetur, satis D. Ducem Signini per talem recognitionem sibi, & iuribus suis, si quæ habuisset, præiudicasse, quod igitur sibi semel placuit, hodie displicere non potest *reg. quod semel ac reg. iuris in 6.* & consensus semel
19 præstitus reuocari non debet *l. per fundum ff. de seru. rust. prædiorum, l. an diem ff. de aqua pluuia arcenda, l. de accessionibus §. fin. ff. de auuerj. & temp. præscript.*

Nec dicatur iuramentum, de quo in Instrumento non probari, cum Notarius non esset descriptus in Archiuio Not. Vrbis, quia nihilominus instrumentum, & iu-
20 ramentū iustificetur *Speculator in tit. de Inst. edit. §. restat n. 25. & seq. Bar. in l. cunctos populos nu. 34. C. de Sum. Trin. & fide cath. Iac. de S. Georgio in l. super uacuam C. de temp. in integ. rest. pet. nu. 4. Anguissiola Placentinus* in casu nostro *cons. 36. num. 6.* Nec minus poterit dici de errore, cum prius fuisset cognitum, & præmeditatum Instrumentum recognitionis per Eminentiss. D. Card. de d. Serenissimo Parmæ Duce de anno 1592. factæ, & secuta fuisset illius confirmatio, quo casu non error, sed
21 certa scientia præsumitur, ad *text. in l. sea & si quis §. fin. ff. si quis cautionib.* & ibi not. *Doctores Iacobin. de S. Georgio in d. sua Inuentu. in verbo dicitq; Vassalli num. 13.* Addito, quod Iuramentum habet vim geminationis, cum contineat plura, vt de Iuramento fidelitatis diximus *Seraph. post alios in tract. de Iuramento priuil. 89. nu. 1. & 3. vers. & quia hæc de geminatione.*

Ad tertium principale obiectum non posse Serenis. Parmæ causæ cognitionem delegare Iudicibus suis, cum agatur de Interesse suo, Iudicesq; esse suspectos, iun-
22 cta clausula sublata in concessionibus suis antecessoribus facta. Respondetur primo, ex facti serie id sibi per summum Pontificem fuisse verbis expressissimis concessum, vt in facto legitur.

Secundo, hodie non solum Duces, sed & Barones inferiores ex similibus concessionibus à supremis Principibus factis posse quascunq; causas feudales cognoscere *Rot. ad Antich. decis. 289. nu. 15. Henric. Rosent. in tract. de feudis par. 2. cap. 12. nn. 55. cons. tit. 3. nu. 1. & in concl. 4.* vbi *Strader.* & alios multos allegat.

23 Videre tu etiam, quod Ducis, Comites, & Marchiones, qui perpetui sunt Domini, etiam

etiam si alij supremo superiori subijciant, omnia possunt, quæ Imperator potest in suis Ciuitatibus, & Castris *Ludersh.cons.* 71. vbi multa exempla adducit *Alex. Raudens.qui* plures adducit *in lib.* 1. *de Analogis cap.* 34. *nu.* 115. *& seq.* Idq; etiã procedit ex generali consuetudine *Dec. in c. paſtoralis col.* 2. *de appell. Curt. Iun. cons.* 1. *n.* 29. *& cons.* 61. *n.* 9. *Gabr. in causa de Vbaldinis cons.* 163. *nu.* 18. *& 19. libro* 1.

Tertiò potest dici, quod illi quinque Excellentiss. DD. Doctores de excelso Consiglio sint Pares Curiæ, qui de causis inter Dominum, & Vassallum antiquitus cognoscebant *Fachin. lib.* 7. *controuersiarum Iuris cap.* 102. vbi declarat, quinam sint Pares Curiæ, affirmat *etiam Olibanus in tit. de Actionibus par.* 2. *lib.* 1. *nu.* 63. dictumque Excelsum Consilium, vt fuit annotatum, est approbatum per Collegium Patauinum, teste *Pereg. in alleg. cons.* 2. *lib.* 1. & dato, quod Serenis. Parmæ recognosceret simpliciter feudum à Papa, ipse, & non Papa debet cognoscere causam *Abb. Mar. de Laude, & alij relati à Gramat. decis.* 30. *num.* 11. nisi quando d. Serenissimus Dux nollet exercere Iustitiam. 24

Nec dicatur dicti Signini Ducem Pares Curiæ eiusdem Serenis. posse allegare suspectos, nam contrarium de Iure est verius, vt post longam disputationem cum *Baldo* tenet *idem Iac. de S. Georgio in d. sua inuestitura in verbo dicti Vassalli num.* 17. *in fine*. 25

Quartò respondetur, sic semper fuisse de stilo, & consuetudine, secundum quam consuetudinem similes causæ sunt expediendæ, legibus etiam non obstantibus, vt affirmat *Iac. de Belusio, in tit. de feudi cognit.* S. 1. *in principio*, & melius *Bald. in l. Imperialem* S. *præterea de prohibita alienatione feudi per Federicum*, dicens consuetudinem derogare antiquæ electioni Parium Curiæ, & in terminis Idem *Iac. de S. Georgio in d. verbo dicti; Vassalli nu.* 2. qui dixit id habuisse in facto. Cum Procuratore fiscali nomine Celsitudinis Sabaudię, & quod obseruantia in feudis sit attendenda, voluit etiam *Menoch. cons.* 32. *nu.* 45. *& 64 lib.* 1. 26

Nec operatur clausula *sublata* in concessionibus primæuis appositæ, eo quia satis ei per Papam fuit derogatum, & in contractu permutationis, & in Bullis, vbi clarè Papa dixit velle tollere omnes clausulas, etiam si de eis expressa esset facien. mentio, adeout super hoc non sit disputandum, teste Reuerendiss. Damasceno in *decis.* 666. *p.* 1. *in rec.* & sufficit de Iure, quod constet de voluntate Papæ *Stafil. in tract. gratiæ & inuitis fol.* 81. vt refert *Veral. decis.* 218. *par.* 3. & faciunt rationes adductæ per *Puteum decis. prima lib.* 1. Clausula rei prædictæ nihil operatur, & sublata est, nec potest tollere priuilegium Iure speciali Serenis. Farnesijs competens, vt post *Seraph. in decis.* 1293. *nu.* 9. tenet *Barbos. in tract. de clausulis clausula* 102. 27

Ad quartum principale obiectum obseruantiæ contrariæ, ex quo constat alias per fæl. record. Greg. XIII. fuisse in Sacra Rota Romana commissam causam inter Illustriss. March. Franciscum Sfortiam, & Illustriss. DD. de Rubeis Parmenses. Respondetur id non potuisse præiudicare iuribus Serenis. Ducis Parmæ, nedũ ex capite ignorantiæ eiusdem Serenis. Ducis, ad notata in *l.* 3. *ff. ad l. Cornelium de falsis & in l. qui vas* S. *vetare ff. de furtis, Bald. in rub. qui admitti nu.* 2. *Ord. cons.* 148. *nu.* 1. *lib.* 1. *& cons.* 189. *nu.* 5. *lib.* 3 faciunt etiam notata per *Rot. cum nec Curte in c. cum tanto de consuetud. fol.* 3. *nu.* 25. *& seq.*

Et quatenus Serenis. Dux Octauius viuens id sciuisset non potuit inferre præiudicium aliquod Serenis. Duci viuenti, qui Ducatum habet ex pacto, & prouidentia, sufficit in id allegare *Rosital. in tract. de feudis in c.* 9. *membro* 2. *cons.* 67. *nu.* 2. *& melius vbi in addit. lit. F.* vbi infinitos Doctores allegat, & loquitur in terminis, maximè, quando alias non fuit facta oppositio. 28

Ad

Ad quintum obiectum, Summum Pontificem non potuisse etiam cum Eminentiss.
29 Cardinalium consensu subijcere Comites de Sfortijs, Serenissimis Farnesijs inferioribus, Summo Pontifice, videtur superius fuisse demonstratum inhonestum, & vanum esse id allegare, & quando id esset verum, multa sequerentur absurda, nam esset prohibita alienatio, concessio, & permutatio Ciuitatum, & Regnorum, & subditi pro non subditis haberentur.

Et quatenus Summus Pontifex diceret, quod non creditur nolle conuentiones cum Serenis. Farnesijs obseruare, posset responderi, quod ad instar priuati in id habetur, & propterea ad obseruantiam tenetur *Barb. cons 1. nu. 1. vol. 1. Cephal. cons. 302. nu. 130. Marttanes cons. 62. nu. 41.* Nec sic de facili creditur Papam velle reuocare, cum multi tenuerint non posse, id quod cum consensu Eminentiss. Cardinalium concessum fuit reuocare, nisi de eorundem Eminen. Cardinalium assensu *Laur. & Card. qui referuntur ab Alberico in rub. C. de legib. nu. 3.* & alios etiam refert *Troilus Maluitius in tract. de Canonizatione Sanctorum in §. sequitur nu. 31.*

Ad sextum obiectum non fuisse conueniens per fiscum apprehendi possessionem, stante inuestitura de d. D. Duce Signini facta, pater responsio ex contentis in *Constitut. Ducalibus cap. 20.* apprehensio enim non fuit facta principaliter ad effectum retinendi, sed ad effectum, vt mediante edicto ex dd. Constitutionibus requisito, prætendentes in feudis intra tres menses compararent, & iura sua deducerent, prout comparuerunt Excellentiss. D. Dux Sfortia de Sfortijs, & Illustriss. D. Federicus Vermensis, & iura sua deduxerunt, addito etiam, quod ipsemet Serenis. in approbatione donationis per d. Eminentiss. D. Card. Sfortiam factæ d D. Duci Signini, reseruauit iura Cameræ Suæ Celsitudinis, & noluit præiudicare alijs prætendentibus, sed voluit iura sibi, & omnibus prætendentibus esse salua, & talis lex sibi Serenis. Duci fuit per Summum Pontificem concessa, & permissa, adeout licita est, facit *tex. in l. pen. C. de don. inter virum, & vxorem, & aduertit Ojasch. in decis. 141. nu. 6.*

Et ex his clarè cõstat, quam iniustè Dominus Signini Dux se se opposuerit Excelso d. Serenis. Parmæ Ducis Consilio, adeout merito posset dici, vt credo, ex motione huius cõtrauentionis ex nimia illius audacia, ipsum cecidisse à prætensis feudis *Innoc. in c. caterum in fine ext. de iudicijs*, & in puncto, quando Vassallus nõ est
30 paratus obedire, & præstare seruitium Domino suo, & seu negat qualitatem, & conditionem feudi priuatum esse voluit *Papien. in eius pract. in tit. forma libelli ad reuocat. feudi nu. 24. vers. non est causa, & nu. 25. vers. vrgentissima causa.* Saluo tamen saniori iurium &c.

CONTROVERSIA LXIII.

Pro DD. de Cancellerijs.

SVMMARIVM.

Quod Testator non dixit, nec nos dicere debemus, nu. 1.

Fœminæ nomine filiorum non veniunt, quando non agitur de conseruanda æquatione, nu. 2.

Excluso vno, censentur omnes ab eo descendentes excluſi, nu. 3.

Masculi si sunt vocati, debet intelligi de masculis ex masculis, nu. 4.

Extensio nõ fit in fideicommissis de persona

sona ad personam, nec de casu ad casum, nu. 5.

Fauore piæ causæ non euanescit vocatio, & si posita sit in conditione, nu. 6.

Prohibitio alienationis non attenditur, quando stat consecutiuè ad præcedentem dispositionem, nu. 7.

Adsit Deus, & Virgo.

IN Tit sapientissimus Dominus Hieronymus Augustonus prætendat ex testamento Iacobi de Cancellerijs inductum fuisse perpetuum fideicommissum fauore Gotifredi, & cæterorum fratrum, & filiorum Angelicæ ex D. Hieronyma filia nepotum, & aliorũ descendentium masculorum ab Angelica prædicta, stantibus substitutionibus, de quibus in d. testamento, & prohibitione alienationis in tantum, vt ipsi Gotifredus, & descendentes, & post eos Hospitale Sanctæ Mariæ de Morte sint ad hæreditatem prædictam admittẽdi, nihilominus contrarium esse censeo, nam Testator instituit Angelicam Vxorem Vincentij Dosij, & quandocumque decedente subsitituit omnes filios, & descenden. masculos legitimos, & naturales respectiuè natos, & quandocumq; nascituros vsque in infinitum, quare cum mortua sit Angelica absque filijs, & descendentibus masculis, sed tantum relicta Hieronyma, dicitur expiratum fideicommissum, eo quod Testator non vocauit fœminam, & sic Hieronymam, & quod testator non dixit, nec nos dicere
1 debemus textus est in terminis in *l. unica* C. *An autem C. de cad. tollen. c. ad audientiam de decimis Annan. cons.* 22. *nu.* 3. *Greg. XV. decis.* 514. *nu.* 6. *& ibi Beltramin. nu.* 17. Imò
2 appellatione filiorum non venire fœminas, maximè cum non agatur de conseruanda agnatione dixit post *Dec.* cõciliando contrarias opiniones idem *Greg. XV. ibi nu.* 12. cum ergò exclusa sit ipsa Hieronyma, exclusi sunt & omnes ab ea descendentes siue masculi, siue fœminæ *Peregrin. de fid. art.* 27. *nu.* 7. *& seq. & num.* 17. cum ergo Testator expresserit filios, & descendentes masculos Angelicæ, non
3 potest dici Hieronyma comprehensa *Burat. decis.* 206. *nu.* 3. *&* 4.

Nec creditur obstare, quod sint ex propria persona vocati vti descẽdentes masculi licet ex fœmina, eo quia vocatio est intelligenda de descendentibus masculis
4 ex masculis descendentibus *Molin. de primogenit. lib.* 3. *c.* 5. *num.* 30. vbi plures allegat, & *nu.* 41. ipse affirmat, quod exclusa semel fœmina, censentur & omnes descendentes ab ea exclusi, nec contra aduersari opinionem *Rotæ* nam in *allegata decis.* 463. *par.* 1. *in recentioribus* videtur tractari de intelligentia Statuti admittentis filium fœminæ ad successionem, nec minus *Peregrin. in artic.* 36. nam hanc nostram opinionem tuetur *nu.* 2. & allegato *num.* 13. non loquitur in vltimis voluntatibus, & in hac opinione videtur residere in fine articuli prædicti.

Addamus repetitionem masculinitatis factam per Testatorem ibi *etsi d. Angelica, vel eius filij, & descendentes prædicti decesserint sine filijs, & descendentibus masculis legitimis, & naturalibus, exclusis semper bastardis, substituit Hieronymum, & Augustinum de Cancellerijs*, ex qua repetitione, & aliorũ masculorum vocatione semper fœminæ dicuntur exclusæ, vt post plures tenuit *Rota Bonon. in scelectis dec.* 17. *in princ. coram Sacra Rota* penes *Burat. decis.* 454. *nu.* 2. *& seq.* vbi de cõmuniori attestatur, eo maxi-
5 mè in fideicommissis, in quibus non potest fieri extẽsio de persona ad personam, nec de casu ad casum etiam ex verisimili mente disponentis *Iaf. cons.* 220. *nu.* 10.

lib. 2.

lib. 2. & cons. 228. nu. 1. eod. lib. Fusar. de subst. quæst. 458. nu. 1. 4. & pluribus seqq.

Et sic omninò exclusos esse censeo Gotifredum, & fratres filios Hieronymæ non vocatæ, & semper excluſæ vt suprà, tanto magis quia non potest probari mors Hieronymi, quem ego cognoui, & in partibus Turcharum fuit captus, & ex eo vt audiui extant filij, qui ex expressa dispositione Testatoris excludunt omnes fœminas, & descendentes à fœminis.

Maior difficultas stat pro Hospitali, eo quod supposita deficientia Hieronymi, & filiorum ab Officialibus probanda videtur ad hæreditatem admittendum, stantibus illis verbis *& non extantibus aliquibus de substitutis, tunc voluit dicta bona pervenire totaliter ad Hospitale*, quæ verba licet possint sustineri euanescere deficiente prima substitutione ex *Decio cons. 636. nu. 5.* & intelligi per vulgarem, vt multoties fuit Bonon. declaratum, & nempè in causa, in qua in *Rota Bonon.* interue-
6 ueniebam inter DD. de Chiosis, & Illustris. de Scappis, nihilominus cum agatur cum causa pia dubitarem, prout dubitat *Tiraquel. in tract. de priuilegijs piæ causæ priuileg. 39 per totum*, sed id non est præsentis speculationis.

Est ergò, vt credo, clara Gotifredi, & fratrum filiorum Hieronymæ exclusio ex supradictis in nihilo considerãda prohibitione, quæ legitur facta fauore substitutorum, nec nouum inducit fideicommissum, sed stat consecutiuè, & est cor-
7 respectiua ad præcedentem dispositionem *Dec. d. cons. 636. nu. 8. & seq. Fusar. cons. 9. nu. 40. Sacra Rota decis. 473. p. 4. diuersorum, Beltramin. ad decis. Greg. XV. 433. nu.* 22 vbi plures allegantur decisiones.

Et ideò ius exclusiuum dd. Gotifredi, & fratrum à possessoribus opponi potest *Thesaur. decis. 4. nu. 8.* & sic ipsi sub prætextu talis fideicommissi non debent differre solutionem æris alieni paterni, & materni, & hæc saluo &c.

CONTROVERSIA LXIV.

Pro Illust. D. Philippo Roscio, cum D. Alex. Frisco.

SVMMARIVM.

Aditio hæreditatis probatur per Constitutionem Procuratoris, nu. 1.
Eo magis si sit specialis, nu. 3.
Enunciatiua verba dicuntur dispositiua in materia additionis hæreditatis, nu. 2.
Hæreditas aditur solo animo, nu. 4.
Et sufficit, quod quis dicat volo adire, nu. 5.
Quadriennium datur ad petendam restitutionem in integrum, nu. 6.

Adsit Deus, & Virgo.

1 Aditio hæreditatis probatur per constitutionem Procuratoris *Mantua cons. 34. nu. 29. lib. 1.* dicens cum alijs ab eo allegatis, quod verba hæredis, qui rogauit Notarium, vt scriberet aditionem, sufficiunt pro aditione, imò verba enunciatiua dicuntur dispositiua respectu aditionis,
2 cum sat sit voluntas actu declarata *Mascard. concl. 42. nu. 11. per textum in l. gerit ff. de*

ff. de acquir. hered. vbi habetur hæreditatem animo adiri posse licet, nihil hæreditarium attingat *Bart. in l. filio in fine vers. vnde constituendo C. de iure delib. & in l. 1. C. qui admitt., & melius in l. Paulus alias per procuratorem ff. de acquir. hæred.* & ibi *Imola in fine* ex auctoritate *Vgolini*, dicens *cum glosa*, quod eo ipso, quod quis mãdat adire, dicitur adire, & nihil restare fieri per procuratorem *Cras. in tit. de acquisitione hæreditatis lib. 2. quæst. 10. nu. 7. Rimtnald. iun. conj. 338. nu. 6. lib. 3. Maluatic. conf. 42. nu. 42.* & id esse verum omnes affirmant, & maximè, quando constitutio procuratoris est specialis, ad id *Mantica in tract. de tacitis, & ambiguis lib. 7. tit. 2. nu. 28.* & id fuit prius de mente *Aret. in d. l. Paulus col. 4.* his verbis, vnde quicquid somnietur, intentio huius legis est ista, quod per alium adeuntem nomine nostro potest nobis acquiri hæreditas, maximè si habet speciale mãdatum, & id *omnes* in *d. lege* affirmant, & in casu nostro nedum legitur constitutio procuratoris, sed & plura apparent acta publica per procuratorem facta, quo casu
4 nemo dubitari, præcipuè in eadem *l. Paulus*, & hoc dicta ratione, quia solo animo hæreditas aditur, & additionem probari ex verbis enunciatiuis ab eo prolatis, qui adire potest *Bart. in d. l. gerit ff. de acquir. hæredit.* quem refert, & sequitur *Rota penes Mantic. decis. 355. nu. 8.* & sufficere, quod quis dixerit, volo adire hæ-
5 reditatem, affirmauit idem *Mantic. in tract. de coniect. vlt. volunt. lib. 12. tit. 11 nu. 3.* dicens & ipse, quod eo ipso, quod quis dicit, volo adire, adire dicitur maximè conuocatis testibus, & Notario, vt fecit D. Alexander aduersarius, subiungit etiam ibi *Mantica* illud verbum, volo disponere, imò, quod plus est, dixit, quod si quis dixerit velle adire hæreditatem, & intra tres menses verba non reuocauerit, intelligitur adiuisse, quoniam id tempus deliberatam ostendit hæredis voluntatem *text. est in l. fin. § simili modo C. de iure deliberandi*, quæ licet de repudiatione loquatur, de aditione quoq; loqui interpretatur, sic declarat *Io. Baptista Alinius in l. 3. § 1. C. de religios. & sumptib. funerum*, & quando essemus in dubio, semper præsumitur aditio *Ricc. collectanea 556.*

6 Nec dicatur eidem Alexandro competere restitutionem in integrum, stante quod de tempore mandati erat minor, ex quo lapsum est quadriennium, quod competit ad petendam restitutionem *Odd. in tract. de rest. in integrum p. 1. quæst. 19. art. 1. nu. 4.* & in puncto *Borgnin. in tractatu de Tutore, & Curatore nu. 105.*

CONTROVERSIA LXV.

Pro DD. de Salamonijs.



SPM

SVMMARIVM.

VErba ad inuicem, substituo plures, important reciprocam substitutionem, nu. 1.

Si Testator vocauit masculos nepotes ex filia fœmina non comprehenduntur, nu. 2. declaratur, nu. 3.

Requisita ad inducendam reciprocam substitutionem, nu. 4.

Et ibi consideratur, quãdo post omnium vocatorum mortem hæreditas est applicanda alicui loco pio, nu. 5.

Dictio, vel, aliquando est disiunctiua quoad verba, & quoad effectum, & aliquando est alterratiua, nu. 6. aliquando stat copulatiuè, nu. 8. & 10.

Masculorum, & fœminarum promiscua est successio, nu. 9.

Verba aliter considerãtur secundum Logicos, & aliter secundum Legistas, nu. 9.

Repetitio masculinitatis, quomodo subintelligatur, nu. 11.

Fideicommissum principaliter institutũ propter masculos, debet transire ad masculum per fœminam, & nõ ad fœminam, nu. 12.

Fœminæ non potest assumere nomen, & cognomen Testatoris masculi, nu. 13.

Adsit Deus, & Virgo.

EX facto quæritur, an Co. Ant. Maria in quarto gradu, Carolo defuncto, admittatur ad portionem hæreditariam d. Francisci Testatoris Abaui per Carolum relictam, vel eidem sit præferenda D. Cleria iunior de agnatione maximorum eiusdem Testatoris Pronepti in tertio gradu, eo quia d. Testator Cleriæ seniori, & Vincentiæ eius filiabus, substituit primo filios masculos legitimos, & naturales, & filiorum filios, & nepotes in infinitum vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, & in casu deficientiæ lineæ, siue masculinæ, siue fœmininæ, ex eisdem Cleria, & Vincentia primo finienti, substituit alteram ipsarum superuiuentem, vel illius filios legitimos, & naturales, & filiorum filios, & nepotes, vel pronepotes masculos, vel fœminas in infinitum. Videbatur. n. quod si Co. Prosper Isephilæ filius, Carolo superuixisset, Cleriam excluſisset, cum inter masculos extet reciproca substitutio in illis verbis (quos ad inuicem substituo) *l. Lucius Titius l. cum hoc iure ff. de vulg. & pupil.* Nihilominus dubitari posse credo, nam Testator substituit primò filios masculos legitimos, & naturales, & filiorum filios masculos, quare cum Isephiles Cleriæ primæ hæredis filia, Prosperi Mater, fuerit fœmina, non videtur posse dici vocata, & reciprocam extare, sed tantum si Cleriæ, & Vincentiæ extitissent filij masculi, inter quos, & alios descendentes masculos ex masculis reciprocam extare non fuisset dubitandum, sed quod nepotes ex filia fœmina ex Testamento comprehendantur, non videtur concedendum, ex quo primo Testator vocauit masculos vt supra, *Matth. Mathesilanus in singulari* 129. qui infinitos allegat, & ibi addentes *Capra cons.* 18. *nu.* 11. *& seq. Peregr. de fideicom. art.* 27. *nn.* 20. *& nouissimè Fusar. de fideicommiss. substit. q.* 311. *nu.* 10. *&* 11.

His tamen non obſtantibus, ex verbis ſequentibus ibi, & caſu, quo altera ipſarum Cleriæ, & Vincentiæ, vel alterius ipſarum filij, vel filiæ, & nepotes, vel neptes in infinitum decederent ſine filijs legitimis, & naturalibus, aut filiorum filijs legitimis, & naturalibus maſculis, vel fœminis deſcendentibus, vt ſupra, & ſic in infinitum dicto ſic morienti, ſubſtituit alteram ipſarum ſuperuiuentem, vel illius filios legitimos, & naturales, & filiorum filios, & nepotes maſculos, vel fœminas vt ſupra in infinitū, crederem non poſſe negari, quin inter ipſos omnes deſcendentes extet reciprocum fideicommiſſum, etiam ſi videantur in conditione poſiti, ex quo concurrunt ea tria requiſita ad fideicommiſſum reciprocum inducē-
3 4 dum: primò enim, poſt omnium mortem eſt facta ſubſtitutio; ſecundò, eſt facta vltimo decedenti; tertiò, eſt facta in tota hæreditate, itaut alter alteri cenſeatur grauatus portionem ſuam reſtituere, iuxta *textum in l. Titia Seia* §. *Seia liberius*, & ibi *Bart. & alij ff. de leg. 2.* & habetur plenè per Doctores in *l. heredes mei* §. *cum ita ff. ad Trebell. & in l. poteſt de vulg. & pupill. ſubſtit.* & ibi *Ias. nu.* 12. aſſerit hanc eſſe magis communem opinionem *Mantica poſt alios in tract. de coniect. vlt. volunt. lib. 7.*
5 *tit. 5. nu. 3. 13. & 15.* & tanto magis in hoc caſu eſt dicendum, quia poſt mortem omnium, hæreditas eſt applicanda Confraternitati Sanctiſs. Nunciationis Virginis in Vrbe *Cephal. conſ. 330. nu. 17.* quem refert, & ſequitur *Petra de fideicommiſſ. quæſt. 9. nu. 252.* Punctus ergo ſtat, an Comes Antonius Maria maſculus remotior excludat Cleriam iuniorem fœminam proximiorem Caroli vltimo loco de-
6 functi, quod videtur deciſum ex verbis prædictis geminatis maſculis, vel fœminis; nam illa dictio, vel, aut eſt diſiunctiua quoad verba, & quoad effectum, aut eſt alternatiua, in tantū, vt ſufficiat alterum impleri, ad *Menoch. de præſumpt. lib. 4. quæſt. 83. nu. 66.* quæ & ſi reſolui poſſit in coniunctam, quando eſt poſita inter perſonas honoratas *Socin. iun. conſ. 50. nu. 3. lib. 4.* id tamen dixit non procedere, quando diſiunctiua poteſt in aliqua ſua parte verificari, ſic etiam reſoluit *Rota*
7 *deciſ. 126. par. 1. in recent. nu. 2.* Idq; confirmatur cum diſpoſitione iuris communis, ſecundum quod maſculorum, & fœminarum promiſcua eſt ſucceſſio *l. maximum vitium C. de liber. præter.* §. 1. *in auth. de hared. ven. ab inteſt.* quæ & ſi videan-
8 tur in caſu propoſito obſtare, re tamen diligenter perpenſa contrariū verius eſſe creditur; nam primò talis dictio, vel, ſtat aliquando copulatiuè *Menoch. conſ. 187. nu. 18.* & quando eſt poſita, vt in caſu noſtro, inter perſonas, reſoluitur in copulam, vt notat *Gonzalez ad reg. 8. Cancellariæ glaſ. 3. nu. 15. Aug. Barboſa in dict. 360. nu. 4.* nec videtur inconueniens, vt in teſtamentis, ſtante imperitia Notariorum, alternatiua mutetur in copulatiuam, affirmarunt *Bart. & cæteri Doct. in l. ſi heres qui ducenta* §. *vtrum ff. de reb. dub. & Cath.* ibi ſubiunxit verba, aliter intel-
9 ligi ſecundum Logicos, qui conſiderant corticem, & aliter ſecundum Legiſtas, qui conſiderant mentem teſtantium, quod & multis rationibus comprobat *Gherard. Mainard. deciſ. 40. lib. 1. col. 2.* ſed ſic eſt, quod vbi copula ponitur inter perſonas coniunctas, tunc non copulat æqualiter, ſed potius deſignat ordinem, vt quod primo loco expreſſum eſt præcedat, & illud, quod ſequitur veniat in ſub-
10 ſidium, vt per notata in *l. Gallus* §. *quidam reſtè ff. de lib. & poſthum.* affirmat *Petrus Barboſius in l. 1. 4. par. nu. 153. verſ. ſuccedit igitur ff. ſol. matrim.*

Idq; deſumitur ex ſubſtitutione facta de filijs maſculis Cleriæ, & Vincentiæ, cuius
11 maſculinitatis qualitas & ſi non repetatur in filiorum filijs, & nepotibus, ſubintelligitur cum vnica ſit oratio, a deout ſequens ſermo, & vocatio de filiorum filijs, & neporibus in infinitum, reſtringatur ad maſculos, vt de communi videtur affirmare *Odd. in tract. de compend. ſubſtit. par. 6. art. 4. nu. 5. verſ. pro concordia diſtin-*

gue,

gua Saluan. conf. 64. nu. 18. iuncta. tit. integr. post plures in vnum. de fideicom. art. 15. nu. 29. Surd. in cons. 564. nu. 7. & nouissimè *Bertrandus ad Greg. XV. in decis. 514. nu. 17. propè finem*, ex qua Testatoris voluntate omnia tolluntur obiecta, curi in omnibus dominari debeat *locum quæstio in fine C. de legi.*

Nec dicatur, quod ad fœminas peruenerit hæreditas, eo quia Cleria, & Vincentiæ non habuerint filios masculos, nam sicuti receptum est, vt feudum, quod ad fœminam peruenit, ab ipsa fœmina facilius transeat ad masculum, ita etiam fideicommissum principaliter institutum propter masculos, debet transire ad masculum, non ad fœminam *Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 18. nu. 8. in fine*, idq; apertis verbis desumitur, dum Testator grauauit quamlibet ex filiabus, & nepotibus, & pronepotibus in infinitum, ad eligendum vnum ex filijs, qui vocari debeat sub nomine, & cognomine eiusdem Testatoris, videlicet Franciscus de Salamonijs, quod in fœminam verificari non potest, adeout fideicommissum fauore illius masculi dicatur inductum, & sic non appareat dictum *Gratian. in discept. cap. 288. nu. 27.* & prius dixit *Thesaur.* licet ipsum *Gratian.* non alleget in *decis. 270. nu. 10.* sustinens masculos esse tali casu præferendos, tanto magis, quia Testator iussit bona debere remanere in familia, vt memoria, nomen, & cognomen Testatoris conseruetur *Gratas cons. 5. nu. 16. lib. 2.* id enim concernit honorem, & commodum illius *Anchar. cons. 113. nu. 4. Gratian. d. cap. 288. nu. 14.* addita prohibitione deductionis cuiusuis portionis in hæreditate debitæ, cum voluerit semper, & perpetuò conseruari integra, & illæsa, quod non esset, si inter fœminas diuiderentur. Concludo igitur D. Co. Antonium Mariam esse vocatum, & Saluo tamen &c.

CONTROVERSIA LXVI.

Pro D. Liuia de L.

SVMMARIVM.

Dotatio fauore dotis acquiritur absenti sine acceptatione, nu. 1.
Hæretici filius est exclusus ab omni successione, nu. 2.
Filia fœmina hæretici est melioris conditionis, quam filius masculus, nu. 3.
Ius accrescendi habet locum in donatione, eo magis si sit facta à Principe, nu. 4.
Retractari potest contractus ab ignorante ius sibi competere, nu. 5.
Non obstante iuramento, nu. 6.

Adsit Deus, & Virgo.

Romp. L. ob hæresim condemnatus fuit, & illius bona confiscata, deinde anno 1574. 16. Ianuarij Summus Pontifex in Congregatione Sanctiss. Inquisitionis bona Pompei clargitus est DD. Orinthiæ, & Liuiæ suis filiabus, vt dotari possent. Hodie verò Vincentius Torricella agit ad quodam prædium in Villa Barbiani in donatione comprehensum, sub prætextu, quod Pompei filius, & Orin-

thiæ, & Liuiæ frater illi vendiderit, & agit contra d. D. Liuiam, cum Orinthia
1 prædeceſſerit. Quare pro parte Liuiæ excipitur de dicta donatione, qua ex cauſa dotis ei abſenti, etiam abſq; acceptatione potuit quæri *l. 1. §. accedit C. de rei vx. act. l. fin. in princ. C. de iure dot. Bald. Nouel. de dote 6. par. princip. priuil. 66. §. rejultat*, maximè cum ſit facta à Summo Principe *Gabr. in comm. concl. in tit. de donat. concl. 1. nu. 89.* Nec dicatur hæreditatem Orinthiæ ad A. maſculũ deuoluiſſe, nam
2 primò vti hæretici filius eſt omninò incapax, cum ceſſet in eo ratio ſtatuti conſeruandæ agnationis, teſte *Dauid in Pſalmo* 108. vbi ſic loquitur: *Fiant filij eius orphani, & vxor eius vidua nutantes transferantur filij eius, & mendicent, & ejiciantur de domibus ſuis, non ſit illi adiutor, nec ſit, qui miſereatur, pupillis eius fiant nati eius in interitu, in generatione vna deleatur nomen eius, in memoriam redeat iniquitas eius patrit,* & ibi *Iac. de Valentia, & Michael Aimanus*, dicentes Prophetam, loqui de Iuda, Iudæis, Hæreticis, & alijs Infidelibus, probat etiam *text. in l. quiſquis ff. ad l. Iuliam maieſt.* ibi, *Filij eorum debent perire ſupplicio, in quibus paterni, hoc eſt hæreditarij criminis exempla mitiuntur a materna, vel auita omnio etiam proximiorum hæreditate, ac ſucceſſione habeantur alieni, ſint perpetuò egentes, & pauperes, & ſint poſtremò tales, vt his perpetua egeſtate, ſordentibus ſit, & mors ſolatium, & vita ſupplicium*, & ibi notantur *Cynus* dicens extare ſuper hoc expreſſam Federici Imperatoris Conſtitutionem *Alberic. & cæteri ſcribentes, Felin. in c. vergentis ext. de hæreticis nu. 4.* facit etiam *text. in c. ſi quis cum militibus 6. quæſt. 1.* & valere argumentum de læſa maieſtate ad hæreſim, probant *gloſ. & Salic. in l. 2. C. ad l. Iuliam maieſt. Decian. conſ. 18. nu. 43 & nu. 72. in fine lib. 1. Marta voto 56. nu. 14.* per quæ iura omninò A. filius excluditur, & Liuia capax ex gratia ſibi à Summo Pontifice in Congregatione Sanctiſs. Inquiſitionis facta, & nimirum, quia in hoc filia fœmina melioris eſt conditionis, quam filius maſculus, vt ait *Alberic. in d. l. quiſquis nu. 2.* ex hac ratione, quia fœminæ non ſunt ita audaces, ita poſt *Bart. in l. 1. ff. de verb. ſign.* dicentem dd. pœnas non afficere filias fœminas, in terminis refert *Roland. conſ. 74. n. 8. lib. 3.*

A. etiam Orinthiæ ſororis hæreditate remanet excluſus, cum in donatione ſibi, & ſorori facta habeat locum ius accreſcendi, *text. eſt in l. vnica C. ſi liberalitatis Imperialis ſocius ſine hærede deceſſerit lib. 10.* & ibi *Bart. Rebuff.* & cæteri ſcribentes, verba *textus* ſunt clara, ibi, *Iubemus, vt ſi quis fortè ex his, quibus communiter à nobis aliquid donatum ſit, nullo hærede relicto deceſſerit ad conſortem potius ſolatium, quam ad perſonam alia pars decedentes peruenias*, & ibi *gloſ.* in verbo *hæredi*, declarat ſine liberis, & ibi prout *Bart. & Angel. in l. ex facto §. fin. ff. ad Sen. conſ. Trebell. nu. 1.*

Nec dicatur D. Liuiam fuiſſe à fratre dotatam, quia ipſa ignorabat bona eſſe ſibi, dum eſſet infans, & ſorori donata, & credebat fratrem hæredem, quare cognito errore, poteſt retractare omne id, quod fauore fratris fecisſet *l. ſi poſt diuiſionem C. de iur. & facti ignor. Becius*, qui multos *textus. & Doctores* allegat *conſ. 90. nu. 9. & ſeq.* & omnis prætenſa renunciatio in bonis paternis, & auitis eſt nulliſſima, quia ignorabat bona eſſe ſua *Caſtr. in l. vlt. §. item quæſitum eſt nu. 1. ff. de cond. ſub deb.* vbi expreſsè dixit, quod id, quod per errorem dicitur, aut paciſcitur, non præiudicat, & quælibet etiam expreſſa renunciatio non trahitur ad ignorata *Tiraquel. in l. ſi vnquam in præfat. nu. 98. verſ. ſecundo modo C. de reuocan. donat.* & in terminis *Dec. conſ. 180. nu. 7 circa med.* dicens etiam maiorem contrauenire poſſe, non obſtante iuramento, & non eſſe neceſſariam abſolutionem, eo quod læſio viderur excepta à iuramento *Seraphin. de priuil. iuram. priuil. 31. nn. 16. Eugenius*, qui plures allegat *conſ. 12. n. 24. & ſeq. lib. 1. Subiungens n. 57. & ſeq.* ſolũ ex læſione enormiſſima præſumi renunciationem ex metu, & reuerentia, maximè vt hic,

quia

quia dicitur facta ad præsentiam fratris ætate maioris, cum qua ipsa habitabat *Cephal. cons. 34. nu. 31. lib. 1.*

Nouissimè etiam fuit detectum fideicommissum Auiæ paternæ d. Liuiæ, ad quod d. D. Liuia expressis verbis est vocata.

CONTROVERSIA LXVII.
Pro Illustriss. DD. Co. de Lignanis.

SVMMARIVM.

Legitimæ Matris portio est tertia eius, quod ab intestato esset habitura, nu. 1. 3. & 9.

Mater, seu Auia succedit pro virili cum sororibus defunctæ personæ, nu. 2.

Butrigarius quæst. 6. reprobatur, nu. 4.

Declaratur, nu. 10.

Si Testator iussit Matrem, seu Aulam consequi tantum posse, quod sibi ex necessitate iuris debetur, dicitur esse sublatum ius accrescendi, nu. 5.

Thesaur. iun. in quæst. forensi lib. 4. q. 58. nu. 6. & Declaratur, nu. 7.

Decis. 37. post Merlinum de legitima declaratur, nu. 8.

Nobilitas sine diuitijs non conseruatur, nu. 10.

Adsit Deus, & Virgo.

NOn obstare videntur ea, quæ ab Excellentiss. D. Aduocato nimia subtilitate, & intellectus acumine fuerunt scripta in causa legitimæ debitæ Auiæ maternæ ex bonis nepotis defuncti, relictis tribus sororibus vtrinque coniunctis, vt sit tertia totius status, cum re vera debeatur tertia virilis portionis, prout cuilibet ex sororibus, quæ in hoc faciunt partem, & si hæredes extranei instituti sint.

Nam primò, portio legitimæ Matris erat antiquitus quarta, & hodie est tertia eius,
1 quod est habitura ab intestato, probat *tex. in l. Papinianus §. quoniam autem quarta ff. de inoff. testam. & in auth. nouissima C. eod.*

Secundò, dicta Auia ex dispositione iuris communis non posset consequi, nisi virilem portionem, & sorores defuncti nepotis succederent æqualiter *auth. defuncto*
2 *C. ad Tertullianum.* & ea non debet esse melioris conditionis veniens contra testamentum, quam si ab intestato nepoti succesisset, & sic absurdum sequeretur, ad *tex. in l. pelthumus in princ. ff. de iniusto rupto, & irrito testamento Franc. decis. 63. n. 7.*

Tertiò, legitima est portio portionis debitæ ab intestato, probat *tex. in d. §. quo-*
3 *niam autem quarta, & ibi glos. & DD. Ruin cons. 27. nu. 4. lib. 3.* sed Auia non posset consequi ab intestato, nisi quartam partem ex *d. auth. defuncto*, ergo in hoc casu, cum neptes faciant partem, debebit consequi tertiam partem quartæ sibi debitæ.

Nec facit, vt ex aduerso scribitur, quod opinio, vt sit tertia totius tenuerint cum
4 *Butrigario in quæst. 6.* plures allegati à *Merlino in tract. de legitima lib. 1. tit. 4. quæst. 7. nu. 11.*

7. *nu.* 11. ex ea ratione, quia in legitima habeat locum ius accrescendi, & quod sorores exhæredatæ habeantur pro mortuis.

Nam ad primum dicitur certum esse Matrem, seu Auiam non posse petere, nisi portionem legitimæ, sed quia sorores sunt coniunctæ coniunctione legali, inter eas sic coniunctas non habet locum ius accrescendi *l. & proculo ff. de leg.* 2. cum non agatur successione vniuersali *l. fernus communis ab exteroff. de acquir. hæred.* quia in legitima non datur successio vniuersalis, vt notatur in *l. cum à matre C. de rei vendicat.* sic enim pluribus fundamentis ex auctoritate plurium DD. affirmantium opinionem *Bartoli* in repet. *l. pater filium ff. de inoffic. test. num.* 14. contra *Butrigarium* esse veriorem, & cõmuniorem *Ias. in cons.* 61. 3. *vol. nu.* 1. *vers. contrariam sententiam*, prout & de veriori attestatur *Craf. in* §. *legitima q.* 8. *vers. contrarium tenet in fine. Berengar. Fernand. in repet. l. in quartã n.* 156. *ff. ad l. falcid. Gabr. conf.* 94. *nu.* 20. *& seq. lib.* 1. *Mt. Ant. Cuch. in tract. de legit. ad auth. ntuissima in vers. quæ unt præterea C. de inoff. testam. fol.* 24. & id fortius in hoc casu procedit, quia testator
5 tacitauit Auiam, iubens tantum consequi debere, quæ sibi ex necessitate iuris debẽtur, quæ verba important exclusionem iuris accrescendi, vt post plures tenet *Grattan. in disceptat. forens. cap.* 942. *nu.* 14. *& plurib. sequen.* qui refert sic decisum fuisse, vt sit tertia pars portionis, in qua Auia succedisset ab intestato *coram Vbaldo* 6. *Aprilis* 1622. *vt nu.* 27.

Nec facit, quod neptes à fratre fuerint exclusæ, & instituti extranei, itaut habeantur pro mortuis, quasi cessante fauore fratrum, & sororum non sit inconueniens, quod legitima matris sit maior, quam fuisset ab intestato, nec haberi debet pro absurdo, quod plus consequatur contra voluntatem testatoris, quam consequeretur ab intestato, quia cessat fauor eorum, quorum causa portio eius ab intestato minuitur, sed aduerti debet, quod licet quando fratres, aut sorores sunt præteriti sicut eorum fauor in minuenda legitima, tamen adest fauor hæredum institutorum vocatorum ad totum, præter illud, in quo Auia vocata est §. *hac nosin*
6 *auth. de trien. & semiss.* vbi designata legitima dicitur, *liceat reliquum largiri sicut voluerit filijs ipsis, aut cuilibet extraneorum*, propterea debet adhuc legitima Auiæ restringi ad tertiam eius, quod esset habitur a ab intestato fauore scriptorum hæredum in puncto *Rimin. Iun. conf.* 405 *n.* 11. *& seq.* allegans *Castr. Alex. col. pen. & alios in l. planè* §. *si duobus ff. de leg.* 1. videlicet, quod per ex hæredationem filij non habent alij filij plus quàm habuerint, si filius non esset exhæredatus, quia videtur exhæredatus ad fauorem hæredis instituti, & certè idem *Riminald.* doctissimè, & fortissimis rationibus expugnat opinionem *Butrigarij* docens magis communem, & veriorem esse opinionem *Bart. à nu.* 9. *ad finem* consilij, & ex hoc cessat id, quod dicitur de hæredibus extraneis institutis.

Nec facit *Merlin. in lib.* 1. *de legitima tit.* 4 *q.* 7. *nu.* 28. similiter relator *Thesaur. in q.*
7 *forens. lib.* 4. *q.* 58. *nu.* 6. *&* 7. nam ipse *Thesaur.* loquitur in casu, in quo Auia sola successisset, nec fecisset partem, pro vt in casu nostro fecisset cum neptibus, & idem loquitur in Amita instituta, quæ omninò ab Auia excludebatur, ergo &c.

Nec obstant *Decisio* 37. *post Merlinum*, in causa de Minichelis, & aliæ eam cõfirman-
8 tes, nam loquuntur; quando sorores ex dispositione fratris testantis excluduntur, præterquàm à legitima, vt probat *decis.* 39. *post d. Merlin.* cõtra *Bubalo* in fine, & quod legitima sit portio portionis, quæ ab intestato sibi obuenisset fuit deci-
9 sum coram *Eminentiss. Vbaldo* 6. *Aprilis* 1622. vt superius affirmat *Gratian. d. cap.* 942. *ad finem*, & ita etiam approbat idem *Merlin. allegato lib.* 1. *tit.* 4. *q.* 7. *num.* 13. dicens, si tamen mens testatoris obstaret, tunc saluanda est opinio *Bartoli.*

In

In alio etiam reprobanda est opinio Burrigarij, quia in casu suo ex dispositione iuris municipalis sorores non succedebant, sed vigore statuti nostri succedunt, vt *in Rub. de succeff. ascenden. & collaterali. in S. Agnat.*

Et si aliter diceretur, sequerentur plura absurda.

Primò vix daretur casus, in quo pro numero personarum legitima augeretur, vel minueretur, cũ tamen constet legitimã etiam parentum recipere augumentum, & diminutionem, per *text. in d. auth. de trien. & semiff. d. S. hac nos. Mares. 01. var. resolut. lib. 1. c. 10. nu. 17.*

Secundum, absurdum esset, quod si quis decederet tribus, vel quatuor fratribus, seu sororibus relictis, plus haberet Auia in legitima, quam quilibet frater, vt superius diximus.

Tertium, si quis institueret tres fratres, & Auiam, seu matrem pro æquali portione, & in portione matris, seu Auiæ apponeret fideicommissum, mater in restitutione fideicommissi plus consequeretur, quam importaret portio, in qua hæres fuit instituta, & sic fideicommissum redderetur elusorium *Marcfor. var. resolut. d. lib. 1. cap. 10. nu. 16. & seq. & nu. 19.* & satis respondet ad illam regulam quod qui non admittitur ad legitimam, non facit partem, in ea docens habere partem, dum ad successionem vocatur *ex Bald. cons. 350. nu. 2. lib. 4.*

Non. n. prætereundum est dispositionem Illustris. Co Hyacinti confirmari cum dispositione Patris, & nobilissimè eius Agnationi prospexisse, pro vt nobilibus conuenit, ex quo nobilitas sine diuitijs sordescit, & per masculos tantùm conseruatur agnatio *Io. And. in addit. ad Specul. in tit. de succeff. ab intest. vers. & est sciendum Cyn. Alberic. & Salicet. in l. 1. C. de adult. Decian. cons. 17. lib. 1. nu. 24. & nu. 26.* subiunxit & pro agnationibus conseruari etiam Ciuitates, nam plerumq; fœminæ, & cognati transferunt diuitias, & se ipsas in alias Ciuitates, & extenuant suas Ciuitates originarias, vt ibi *Decian.* affirmat *nu. 28.* & idcirco Agnationis fauor præponderatur interesse Auiæ de aliena familia, licet nobilissima, quod & confirmat Iuri diuino, vt in numeris c. 37. & cap. vlt. in quibus lege Moysis Masculi admittuntur, & fœminæ excluduntur; & ideò videmus, quod per statutum possit tolli etiam propriæ filiæ legitima, cum respiciat publicam vtilitatem, vt doctissimè infinitos allegando docuit *Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 22. n. 44.*

CONTROVERSIA LXVIII.

Pro Nobilibus DD. Floriano, & Bernardino de Paleottis.

SVMMARIVM.

COmpensatio rectè opponitur, & admittitur contra Villicum, & Administratorem bonorum suorum, nu. 1.

Fructus, qui non reperiuntur, præsumuntur consumpti, nu. 2.

Factum, seu species si redigatur ad æstimationem rei, tunc admittitur compensatio, nu. 3.

Si ex vna parte debeatur vinum, vel granum, & ex alia pecunia, admittitur compensatio, nu. 4.

Vbi

Vbi compensatio denegatur, admittitur retentio, nu. 5.
Etiam si debitum sit iuratum, nu. 6.
Saluator noster in Euangelio propriè loquebatur de Administratore bonorũ, & fructuum ville, nu. 7.
Compensatio de liquido ad illiquidũ datur, quando de facili probari potest creditum illiquidum, nu. 8.
Compensatio non datur, vbi requiritur altior indago, nu. 9.
Executio impeditur, dum quis inconsulenti probare se offert, nu. 10.
Ex approbatione librorum dicuntur approbatæ omnes partitæ ibi in libris scriptæ, nu. 11.
Salarium non debetur, quando ille, qui præstitit operas non probauit se fuisse solitũ operas suas locare, & quod ille, cui præstitit fuerit solitus conducere, nu. 12.

Adsit Deus, & Virgo.

EXecutio per Petrum de Casalibus vigore priuatæ scripturæ contra Nobiles DD. Florianum, & Bernardinũ de Paleottis est deneganda. Constat etenim per eiusdem Petri confessionem in positionibus se habuisse curam, & administrationem diuersorum bonorum ruralium, & molendinorum dd. DD. de Paleottis, & in manibus suis peruenisse frumenta, bladas, molituras, fructus, & alia diuersa. quo casu rectè oppositum fuit de compensatione, & si aliud pro alio solui non possit inuito creditore *l. 2. in princ. ff. si certum pet.* & si compensatio non detur de specie ad quantitatem *l. si non sortem* §. *si certum ff. de cond. indeb. l. si constat C. de compens. l. grege* §. *cum pignori ff. de pignor. & hypotheca.* Nam id non procedit, dum agitur de fructibus compensandis, cum ad manus d. Petri vti factoris & agẽtis eorumdem DD. de Paleottis peruenerint, qui cum non reperiantur, consumpti præsumuntur, vt in puncto dixit *Bart. in l. diuortio* §. *ob donationes ff. sol. matr. nu. 4.* loquens nedum de factore, sed & de alijs similibus personis, qui licitè ex cõcessione facta per Dominum, fructus percipiunt, & ibi *Ias. num. 2. Salicet. in l. neque* 2 *nu. 4. C. de compensat.* sustinens non posse fieri executionem, etiam quod actoris creditum sit liquidum *Signorol. de Homodeis cons. 49. nu. 1. vers. quod nihil de obiectis*, & ratio est, quia tunc non dicitur fieri compensatio de specie ad quantitatem, sed de æstimatione rei, ad quam ipse conuentus tenetur, & sic de quantitate ad quantitatem *Cras. de exceptionib. except. 16. nu 68. & seq. Medices in tract. de compensationib. quæst. 3. pri. partis nu. 7. & quæst. 20. ead. par. 1. nu. 2.* vbi in indiuiduo dixit, quod si factum, vel species redigatur ad æstimationem, tunc cum pecunia rectè fit compensatio, & post *Albericum*, & alios id nouissimè tenuit *Barbos. in d.* §. *ob donationes nu. 8.* dicens & ipse, quod si ex vna parte debeatur vinũ, 4 vel granum, aut simile, & ex alia parte debeatur pecunia, quod rectè fit cõpensatio, & post *Oldrad.* tenuit etiam *Tusch. in lit. C. concl. 490. num. 31.* debet igitur exceptio compensationis admitti, prout in reconuentione fuit petitum, quia hoc casu de specie ad quantitatem conceditur *c. 1. & c. 2.* & ibi *DD. ext. de mutuis petit.* & post *Bald. & Alex.* tenet *Paris. cons. 100. nu. 32. & 33. lib. 2.*

Et quando compensatio non admitteretur, licitè DD. de Paleottis retinere possent 5 id, quod ex Chirographo petitur, cum retentio non excludatur *glos. in d. l. grege*

§. *cum*

§. *cum pignor. in verbo Compensaturum. ff. de pignor. Cranet. cons.* 148. *nu.* 2. *Gabriel de iure tur. concl.* 7. *au.* 2. *Franciscus Vtinensis in decis.* 1. *par.* 2. *nu.* 181. vbi dixit absolutè, quod si denegetur compensatio, non intelligitur denegata retentio, cum sit magis priuilegiata, quam compensatio *Graff. lib.* 1. *tract. de except. d. except* 16. *nu.* 16. *Gratian. in disceptat. cap.* 728. *nu.* 31. & si debitum sit iuratum *Puteus decis.* 284.

6 *lib.* 2. *nu.* 1. Satis enim dicitur DD. de Paleottis creditum liquidum, dum in actis cõstat per partitas in libris recognitas per eumdem Petrum *Majcard. concl.* 1294. *nu.* 2. liquidius enim dicitur debitus respectu redditionis, rationis, administrationis bonorum, vt ipse confessus est magni introitus ex verbis Saluatoris nostri

7 in *Euangelio Lucæ c.* 16. vbi propriè loquebatur de villæ administratore, secundum *Hieron. in Homilia super d. Euang.* & per *Ghislandum in* 3. *dubio*, quod de iure communi, imò naturali procedit *Lap. nu.* 5. & *aliy in Clem.* 2. *de religios. domib. Socin. cons.* 2. *nu.* 5. & *cons.* 24. *nu.* 37. *lib.* 1. & illud Euang. notatur *in tex. qualiter, & quando il* 2. *ext. de accus. Veral. decis.* 157. *lib.* 2. Imò dato, quod liquidum nõ pos-

8 set dici Petri villici debitum, nihilominus cum de facili liquidari possit, intrant ea omnia, quæ superius scripta sunt *Aret. num.* 6. *in* §. *in bona fides Inst. de actionib. vers. aduertas*, vbi plures allegat, etiam quod agatur in executiuis *Medices de compensat. par.* 1. *q.* 13. *nu.* 1. *Graff. in d. except.* 16. *nu.* 29. & *seq.* Admittitur igitur compensatio de debito non liquido, si possit de facili liquidari *Bart. num.* 6. & *aliy in l. fin. C. de compensat* ibi dicentes parte, contra quam compensatio opponitur,

9 æquo animo debere sustinere, donec liquidetur, dicitur enim prohibita cõpensatio, quotiescumq; altior requireretur indago, vt ibi *Bart.* & cæteri decidunt, hic autem non potest dici altiorem requiri indaginem, cũ ex actis constet ipsum esse debitorem, & reddere debere rationem tot fructuum, & animalium ad eius manus peruentorum *Roman. cons.* 244. *nu.* 6. *Dec. in c. ex parte num.* 13. & *seq. de off. delegati, & in cinterposita de appell. nu.* 7. *Monoch. in tract. de præsumpt. lib.* 2. *præsump.* 48. *nu.* 9. *Greg. XV. decis.* 425. *nu.* 3. & 4. Videmus etiam, & practicauimus multo-

10 ties, quod in causis summarijs, & executiuis, si quis se paratum offerat incontinenti probare, impeditur executio, facit *tex. in l.* 3. *in princ. ff. vt in possess. legatorum, seu fideicommissorum seruandorum causa esse liceat, vbi Bart. nu.* 1. *Magon. decis. Lucens.* 81. *nu.* 18. Et cum vachettæ, & libri villicationis fuerint per Petrum recog-

11 niti, dicuntur per eum approbate omnes partitæ, & annotationes in dd. libris, & vachettis existentes *Iaf. nu.* 129. & *seq. in* 2. *lect. & melius Ripa nu.* 124. *in l. admonendi ff. de iure tur. Surd decis.* 199. *nu.* 6. & 7. qui plures allegat *Rota decis.* 388. *nu.* 1. *par.* 2. *in recent.* vbi aliæ plures in hoc memorantur decisiones.

Quod autem opponitur de salario Petro debito, respondetur vanum esse, primò,

12 quia supposito, quod deberetur, constat ex libris tantum habuisse, vt illo non obstante, debitor remanet pro multis mille libris: secundò, ad hoc, vt debeatur necesse est probare, quod d. Petrus operas suas locare consueuerit, & quod dd. DD. de Paleottis soliti sint similium ministrorum operas conducere *Feder. de Senis cons.* 218. *nu.* 3. *Puteus decis.* 45. *lib.* 2. *nu.* 1. ipseq; Petrus confessus est, nec ante, nec post alteri seruisse, sed dd. Nobiles de Paleottis eius filium in domo propria retinuisse, & ad scholam Grammaticæ misisse, dicens se esse seruum antiquum, & beneficiatum eiusdem familiæ.

Quare &c. Et hæc saluo &c.

CON-

CONTROVERSIA LXIX.

Pro DD. de Barbettis.

Dominicus Barbetta Testator

Raynaldus Iulius Cæsar Alphonsus Innocentius Victoria

Io. Maria Io. Domin. I.V.D. Ang. Ant. Horatius Anton. Io. Bapt. Christoph.

Theseus Franciscus Raynaldus

SVMMARIVM.

VOlo verbum, importat fideicommissum, nu. 1.

Consequens, qui valet, censetur velle omne necessarium antecedens, nu. 2.

Fideicommissum inducitur quotiescunq; aliter voluntas Testatoris, non posset seruari, nu. 3.

Et inducitur ex coniecturis, & præsumptionibus, nu. 4.

Donec dolo induxit fideicommissum fauore ad tempus exulsorum ad illud, nu. 5.

Testator vocans filios, & descendentes, intelligitur ordine successiuo, nu. 6.

Et, copula resoluitur in disiunctiuam, quando pater instituit patrem, & filium, nu. 7.

Descendentium nomen est collectiuum plurium personarum, nu. 8.

Dictum extenditur, vbi ratio extenditur, nu. 9.

Verba Testatoris desiderium denotantia sufficiunt ad fideicommissum, nu. 10.

Requisita ad inducendum reciprocum fideicommissum, nu. 11.

Confiscatio non fit in Ciuit. Bonon. nisi pro crimine læsæ maiestatis in primo capite, nu. 12.

Declarantur Bullæ Summorum Pontificum contra facientes adunationes, conuenticulas, & similia, vt procedant, quando fiunt hostili animo, nu. 13.

Nec operatur expressio, quod tale crimen dicatur esse in primo capite, nu. 14.

Adsit Deus, & Virgo.

DOminicus testando hæredes instituit, reliquit, & esse voluit DD. Raynaldum, Iulium Cæsarem, Alphonsum, & Innocentium eius filios æqualiter, & altero ex eis deficiente sine filijs legitimis, & naturalibus, præmorienti, seu præmorientibus sine filijs legitimis, & naturalibus, substituit alios, qui erunt viuentes, & eorum filios in stirpes, & non in capite æqualiter, & per fideicommissum, & omni meliori modo, & deficiente, seu deficientibus filiabus fœminis, noluit dari ex sua hæreditate præter libras trecentas pro qualibet earum, & has pro omni, &

toto,

toto, quod prætendere possent eas omninò ab eius hæreditate excludendo, quam voluntas ipsius est, vt masculi descendentes tantummodo succedant, non autem fœminæ, & naturales, volens eius facultates conseruari, debere per filios, & descendentes masculos legitimos, & naturales, & ad hunc effectum prohibuit alienationem, & venditionem bonorum suæ hæreditatis, & alienantes priuauit, cæterisq; suam voluntatem obseruantibus applicauit. Non enim potest dubitari, quin extet fideicommissum nedum fauore filiorum primo loco institutorum, sed & aliorum omnium descendentium masculorum legitimorum, & naturaliū, nam id expressis verbis Testator declarauit vtens verbis aptis per se importare fideicommissum, vt est verbum volo *l. 2. C. communia de leg. l. cum ita* §. *in fideicommisso, & ibi Cuman. & alij. ff. de leg. 2.* & cum inserit bona esse debere in masculos descendentes, non potest dubitari, quin in eorum fauorem ordinatum fuerit fideicommissum simplex, & absolutum, alias bona possent esse extra illius hæreditatem contra expressam eius voluntatem, qui igitur vult consequens censetur velle omne necessarium antecedens, ad illud *l. 2. ff. de iust. & iur. omn. ind.* plenè id comprobat *Socin. in l. qui Romæ* §. *coheredes nu. 18. ff. de verb. oblig. Dec. cons. 23. num. 2. & per tot. Gazad. cons. 102. per tot.* testans de communi *nu. 10.* sufficit igitur, quod Testator voluerit bona permanere in descendentes, etiam si nulla alia alienationis prohibitio extaret *Menoch. cons. 85. nu. 90. & post Castr. Curs tun. Paris. Crot. Roland. Cephal & altos dixit Simon de Pract. de interpret. vlt. volunt. lib. 3. interpret. 3. dubit. 1. fol. 10. nu. 13. fol. 284.* & eo magis dicendum est, cum Testator verba protulerit per modum dispositiuæ rationis, vt aduertit *Crass. in* §. *fideicommissum quæst. 5. nu. 6. vers. si illa verba. Rota decis. 51. nu. 4. & decis. 698. p. 1. diuers. Manuca de coniect. lib. 6. tit. vlt. nu. 12.* & id verissimum affirmat *Peregr. de fideicom. art. 11. nu. 29.* quando alio modo voluntas Testatoris seruari non posset *Cyriacus contr. 301. nu. 24.* hęc igitur materia tota resultat ex voluntate Testatoris, quæ & coniecturis, & præsumptionibus, & quibuscumq; verbis potest deduci, & ad fideicommissum inducendū, aliquando recedit à propria verborū significatione, cum non intentio verbis, sed verba intentioni deseruire debeant *c. humanæ aures 22. quæst. 5. l. cum proponeretur, & l. unum ex familia* § *si omissum ff. de leg. 2. Mercat. cons. 4. in princ. nu. 3. 21. 28. & 33. Rota decis. 640. nu. 15. par. 1. diuers.*

Noto etiam illud verbum (donec) quod importat de per se fideicommissum *Bart. in l. fin.* §. *1. ff. ad Trebel. nu. 2.* per talem enim dictionem (donec) seu (quousque) dixit *Tiraquel. post alios in tract. primogenitorum quæst. 53. nu. 23.* non posse dici perpetuo fœminas esse exclusas, sed ad tempus *Lopeph de Sesse decis. 76. nu. 10.*

Testator etiam vocando filios, & descendentes, non intellexit vt simul succedant, sed ordine successiuo, quia quando plures in institutione coniunguntur, inter quos non solum cadit ordo charitatis, & affectionis, sed etiam instituendi necessitas saltem causatiua, vt cum patet instituit filium, & nepotes, copula (&) resoluitur in disiunctiuam, & quoad filium, verbum (instituo) stat propriè, quo, verò ad nepotes accipitur pro substituo *gloss. Bart. Bald. & cæteri DD. communiter in l. Gallus* §. *quidam rectè ff. de lib. & posth.* cum alijs cumularis per *Peregr. in d. tract. de fideicom. art. 17. nu. 7.* & plena manu *Fusar. in tract. de fideicom. quæst. 476. nu. 1. cum seq.* id etiam expresè declarauit Testator, dum vt seruaretur voluntas sua, prohibuit alienationem; tum etiam, quia Testator nō simpliciter vocauit filios, sed adiecit descendentes, quod est nomen collectiuum plurium personarum diuersorum graduum, quæ personæ, sicut inter se ordine successiuo admittuntur, ita etiam à patre eodem ordine censentur inuitatæ, vt æqualis omnium fiat determina-

minatio *Liam hoc iure ff. de vulg. & pupil.* ita etiam argumentantur *Cuman. Arct. & Socin. in d. §. quidem*, & communiter ibidem probarunt *Pereg. multos referens d. art. 17. nu. 36. Fusar. d. quæst. 476. nu. 56.* & vbi ratio generalis, vt bona conseruẽtur in filijs, & descendentibus à Testatore decederata locum habere debet, ita & dispositio *l. cum pater §. dulcis sponsis, vbi Bart. Imola, & alij ff. de leg. 2. & ibi regula §. si quis ff. de inr. & facti ignor. Bald. in l. quod dicitur per illum tex. ff. de pactis*, dum di-
9 cit eatenus extendi dictum, quatenus ratio illius extenditur, latissimè *Tiraquel. in tract. cessante causa par. 1. nu. 139. cum plur. seq.* sustinens *nu. 145.* post alios, quos allegat id procedere non solum in legibus, sed & in contractibus, vltimis voluntatibus, & iudicijs, hoc idem ad propositum tradidit *Bart. in l. pater filium §. fundum ff. de leg. 3.* dicens, quod si Testator prohibeat fundum alienari per filium quoad ipse vixerit, quia illud velit remanere in familia, & sic per modum rationis dispositiuæ talis ratio, quia generalis ampliabit prohibitionem alienationis, etiam vltra tempus vitæ filij, quamuis talis dispositio sit limitata ad illius vitam *Socin. in d. §. coheredes nu. 18. Dec. d. cons. 23. nu. 4. vers. sexto moueor*, vbi dixit esse dictum notabile *Gozad d. cons. 102. nu. 5.* Videmus etiam, quod verba solum
10 desiderium Testatoris denotantia sufficiunt ad fideicommissum inducendum *l. etiam hoc modo, & l. & eo modo ff. ae leg. 1.* & ratio est, quia in fideicommissis sola voluntas spectatur *l. pen. ff. de leg. 1. l. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebel. idem Pereg. de fideicom. art. 1. nu. 47.* maximè si verba referantur ad filios grauatos, vt *nu. 48.* Imò in casu nostro videtur extare reciprocum fideicommissum inter omnes descendentes, nam concurrunt illa tria requisita ad inducendum reciprocũ fidei-
11 commissum, nempè, quod omnes illi, post quorum mortem fuit facta expressa substitutio sint à Testatore vocati; secundò, quod substitutio sit facta ab vltimo; tertiò, quod sit facta in tota hæreditate.

De primò satis constat, vt dixi, cum sola ratio agnationis conseruandæ videatur sufficere, etiam si descendentes essent in cõditione positi *Hippolyt. Rimin. cons. 20. nu. 40. lib. 1. Parisi. cons. 6. nu. 16. lib. 3. Mantica de coniect. lib. 11. tit. 3. nu. 15.*

Ex qua ratione conseruationis agnationis resultat secundum requisitum, scilicet, quod substitutio dicatur facta ab vltimo moriente, & si verbis nõ sit expressum, & ratio videtur clara, quia si hæredes primi decedentis illius portionem retinere possent, donec alij decederent, cum illi possint esse extranei, & de aliena familia, tota hæreditas non diceretur esse in descendentes, & sic necessarium erit dicere, quod substitutio fuerit facta ab vltimo moriente.

Tertiũ quoque requisitum est clarum, nam Testator voluit eius hæreditatem stare debere in descendentes, & si pars alienaretur, voluit posse incontinenti recuperari. Ita igitur dicitur facta virtualiter substitutio in tota hæreditate, sic in specie declarant *Socin. iun. cons. 110. nu. 32. & cons. 145. nu. 42. lib. 3. & Simon de Prat. de interpret. vlt. volunt. dubit. 4. fol. 1. nu. 32. vers. ego tamen, & nu. 33. vers. hac sanè fol. mihi 325.*

Sum igitur in opinione bona hæc deberi nepotibus ex Testatoris filijs, & si confi-
12 scata prætendantur pro prætensis caualcatis, eo magis cum in hac Ciuitate non nisi in crimine læsæ maiestatis diuinæ, & humanæ in primo capite bona cõfiscari possint ad for. Capitulorum Gregorij XIII. & prius attestati fuere *Gozad. cons. 96. nu. 4. Maluas. cons. 10. nu. 13. & 14. qui Salicetum allegat in l. 1. C. de hæred. infirm. nu. 12. Ant. Scap. in tract. Iuris non scripti lib. 5. cap. 174. nu. 12. Bertazol.* qui dixit id confirmari cum *Bulla Pij Quarti in cons. 477. nu. 7. Batard. ad Clar. in §. fin. præxis crim. q. 78. nu. 9.* quibus addo *Bullam Iuly Tertij die 2. Iulij* 1554. nec facit

Bulla,

Bulla, quæ allegatur cõtra facientes adunationes, armatas, siue caualcatas, nam
13 habet locum solũmodo, quando fiunt hostili animo contra Principem, vel Rempublicam, vt in votis *Eminentiss. Seraphini*, & *Blanchetti*, *ac Reuerendiss Orani, quæ habentur inter Decisiones criminales Farinac. par. 2. decis. 61.* vbi declaratum fuit Illustriss. Io. Antonium Vrsinum, qui Ciuitellam ingressus fuit, Gubernatorem, Beroarios loci occidit, fregitq; carceres, & carceratos exemit, nõ incurrisse Bullam, cum id fecerit ex odio priuato, quod habebat cum Gubernatore.

Nec facit expressio, quod quis dicatur propter caualcatas, commisisse crimen læsæ
14 maiestatis in primo capite, dum tale delictum de per se non est aptum continere crimen læsæ maiestatis in primo capite, ita post plures affirmat *Bos. in tit. de crim. læsæ maiest. nu. 62. & seq.* nec tale delictum, & alia similia, mortuis parentibus, ascripta continentur, nec in primo, minusq; in secundo capite criminis læsæ maiestatis, probant *primæ quattuor leges ff. ad l. Iuliam maiest.* & voluerunt *Bos. loco allegato nu. 2. Capic. in decis. 130. Decian. in tract. criminal. lib. 7. cap. 4. num. 4. & 5. Ratard. ad Clar.* quem refert *Farinac. quæst. 112. nu. 6.* vbi declarat, quodnam sit primum, vel secundum caput crimen læsæ maiestatis *Odd. cons. 27. nu. 16. & seq.*

Et hæc saluo saniori iudicio.

CONTROVERSIA LXX.

Pro eisdem DD. de Barbettis.

SVMMARIVM.

Banniti sunt incapaces successionis, nu. 1.

Bannits nostri temporis æquiparantur deportatis, nu. 2.

Banniti etiam de iure communi sunt incapaces successionis in bonis in territorio, vbi sunt banniti, nu. 3.

Banniti dicuntur hostes illius Ciuitatis, à qua sunt banniti, nu. 4.

Nõ datur successio in bonis damnatorum ex crimine læsæ maiestatis, nu. 5.

Incapax hæreditatis non potest illam ad alios transmittere, nu. 6.

Vbi vocati sunt plures descendentes diuersarum linearum, vna extincta, admittuntur aliæ, etiam in inferiori gradu, stãte clausula in stirpes, nu. 7.

Adsit Deus, & Virgo.



Nortuis Raynaldo, Iulio Cæsare, & Innocentio filijs olim D. Dominici de Barbettis fideicommittentis, vt in præcedẽti Controuersia relictis ex dd. Raynaldo, & Innocentio filijs, & Alphonso eorum fratre, qui postea ob homicidium fuit bannitus, Antonius, Io. Dominicus, & Christophorus d. Innocentij filij ob suppositum læsæ maiestatis crimen patratum pariter banniti fuere, & in pœnam certæ confiscationis bonorum, & demolitionis domorum vti rebelles condemnati, & effectiuè eorum bona fuerunt capta, & domus demolitæ, vnde Angelus

Antonius, Io. Maria, Raynaldi filij, & Horatius filij d. Alphonsi, & Theseus, & fratres alterius Io. Dominici I.V. D. filij pariter eiusdem Raynaldi vti condemnatorum proximiores, porrexerunt preces Eminentiss. Legato, & insteterunt ad bona eorum iam mortuorum reintegrari, eo magis, quia iure fideicommissi ad eos spectare prætendunt, & ex pluribus alijs causis, & rationibus gratiam obtinuerunt, soluris lib. septem millibus, & facta sibi accolatione debiti librarum mille quingentarum; nam causa dd. bonorum Camera Apostolica in tanta summa diuersorum debitrix remanserat: hodie D. Horatius Alphonsi filius prætendit ad dd. bona solum esse admittendum, exclusis Angelo Antonio, & alijs, qui supplicarunt eo sub prætextu, quod d. Alphonsus dictis Delinquentibus vti patruus fuerit proximior, quam sint ijdem Angelus Antonius, & cæteri Quare cum agatur inter patrueles de veritate requisitus, tria puncta videnda esse credidi. Primò, an d. Alphonsus tunc banniius fuerit capax, itaut ex eius persona D. Horatius venire possit. Secundò, an bona potuerint dici esse in successione dd. fratrum filiorum Innocentij, stante eorum confiscatione, & per Cameram Apostolicam captione. Tertiò, an fideicommissum obstat DD Angelo Antonio, & alijs, cum Alphonsus à Testatore videatur admissus, nec ad bona patruelium ijdem Angelus Antonius, & cæteri videantur vocati, patruo excluso, quatenus tamen habilis esset ad succedendum.

Et ad primum non est dubitandum, quod cum Alphonsus esset bannitus, incapax
1 erat succedendi is ab intestato filiorum Innocentij, ex tot *Bullis Summorum Pontificum, nempè Pij Secundi, Pij Quinti*, & aliorum plurium memoratarum *per Sixtum Quintum in Bulla contra bannitos, homicidas, latrones, eorumq; complices de anno* 1586. *quinto Kal. Iulij*. & in banno pluries approbato Eminentiss. Instiniani alias Bonon. Legati *in rub. delli Banditi*, vbi in terminis fuit sancitum, ne banniti possint succedere, siue ex testamento, siue ab intestato, quod & procedit de iure com-
2 muni, eo quod banniti nostri temporis æquiparantur deportatis *gl. s. in* §. *cum autem vers. relegati Inst. quibus modis ius patr. pot. sol.* ibi, *sed banniti nostri temporis, quibus comparabimus, respondeo, si tantum est maleficium, vt etiam cum Ciuitate bona sua publicentur, vel de iure, vel de consuetudine Ciuitatum tunc deportato comparabo alios relegato, glos. in l. ad cognitionem in fine ff. ex quib. causis in poss. eatur, Specul. in tit. de fide instr. in* §. *compendiosè in vers. quid de bannitis*, Doctores nempè *Calr. in l.* 1. *C. de hered. inst. nu.* 3. dicens talem vti deportatum quoad successionem, & capacitatem hæreditatis haberi pro mortuo: Nec dicatur, quod licet ex *statuto Ciuit. Bonon.* Alphonsus sit exclusus, debeat tamen admitti ex dispositione iuris communis, vt videtur tenuisse *Bart. in tract. de bannitis nu.* 11. *Angel. ac Gambilionibus*, qui alios allegat *in cons.* 70. *nu.* 1. *& seq. inter cons. crimin. 2 illetti lib.* 1. nam omisso, quod eius
3 opinio à multis reprobatur, distinguitur tamen, vt procedat in bonis, qui in alieno essent territorio, nam in eo, in quo quis est bannitus, prout tenent *Salycet. nu.* 21. *& Castr. nu.* 8. *in d. l.* 1. qui exemplificat, si Florentinus haberet bona Bononiæ, & esset hæres illius de Ciuitate Florentiæ, bannitus posset tamen Bonon. hæreditatem consequi *Alex. cons.* 75. *nu.* 8. *lib.* 1. & nequaquam Florentiæ *Ias ph. Lud. decis. Perusij* 11. *nu.* 8. ex hac ratione, quia etiam de iure communi talis bannitus
4 dicitur hostis dicti territorij *l. amissione ff. de cap. diminut.* & perdit omnia illius Ciuit. iura *Monter. ad stat Bonon. in rub. de generalibus, seu communibus pœnis bannitorum, seu in figura banni conscriptorum S. ordinamus insuper, & in* §. *si vero bannitus esset, quod impune banniti possint offendi*, & idem *Ioseph. Ludou. loco de quo supra* dixit esse communiorem opinionem *Alex. d. cons.* 75. *nu.* 7. *lib.* 1. *Gozad. cons.* 96. *num.* 8.

co

eo magis, vt in casu nostro, si bona fuerunt publicata *Bubol. dec. f. 17. post cons. Farinac. lib. 1.* extantibus nempè *dd. Bullis Pontificijs*, & de communi post plures *Ludou. Cato in cons. 103. nu. 5. & 6* inter dd. *cons. Zeleti. lib. 1. Peregr. in tr. de iure fisci lib. 3. tit. 7. nu. 3.* qui cum *Decano cons. 86. nu 31. lib. 3. & alijs* concludit bannitum ex substitutione de iure communi succedere non posse in bonis intra territorium, vt supra, *Rota decis. 394. nu. 7, par. 5. diuers. Famianus Centulinus ad decis. 15. post Farinac. d. l. b. 1. cons. in fi. A.* faciens differentiam, an quis succederet ab intestato, vel ex testamento, nam primo casu affirmatiuè à successione excluditur.

5 Ad secundum, cum bona fuerint etiam ex capite læsæ maiestatis per fiscum capta, nullatenus potest ritè dici d. Alphonsum succedere potuisse *glos. in l. 1. in verbo, Hostis C. de bonis liberor. Per gr. in d. tract. de iure fisci lib. 3. tit. 8. nu. 6. & est tex. expressus in l. quisquis C. ad l. Iuliam maiest.* In tātum, vt nec filij ipsorum possint succedere, & nullam extare difficultatem, quando præcessit sententia, dixit *Bosp. in tr. de sententijs nu. 49 Ant. de Rossellis de succes. ab intest. nu. 53.* & facit *tex. in auth. bona damnatorum C. de bonis proscriptorum in fine, vbi Salycet. nu. 1. & cæteri scribentes* Cum ergo bona essent confiscata, & per fiscū tenta, & possessa per plures, & plures annos, nec quicquam in eis DD de Barbettis prætendere possent, cum Alphonsus ad mortem esset tunc damnatus, hæreditatem adire non poterat *Graf. de succes. tit. Institutio quæst. 5. per tot.* dicens reputari pro mortuo, & in *tit. acquisitio hæreditatis quæst. 2. nu. 5. lib. 2.* & cum talis hæreditatis incapax esset, illā transmittere non potuit, quia fiscus reputatur veluti hæres *Peregr. in d. tract. de iure fisci lib. 5. tit. 1. nu. 52 & seq.*

6 Cum ergo fiscus, & Camera Apostolica ad preces dd. DD. Angeli Antonij, & aliorum sibi bona confiscata, concesserit, solutis libris septem millibus, vt supra, non potest hodiè Horatius ex persona patris aliquid prætendere, cum vt supra diximus, sit prohibita successio in bonis damnatorū propter læsæ maiestatis crimen, imò ipsemet Horatius fuit vnus, qui preces Eminētiss. Legato porrexit, partem sibi tangentem soluit, & omnia approbauit.

7 Ad tertium, semoto Alphonso, dicitur omnes remanere in eodem gradu, & ex verbis Testatoris desumi quamlibet lineam esse æqualiter vocatam, ex illis verbis, *perche dice, che vuole, che sino, che si trouaranno maschi descendenti legittimi, & naturali ex detto Testatore,* in tātum, vt nedum Alphonsus, sed & alij licet in inferiori gradu dicantur descendentes *Rolandinus in prima parte flornm rub. 13. num. 1. Gozad. cons. 20. nu* 8. & vbi vocati sunt descendentes per deficientiam vnius lineæ, alterius lineæ descendentes admittuntur *Bert. in l. re communi nu. 11. vers. tertio modo ff. de leg. 3. Iaf. in l. qui quartam §. si quis vnam ff. de leg. 1. Barz. decis 4. nu. 15. & seq. in causa de Felicinis,* facit etiam *tex. in l. si itaque hæredes ff. de hared. instit.* addita prohibitione facta omnibus descendentibus ne possint vendere *Paulus Arzomus ad cons. Benedicti de Plumbino 62. inter cons. diuers. vltimol. Crot. in repet. l. re communi nu. 3. ff. de leg. 3.* & nullam extare difficultatem, stante vocatione per Testatorem in stirpes, eo quod successio in stirpes datur etiam in dispari gradu *tex. est in l. nepotes, & in auth. in successi. C. de suis, & legitim. Bero. quæst. fam. 100. n. 4. Barz. decis. 9. nu. 6.* talis igitur clausula operatur, vt omnes stirpes conuenire debeāt, & qui ex vna stirpe proximior est defuncta, alias stirpes non excludit *Socin. cons. 104. nu. 5. lib. 3. & cons. 38. nu. 9. ad finem cons. 91. nu. 23. & cons. 92. nu. 58. & seq. lib. 2.* ita post infinitos nouissimè dixit *Mart. in clauſ. 43. nu. 1. & seq. 3. par. secundum vlt. impress.* Et hæc &c.

CONTROVERSIA LXXI.

Pro D. Petronilla Maria Sotella cum Ad. RR. PP. S. Dominici, & S. Martini.

SVMMARIVM.

Filius tenetur relinquere alimenta cibi, potus, & vestitus Matri, n. 1.

Quæ alimenta in legitimam non imputantur, nu. 2.

Notarius Apostolicus potest in quocumq; loco Ecclesiæ Rom. subiecto Instrumenta conficere, nu. 3.

In testamẽto nuncupativo sufficit, quod Testator exprimat suam voluntatem corã testibus absq; aliqua stipulatione, seu publicatione, n. 4. & 53.

Sensus visus non decipitur circa proprium obiectum, nu. 5.

Sufficit testes concordare in substantia, nu. 6.

Institutio hæredis fieri potest quibuscumq; verbis, dummodo ex ijs appareat de voluntate Testatoris, n. 7.

Examinatis testibus testamentarijs, Iudex potest publicare Testamentum, nu. 8.

Scriptura in Testamento non est de substantia, nu. 9.

Non solum Testator potest committere Notario, ut scribat suum testamentum, sed etiam cuicumq; alteri etiam seruo, nu. 10.

Per secundum Testamentum reuocatur primum, nu. 11.

Sufficit testes esse præsentes, quia præsumuntur rogati, & possunt rogari etiam ab extraneo, nu. 12.

Rogitus ore proprio Testatoris probari potest per duos testes, nu. 13.

Antonius de Butrio in c. nihil extra de verborum significatione declaratur, nu. 14. & 20.

Virtus, & substantia verborum non in eorum cortice, vel superficie, sed in sensu, & intentione consistit, n. 15.

Quando articulantur verba formalia Testatoris sunt probanda, nu. 16.

Testes ad concordiam sunt reducendi non solum, quando unus alteri contradicit, sed quando plures pluribus, nu. 17.

Melius probant testes per diuersa verba concordantes, quam si per eumdem verborum sermonem, nu. 18.

Nam tunc dicuntur suspecti nu. 19.

Testari non potest, qui non est sanæ mentis, nu. 21.

Sat est, quod duo testes deponant de sanamente, etiam si mille de insania deponerent, nu. 22. & 69.

Homo nascitur benè sensatus, num. 23. 54. & 68.

Infirmitas etiam atrox, & vehemens non impedit quem testari, dummodo articulatè, & intelligibiliter loquatur, nu. 24. & 52.

Etiam si habeat linguam grossam, & balbutientem, & sit semimortuus, nu. 25.

Testamentum ad Interrogationem sustinetur, nu. 26. 58. 61. 63. & 65.

Sta-

Statutum Bonon. in rub. de Testamentis in S. si vero, & in S. si aliqua declaratur, nu. 27.

Testamentum sustinetur cum quinque testibus in comitatu, nu. 28.

Eo magis si interueniat Sacerdos, nu. 29. & nu. 34.

Imò sufficit, quod Testator expresserit voluntatem suam verbis aptis ad testandum, nu. 30.

Quando agitur de impossibili, nec statutum, nec constitutio arctat, nu. 31.

Statutum prædictum non operatur in casu necessitatis, nu. 32.

Scriptura non requiritur in Testamento nuncupatiuo, nu. 33.

Iudex animarum est dignior Iudice seculari, nu. 35.

Statutum prædictum de Testamentis non habet locum, dum vigore alterius statuti proceditur summariè, & sola facti veritate inspecta. nu. 36.

Nec ex necessitate requirit rogitum Notarij, nu. 37.

(Vel) dicto de sui natura distinguit casum, & ampliat dispositionem, n. 38.

Non præsumitur, quod statuentes voluerint tollere id, quod est de Iure communi, nu. 39.

Statutum debet interpretari, vt minus corrigat Ius commune, nu. 40.

Et si corrigeret vt odiosum ex Identitate rationis, non est extendendum ad casum non expressum, nu. 41.

Statutum si dat formam sine clausula prohibitiua, testamentum sustinetur, nu. 42.

Dispositio c. cum esses extra de Testamentis seruatur etiam in terris Imperij, nu. 43.

Non ita de facili committitur falsitas coram patre spirituali, sicut coram extraneo, nu. 44.

In Testamento coram Sacerdote parochiali non requiritur rogitus testium, nu. 45.

Si sit discrepantia inter Ius ciuile, & Ius canonicum, si statutum mandet seruari Ius ciuile, statutum non valet, nu. 46.

Nec Papa, nec Imperator possunt statuere contra Ius diuinum, nu. 47.

Religiosi tenentur seruare Ius Canonicum, nu. 48.

Ægrotans dicitur esse in cõflictu, n. 49.

Qui sub pretextu defectus numeri testium, vel alterius solemnitatis Testamentum impugnare conantur, peccant mortaliter, nu. 50.

Præsumitur sanitas mentis in Testatore, dum instituit venientes ab intestato, nu. 51.

Præsumitur in dubio testamentũ scriptum de mandato testatoris, nu. 56. dummodo ille, qui scripsit non sit heres institutus, nu. 57.

Præordinatio testatoris tollit omne falsitatis suspicionem, nu. 59.

Deliberata voluntas testatoris arguitur ex multiplicata hæredum nominatione, nu. 60.

Non præsumitur testatorem ad alterius impressionem testamentum condidisse, nu. 62.

Suggestio non præsumitur, & in dubio est iudicandum pro testamento, nu. 64.

Pro Religiosis, Sacerdotibus, & Confessarijs præsumitur, nu. 66.

Voluntas testatoris probatur per duos testes, nu. 67.

Et si testatoris probaret demētia, si tamen testamentum fit factum, prout aliut prudēs fecisset sustinetur, n. 70
Testamēta non sunt fundata in ratione, sed in volūtate testat. n. 71. & 89.
Testes deponentes de non sanitate mentis testatoris, etiam non interrogati, debent deponere de signis, motibus, & actibus testatoris, nu. 72.
Sanitas mentis non percipitur visu, vel auditu, sed iudicio rationis, nu. 73.
Testes, qui iudicant, non probāt, nu. 74.
Standum est primo dicto testium cum iuramento, nu. 75.
Maximè dum ex post spontè comparuerunt ducti à conscientia, dicentes secundum dictum minus potentiū fuisse expressum, nu. 76.
Si testator post conditum testam. rectè respōdeat interrogationi de alio negotio sibi factæ articulatè, & formiter cognoscitur esse sanæ mentis, n. 77.
Testamentum primum non præsumitur revocatū, si secundum sit factum ad alterius interrogationem, nu. 78.
Si duo sint hæredes, unus succedens ab intestato, & alius secum hæres institutus primilegium, & ius competens succedenti ab intestato prodest, & extraneo, nu. 79.
Testamentum primum per secundū validum tollitur, nu. 80. & 97.
Maximè dum testator claris verbis, & nominatim respondet, nu. 81.
Etiam si testator moriatur statim cōdito testamēto, dum est sanæ mētis, revocatū dicitur primū testam. nu. 82.
In testamento nuncupatiuo non requiritur rogitus testium, nu. 83.
Et sufficit testium præsentia, nu. 84.
Rogitus testiū probatur duob. test. n. 85
Statutum Bonon. lib. 4. de testamentis in §. si vero, & in §. & si aliqua vltima volūtas declaratur, n. 86.
Si scriptura, vel Notarius adhibeatur, adhibitio non censetur facta pro substantia, nu. 87.
Testamentum valet eo modo, quo valere potest, nu. 88.
Statutum prædictum non imponit necessitatem, vt testamenta rogari debeant per Notarium, nu. 90.
Testamētum potest etiam rogari per Sacerdotem, nu. 91.
Testamentum in casu necessitatis sustinetur non seruata forma iuris communis, nu. 92.
Eo maximè si facta sit diligentia reperiendi Notarium, nu. 93.
Et si Notarius superueniat post mortē, & omnes testes, qui fuerunt præsentes sibi attestentur de veritate testamenti, potest fieri rogatio, nu. 94.
Statut. Bonon. de Testam. non derogat disposit. c. cū esses ext. de test. nu. 95.
Sufficit ad disposit. d. c. cum esses, quod loco Parochi sit alius Sacerdos, n. 96.
Dispositio d. c. cum esses vbique, etiam ad præiudicium piæ causæ est seruandum, nu. 98. & 102.
Etiam quod statutum disponat seruandum esse ius ciuile, nu. 99.
Statuta Bonon. sunt confirmata à Papa in forma communi, nu. 100.
Potest dubitari, an statutum in testamento disponens seruari debere ius ciuile, valeat, nu. 101.
Quando non adest Parochus, sufficiunt quattuor testes secundum dispositionem d. c. cum esses, nu. 102.
Quando testator declarauit volūtatem suam corā testibus, necesse est eo de-fun-

sancto, vt testes deponant coram Iudice de toto tenore testamẽti, n. 103.
Et si interim vnus testis moriatur, probatio testamenti corruit, nu. 104.
Notarius etiam dicitur Iudex, nu. 105.
Testes testamentarij si sint examinati, etiam non citata parte ad proban. & obtinen. immissionẽ, probant, n. 106.
Sufficit, quod testes concordent in substãtia institutionis hæredis, nu. 107.
Testium dicta non sunt cauillanda; sed coadiuuanda, nu. 108.
Statutum Bonon. de probationibus declaratur, nu. 109.

Adsit Deus, & Virgo.

1 ANno 1637. 20. Aprilis Paulus Burgognonus testatus est, Fratresq Hieronymũ, & Bartholomæũ hæreditate principaliter, & Diomedam Matrem, ei tantum relinquendo alimenta cibi, potus, & vestitus, & si deberentur *Surd. ad Sanctatem post textus, & DD. in tract. de alimentis tit. 1. quæst. 22. nu. 1. & seq.* & quæ minus in legitimam Matri debitam possunt imputari *l. quæ Pater ff fam. herciscundæ. Idem Surd. in d. tract. tit. 7. quæst. 10. num. 7.* Duasq; proportionabiliter Mendicantium Religiones Hæredes Vniuersales instituit, vt processf. Bellioffi fol. 35.

2 Quod Testamentum inofficiosum Mater esse dixit.

Mortuis Fratribus anno 1647. 24. Februarij, idem Paulus per multos annos continuus habitator in Communi Mascarini, seu Roncorum Venezani (præuia declaratione præcedenti die) velle testari, vt Parochus affirmauit ad articulum secundum processf. A. fol. 96. & sum. testium Bellioffi fol. 137. & 138. valdè penes Parochum prædictum instetit pro Not. & idcircò Parochus, & Medicus stante nimia distantia à Ciuit. Bononię, miserunt ad Terram Plebis locum Vicinioris habitationi eiusdẽ Pauli, eo quod Medicus sibi dixit eius Fratrẽ Plebensem esse Notariũ, & si de Territorio Ferrariæ posse rogari, cũ haberet super hoc Bullam Apostolicam Iulius Cæsar Gattus d. Sum fol. 25 D. Carolus Plodius d. Sum. fol. 92. verso, 99. & 106. & quod Notarius Apostolicus posset in quocumq; loco rogitus conficere, eo mag s cum Ecclesi Romana, & Ferrariæ, & Bononiæ sit Domina, post *tex. in l. non solum* S. *Testium. ff. de excusat. Tut. Specu. Bart. Beroum, & Surdum dixit* tempestate nostra famigeratus *Buccaferreus cons. 110. num. 20. & 21.* vbi demonstrauit nil operari statutum in contrarium, & cum sibi Paulo relatum esset Notarium reperiri non posse commisit R. Fr. Francisco Mariæ Iacobello Ordinis S. Francisci Minorum Conuentualium, quem Parochus ibi sui loco deputauit, vt ipse affirmat d. sum. Testium Bellioffi fol. 136. Iulius Cæsar Gattus fol. 25. vers. vt Testamentum scriberet, & coram testibus publicaret Hæredes ore

3 proprio, Matrem, & Vxorem nominando, idem Gattus his verbis, *Il Sig. Paolo auanti se gli dasse l'oglio Santo à mezza mattina disse, che lui si sentiua male, & che il Notaro staua assai à venire, e pregò il suo Confessore Fr. Francesco Maria, che scriuesse la sua vltima volontà, che voleua, che la sua robba l'hauesse la metà sua Madre, & l'altra metà sua Moglie* d. sum. Test. Bellioffi fol. 28. verso.

Ioannes Tertius ibi *disse, che lasciaua la sua robba mezza à sua Madre, e mezza à sua Moglie* d. sum. fol. 42. Inferius interrog. dixit *non vi hà detto, che lasciò herede sua Moglie, & sua Madre* fol. 46. & iterum f. 49. verso.

Reuer. D. Carolus Plodius ibi, *il Padre Confessore scrisse tutto quello, che lui disse*, f. 90. *& quando Fr. Francesco Maria hebbe letta la scrittura, disse, siate qui per Testimonij di quel tanto hà significato il Sig. Paolo*, & ibi interrog. *come il Sig. Paolo lasciò heredi*

di per la metà della robba sua tanto in debito, quanto in credito la Sig. Diomeda sua Madre, & per l'altra metà la Sig. sua Consorte, & ibi, & hauendo hauuto notitia, che il Notaro non si poteua trouare, pregò il Padre Fr. Francesco Maria, che in luogo del Notaro scriuesse il Testamento, che lui voleua fare li presenti li Testimonij conuocati, & il Sig. Paolo pregò li Testimonij à voler esser presenti al Testamento, & così Fr. Francesco Maria le scrisse, & il d. Sig. Paolo nominò con la propria bocca, come hò detto di sopra, che lasciaua heredi della metà della sua robba la sua Madre, & per l'altra metà la Sig. Petronilla sua Moglie, fol. 100. verso.

Franciscus Querzola ibi, *la Scrittura la legete Fr. Francesco Maria, & chiamò lì tutti noi altri* d. sum. fol. 120. & ibi, *Io la viddi scriuere*, & ibi, *lui non parlò altro, se non che dimandò al Sig. Paolo, se li contentaua, che sua Madre godesse la metà della sua robba, & l'altra metà sua Moglie, & lui rispose forte à quella dimanda, & confessò con la propria bocca, che la lasciaua à sua Madre, & à sua Moglie,* fol. 121. 122. & 123. & ibi lecta scriptura Testamenti, recognouit continere veritatem, & replicat, *che lasciò la robba alla Madre, & alla Moglie,* fol. 126. & 127.

Blaxius Mattarellus, *vi hò detto, come è vero, il Sig. Paolo lasciò mezza la robba alla Moglie, & mezza alla Madre*, Sum. Testium Zochini fol. 3. *& mi trouai presente al Testamento*, fol. 6. 10 &. 11. ibi, *il Padre gli lo dimandaua à lui, & il Sig. Paolo disse, che lasciaua mezza la robba alla Madre, & mezza alla Moglie*, & ibi, *vdij bene, quando il Sig. Paolo disse, lascio mezza la robba alla Moglie, & l'altra mezza à mia Madre*, fol. 21. & inferius, *Fra Francesco Maria scrisse il Testamento da detto Sig. Paolo.*

Io. Antonius de Guidis ibi, *il Frate gli disse, dichiarateui, come volete fare, dicendo à chi la volete lasciare, & chi volete sia vostro herede, la volete lasciare à vostra Madre, & à vostra Moglie, ò ad altri, bisogna, che siate voi, che lo ascriate, & il Sig. Paolo rispose, che la lasciaua mezza à sua Madre, & mezza à sua Moglie* d. Sum. fol. 34. ver.

Ioseph Mattarellus, *Io sentei, che il Sig. Paolo disse, che lasciaua heredi la Madre, & la Moglie mezza per una*, d. Sum. fol. 47. *fù letto il Testamento forse*; fol. 48. & reiterauit fol. 50.

Fr. Franciscus Maria Iacobellus, *Io fui quello per mandamento del Notaro, che scrissi*; & post relictorum memo rationem dixit, *che lasciaua herede vniuersale del suo hauere sua Madre per la metà, & l'altra metà sua Moglie*, d. Sum. Zochini fol. 61. & ibi, *Io gli dimandai se si contentaua, che il tutto fosse fatto alla presenza delli Testimonij, & esso mi rispose, che sì, & io gli chiamai*, fol. 62. & ibi, *pregò me à voler scriuere detto suo Testamento*, & inferius dixit, *che voleua instituire heredi la Madre, & la Moglie per la metà per ciascuna di loro*, fol. 83. & ibi, *è vero, che detto Sig. Paolo di propria bocca, & ad alta voce disse, che ogni vno poteua intendere, Io Instituisco, & faccia miei heredi per la metà la Sig. Diomeda mia Madre, & per l'altra metà mia Moglie*, fol. 86.

Frater Rochus de Federicis, *Io sò, che il Sig. Paolo fece Testamento, & che lasciò la sua robba alla Madre, & alla Moglie, questo è quello, lo sò, & fece così, & lo sò dalla sua bocca*, fol. 93. & ibi, *fesse il Testamento alla presenza di Testimonij*, fol. 97. & 98. & ibi, *il Sig. Paolo affermò quello hauea scritto Fra Francesco Maria*, & ibi, *& è vero, che disse, che faceua suoi heredi per la metà sua Madre, & per la metà sua Moglie* fol. 105.

Et sic omnes nouem testes Testamentarij concordant, quod D. Paulus hæredes instituit pro dimidia Matrem, & pro dimidia Vxorem, & si agamus de Testamento nuncupatiuo, in quo sufficit, quod Testator exprimat suam voluntatem coram testibus absq; alia stipulatione, seu publicatione, ita post *Abb. Alex. Ruin. & alios dixit Peregr. decis. 80. nu. 7. vers. sed contra, Socin. Iun. cons. 62. nu. 6. lib. 4. Seraphin.* 4

phin. decis. 623. nu. 6. & in hac Institutione omnes nouem testes examinati sunt concordes, & contestes, adeò vt super hoc non sit hæsitandum ad *Tuschum*, qui concordantes dat in verbo Testamentum *conclus. 263. per tot. Laurentius Rodulphus post plures caut. 267. nu. 21. Iacobin. de Sancto Georgio in l. de statu nu. 11. ff. de probat.*

5 nec testes alia comprobatione egent, dum de visu, & ex ore proprio auditu deponunt, non n. sensus visus decipitur circa proprium obiectum *Imper. in c. cum causam nu. 2. ext. de Test.* tale ergo Testimonium alijs excellentius est *Mantica de tacitis, & ambiguis lib. 8. tit. 14. nu. 1.* & sufficere, quod testes concordent in substantia dixit *Rota penes Gregorium Decimumquintum decis. 248. nu. 13. & decis. 558.*

6 *nu. 8.* & habetur nouissimè in *decis. 289. nu. 7. parte 5. diuers.* & non potest dubitari, quin hæredis Institutio fieri possit quibuscumque verbis, dummodo ex ijs ap-

7 pareat de voluntate Testatoris *l. quoniam Indignum C. de Testam.* eo magis ad sustinendum Testamentum *Rom. Socin. Sen. Ias. & alij, quos allegat Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 4. tit. 3. nu. 1. & 2. Rota penes Cabaler. decis. 388. nu. 2.* Minusq; in Testamento requiritur scriptura *Seraphin. decis. 581. nu 6. & d. decis. 623.* sed viua voce Testatoris ordinari posse attestatur *Mynger. in § fin. Inst. de Testam. Rota decis. 588. nu. 1. par. 5. diuers. tomo 2.*

Et est aduertẽdum, quod statim mortuo Testatore Notarius aduenit, ibiq; repertis omnibus Testibus, & Parocho, qui Sanctiss. Olei Sancti Vnctionem Insirmo portauerat, Idem Fr. Franciscus Maria sibi consignauit d. scripturam, & ij omnes testes ore proprio talem fuisse Pauli vltimam voluntatem affirmarunt, vt processs. Zoch. fol. 43. vers.

Et idcircò D. Petronilla Maria Sotella Pauli Vxor habuit accessum ad Excellentiss. Eminentiss. Bonon. Legati causarum Ciuilium Auditorem, & obtinuit examinari octo ex dd. Testibus Testamentarijs, qui omnes deposuerunt de hæredũ Institutione, de rogitu ex ore proprio Testatoris, & de sana illius mente, vt in proc. coram R. & Excellentiss. Commiss. Fabr. S. Petri de Vrbe sign. litt. A. fol. 61. ad 81. Qui Excell. D. A. Generalis visis dd. Testium depositionibus Testamẽ-

8 tum publicauit ad for. *glossa in l. publicati C. de Testam.* & vt aduertit *Bart. in l. 1. ff. de bonor. possess. ex Test. militis*, eidemq; D. Petronillæ Mariæ mandatum immissiuum pro dimidia parte bonorum hæreditariorum Concessit, Eaq; bona sibi in diuisione cum coherede obuenta possidente, Insurrexerunt eædem duæ Religiones Mendicantes, illisq; Citatis, de nouo fuerunt examinati nedum ijdem octo, sed & Nonus testis, qui tempore aliorum examinis Bononiæ non repertebatur.

Ex cuius facti narratione tolluntur ea omnia, de quibus dubitauit Illustriss. & Excellentiss. D. Iudex, nempè Testamentum primum non tolli per secundum non rectè factum, eo quod ratione loci, & temporis magis solemniter fieri non poterat hoc vltimum, nullo n. Iure tale Testamentum reprobatur, nam vt dixi in nuncupatiuo scriptura non est de substantia, sed sufficit, quod testes adhibeantur,

9 & coram eis Testator suam voluntatem declaret, & tale Testamentum perinde habetur, ac si esset in publicam scripturam redactum, & per testes probari posse, dixit *textus in d. l. hac consultiss. S. per nuncupationem C. de Testam. glos. & BD. in l. publicati C. eodem l. hæredes palam in princ. ff. de Testam. Mascard. post plures concluss. 1352. nu. 13.* dicens id apud Doctores nullam habere dubitationem *Peregr. decis. 80. nu. 7. vers. sed contra Emanuel. Rodericus ad contr. meam singulissimam quintam lib. 1. vers. tandem*, & alijs omissis, Nemo ergo sibi persuadeat, quod magis credatur Instrumento Tabellionis, quam septem testibus *Sicard. in d. l. hac consultissima C.*

de

de Testam. nu. 1. Et non solum Testator potest committere Notario, vt scribat Te-
10 stamentum, sed cuicumq; alteri etiam seruo *l. seruus ff. de Testam. Stéard. in eadem l. hac consultissima nu.* 2. & quando Notarius non venit in tempore, sufficit, quod iam Testator declarauerit voluntatem suam *Magon. decis. Lucen.* 32. *nu.* 43.

Vanum ergo redditur dicere primum Pauli Testamentum non tolli per secundum, nedum quia ritè factum, sed quod fortius est etiam, si hæredes hæreditatem non
11 adiuissent, primum reuocatum est, & hoc, quia solum spectatur, an hæredes existere potuerint *l. cum in secundo ff. de Instit. Test. §. porteriore Inst. quibus mod Test. Infirmentur l. pater filio, & ibi to. de Imola ff. de hæred. Instit.* & post plures *Mantica de tacitis, & ambig. lib.* 7. *tit.* 22. *nu.* 39.

Nec facit id, quod supponitur testes, qui secundo Testamento interfuerunt non fuisse vocatos, nec rogatos à Testatore, nam primo contrarium probatur Gattus summario testium Bellioſi ibi, *intragionanauolco*, & ibi, *pregò il suo Cõfessore fol.* 28. Ioannes Tertius ibi, *chiamo lui li quelli Testimonij à d. Testam.* fol. 44. vers. & ibi, *non lo sò mò Interamente, se fosse il Sig. Paolo, che ci chiamasse per Testimonij, & disero il Sig. Paolo, & così, & posso dire, che era in cerruello* d sum. fol. 49.

Reuer. D. Carolus Plodius ad quartum articulum ibi, *& vedendo, che il Notaro non veniua, pregò il Padre Fra Francesco Maria, che in loco del Not. scriuesse il Testamento, che lui voleua fare, essendo presenti tutti li Testimonij conuocati descritti nell'articolo, & il Sig. Paolo pregò li Testimonij à voler esser presenti al Testamento &c.* d sum. fol. 100.

Franciscus Querzola ad dictum quartum articulum *il Padre Fra Francesco Maria, che hò detto di sopra fu pregato dal Sig. Paolo à voler scriuere il Testamento, come lo scrisse alla presenza de' Testimonij, & quando hebbe scritto la scrittura, ci chiamò li, & disse, che fossero presenti à confirmare quello haueua detto* d. sum. fol. 127.

Fr. Franciscus Maria Iacobellus, ibi, *gli dimandai se si contentaua, che il tutto fosse fatto alla presenza di Testimonij, & quello mi rispose, che sì,* & ibi, *& disse di sua bocca, che quelli Testimonij fussero contenti di esser presenti à quell'atale sua dispositione*, summario Testium Zochini fol. 61. 62.

Fr. Rochus de Federicis, *il Padre Fra Francesco Maria disse al Sig. Paolo, se li contentaua, che quelli fossero Testimony & il Sig. Paolo disse di sì*, d. sum. fol. 97. Imo sufficit, quod
12 testes rogentur etiam ab extraneo, dum Testator est præsens, nam patiens videtur mandare post *Castr. Alex. cons.* 47. *nu.* 4. *lib.* 2. & rogitum ore proprio Testa-
13 toris posse probari solum per duos testes concludunt *Bart. Castr. Alex. & alij, quos allegat Iason. in l.* 2. *nu.* 13. *& seq. C. de bon. poss. secundum tabulas Socin. Iun. cons.* 289. *lib.* 2. *nu.* 107. *Surd. qui plures allegat cons.* 414 *nu* 24. *Magdalena de numero Testium in Testam. cap.* 15 *& cap.* 31. *per totum*, non omittendum debet, quod in tali Testamento nuncupatiuo solum requiritur præsentia Testium, nouissimè post *Fular. cons.* 41 *Thomas. decis.* 82 *nu.* 34.

Ex his etenim tollitur id, de quo secundo dubitatur, scilicet, quod in probãda per testes dispositione Tectatoris, requiratur, quod testes sint concordes, non solum in substantia, de qua superius dictum est, sed etiam in circumstantijs, ac proprijs, & formalibus verbis Testatoris, nam primo posset sustineri, quod loquuntur per verba formalia etiam in circumstantijs, & si in hoc *Antonius de Butrio* sit opinionis, vt requirantur verba formalia in *l. nihil ex. de verborum significatione* cum non loquatur in terminis nostris, in casu in suo duo tantum interuenerant testes, & diuersa verba in substantia protulerant, & sic erant singulares, & non
14 contestes, vt in casu nostro, Nec facit *Felin. in c. licet ex quadam ex. de Test.* cũ sit tantum *d. Antony* relator, imo inferius 4. col. contrarium determinat, & decidit.

Ma-

Mastard. verò in *concluſ.* 856. *nu.* 18. ſi videatur loquitur, quando quis ſe aſtrinxit ad probandum formalia verba, & num. 21. affirmat *Antonij* ſententiam tamquam falſam prorſus eſſe reijciendam, ea ratione promotus, quod virtus, & ſubſtantia verborum non in eorum cortice, vel ſuperficie, ſed in ſenſu, & intentione conſiſtat, & idem refert in alia *concluſ.* 1361. *nu.* 9. Subiungens cum alijs nu. 10. dicta teſtium eſſe ad concordiam in quantum fieri poteſt, reducenda, non autem cauillanda, & ſtrictè intelligenda, etiam ſi ad concordiam verba eſſent improprianda, nec in concl. 1369. allegata *Antonium de Butrio* memorat.

Farinac. verò *in quæſt.* 64. *nu.* 67. concluſionem, de qua in dubijs declarat procedere, vbi agitur de probanda formalitate verborum dicens nu. 68. regulam procedere, quando verba formalia fuerunt capitulata, & articulata à producente, nam tunc diſcordia in illis inducit ſingularitatem, quod & melius explicat num. 69. hic autem non fuerunt articulata verba formalia, ſed inſtitutio, vt dicitur, *come fu ſcritto da Fra Franceſco Maria* proceſs. coram Reuer. Fab. S. Petri de Vrbe Commiſſario fol. 98. verſo.

Et ſi videatur *Martius Medices decis. Senenſi* 95. *nu.* 25. ponit quæſtionem, quando tractatur de probandis per teſtes proprijs ipſius Teſtatoris verbis, & eſt eiuſdem *Antonij* relator, in caſuque ſuo erat diſcordia inter teſtes, & Plebanum, nam teſtes dicebant ſcripturam fuiſſe factam à Plebano, & Plebanus aſſerebat talia verba fuiſſe per Teſtatorẽ prolata, & in pluribus alijs erant diſcordes, vt nu. 26. verſo, prout re vera accidit, minuſq; Plebanus ſcripturã Teſtamenti legerat nu. 28. & plures aliæ concurrebant ſuſpiciones, quæ in caſu noſtro ceſſant, imò ſi formalia verba fuiſſent probanda omnes vt ſupra affirmant, *che la ſciaua herede, & la robba per la metà alla Madre, & per l'altra metà alla Moglie*, vt ſuperius demonſtratum fuit, & ipſe *Medices nu.* 30. *verſ. & in ſumma*, ex communi aſſerit interpretationem eſſe faciendam, etiam ſi cum aliqua difficultate eliciatur, teſtes quæ ad concordiam eſſe reducendos, non ſolum, quando vnus alteri contradicit, ſed quando plures pluribus, vt ibi per eum. Non enim exigitur in teſtibus, vt formalia verba explicent, dummodo exprimant ſenſum *Campeg. de teſtibus reg.* 119. *verſ.* 8. *Marſ. in rub. de probat. d. nu.* 356. ſufficit enim vt concordent in facto principali, licet quo ad corticem verborum non concordent *Socin. Sen. conſ.* 26. *nu.* 6. *lib.* 1. *& conſ.* 244. *nu.* 2. *lib.* 2. *Curt. in tract. de teſtibus concl.* 11. *nu.* 34. non enim quis dubitat, quod ſi teſtes in eundem rei geſtæ finem, licet per diuerſa verba concordent, non ſolum probent, ſed melius, quod ſi per eorumdem verborum corticem deponant *Bart. in l.* 2. §. *Ideoque ff. de teſtibus Neuizan. conſ.* 26. *nu.* 28. & 29. vbi plures adducuntur auctoritates *Zunta in ſuo conſ. pro Vxore nu.* 958. & 992. facit etiam *textus* ex verbis *Auguſtini ſuper Matthæum*, de quo in *d. cap. nihil obſtat extra de verb. ſignif.* ibi *nihil obſtat narranti diuerſitas, vbi eadem dicuntur, maximè cum quilibet Euangeliſtarum eo ordine credatur dicere, quo Deus voluit*, Ita enim *Antonius de Butrio* loco citato declarat *Corneus conſ.* 172. *nu.* 15. *lib.* 2. dicens, quod ſi teſtes loquantur per eadem verba, videntur ſuſpecti, imò ipſemet *Antonius de Butrio* ſuã opinionem retractauit in *c. cum Eccleſia Sutrina de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis*, & eius opin. de qua in *d. cap. nihil obſtat* Bononiæ non ſeruari dixerunt *Gramat. conſ. ciuili* 50. *nu.* 42. & *d. Lud. Zunta in d. conſ. pro Vxore nu.* 1014. ſic enim exaduerſo ſcripta retorquentur, & tolluntur obices ſecundus, & tertius. Modo ad quartum, quod ex ipſiſmet teſtibus conuincatur Teſtamentum fuiſſe factum tempore, quo Paulus laborabat in extremis, & contra eius intentionem, ſed ad alterius interrogationem, vel ſuggeſtionem, eo quod non

erat

21 erat sanæ mentis, ad *text. in l. furiosum*, vbi notant *DD. C. qui Test. fac. poss.* Resp. id ex facto tolli, nam testes contrarium probant, vt infrà Iulius Cæsar Gattus ibi, *il Sig. Paolo disse al Prete, che mandasse à pigliare il Notaro, che voleua fare Testamẽto, & il Medico vi andò à pigliarlo*, sum. testium Bellioffi f. 25. & inferius, *pregò il suo Confessore Fr. Francesco Maria, che scriuesse l'vltima sua volontà* fol. 28. verso, Ioannes Tertius, *posso dire, che quando fece il Testamento era in ceruello* fol. 49.

R. D. Carolus Plodius, *il Sig. Paolo disse, Io desiderarei l'Oglio Santo* fol. 83. & ibi, *Io salutai il Sig. Paolo, & lui risaluò me* fol. 85. verso, & ibi, *mà se ne rogò il Padre suo Confessore, & scrisse tutto quello, che lui disse*, fol. 90. & 94. & ad quartum articulum, *vi hò detto nelli interrogatorij, che hauendo hauuto uotitia, che il Notaro non si potena hauere, pregò il Padre Fr. Francesco Maria, che in loco del Notaro scriuesse il Testamento, che lui voleua fare, essendo iui conuocati li Testimonij, & se ben'era amalato, era sano di mente, & nominò con la propria bocca* fol. 100. & ibi, *doppo il Testamento sopraiusse due hore sempre parlando*, & ibi, *Sig. nò, che il Padre Fr. Francesco Maria non essortò il Sig. Paolo à far Testamento, fu lui di sua spontanea volontà* fol. 102.

Franciscus Querzola ibi, *il Sig. Paolo staua fermo, quando si scriueua*, & ibi, *il Padre non parlò altro, se non che dimandò al Sig. Paolo, se si contentaua, che sua Madre godesse la metà di quella robba, & l'altra metà la Moglie* fol. 121. & ibi, *non l'essortò d'altro, se non che gli dimandò quanto vi hò detto*, & ibi, *quando rispose à quella dimanda, rispose forte, che ogni huomo l'vdì* fol. 122. & ibi, *se ben'era Infermo, ad ogni modo era sano di mente, & d'intelletto*, fol. 127.

Reuer. D. Ioannes Recuperatus Parochus *mi disse Io mandasti à chiamare vn Notaro, come mandai à chiamare il Sig. Archangelo Maria Monti* fol. 135. *& in luogo mio lasciai Fra Francesco Maria, che occorrendo notasse il Testamento* fol. seq. & affirmauit omnia contenta in articulis fol. 138. & ibi, *quando mi disse mandasti à chiamare il Notaro era in ceruello* fol. 193.

Blasius Mattarellus, *vdy bene, quando il Sig. Paolo lasciò mezza la robba alla Moglie, & l'altra metà à sua Madre*, sum. test. Zochini fol. 21. & ibi, *il Sig. Paolo fatto Testamento, parlò vna volta, ò due, raccomandandosi à Iddio, alla B. Vergine, & à S. Antonio da Padoua* fol. 23. verso.

Ioannes Antonius de Guidis, *il Frate disse, bisogna, che siate voi, che lo diciate, & il Sig. Paolo rispose, che la lasciaua la robba mezza à sua Madre, & mezza à sua Moglie*, & ibi, *circa il bene rispose, la rimette alla Madre, & alla Moglie*, d. sum. fol. 34. & 35. & licet videretur tunc affirmasse Paulum non fuisse in sensu, sponte exposit comparuit ad acta Notarij, vbi prima vice fuit examinatus coram Excellentiis. D. A. Gener. & sanitatem mentis confessus est, sua sponte dixit sibi impositum fuisse, vt id asseueret, sed à suo Confessore munitus pro tuitione suæ conscientiæ dixit, *che benissimo il Sig. Paolo era in sentimento*, quod etiam dignoscebatur ex verbis expressis in suo examine.

Ioseph Mattarellus, *Io sentei, che il Sig. Paolo disse, che lasciaua herede la Madre, & la Moglie mezza per vna, & lasciaua à S. Antonio da Padoua quello parena alla Moglie, & alla Madre*, & ibi, *il Testamento fu letto li forte ad alta voce*, fol. 35.

Fr. Franciscus Maria Iacobellus ad Sacietatem de verbis præcisis, de rogitu, & de sana mente, loquitur nempè ad quartum articulum, ibi, *& è vero, che il Sig. Paolo dimandò, se era venuto lì il Notaro, che voleua far Testamento, & essendogli risposto da persona iui presente, che non era venuto, allhora esso Sig. Paolo pregò me à voler scriuere detto Testamento, & così io gli dimandai il suo pensiero, & quello voleua fare, & lui rispose, che voleua fare quello hò detto heredi la Madre, & la Moglie, & quando fece quello*

questo Testamento, era sano di mente, & è vero, che ad alta voce d. Sig. Paolo con la propria bocca nominò. &c. fol. 85. & 86. Ad quintum articulum, parlò sempre à proposito sino alla morte fol. 87.

Fr. Rochus de Federicis post plura dixit, per quanto conosco, quando fece il Testamento, era sano di mente, & si conosce con ben quelli, che sono amalati di ceruello, perche fanno delle matiere, & id replicat f. 103. & 105. & 106. ibi parlò sempre à proposito.

Et idcirco tolluntur ea, quæ dicuntur, quod non esset in sana mente, & quod laborans in extremis ad suggestionem, & alterius Interrogationem Testamentum condiderit.

Nam de sana mẽte fat erat, quod duo testes de ea deponerent, etiam si mille de insania depoſuissent, Ita post *Abb. & Ias. dixit Boer. decis. 23. nu. 93.* ex hac ratione, quia testes deponentes de sana mente, deponunt de qualitate naturali intrinseca, quia à natura inest, & cum qua homo nascitur, qua nascitur benè sensatus, & de affirmatiua in vtroq. Iure probatur ex *text. in c. cum dilectus, vbi Innocen. de succeſſ. ab inteſtato, & in c. si fortè de electione in 6.* & in *l. nec codicillos C. de Codicillis*, magis ergo credendum erit testibus deponentibus de sana mente, quam cæteris contrarium asserentibus, cum deponant conforme Iuri communi *Zabarel. conſ. 56. nu. 2. 3. & 4. Dec. conſ. 448. nu. 10. & 31.* eo quod sensu testis non percipitur, cum id consistat in intellectu, non ergo directo poterit probari, quem esse dementem, vt post alios affirmat *Pariſ. conſ. 88. nu. 53. & ſeq. lib. 3.*

Minusq; probatur, quod tempore Testamenti Paulus esset in Agonia, & Infirmitas quantumcumque atrox, & vehemens non impedir, quem testari dummodo articulatæ, & intelligibiliter quis loquatur, & siob mortis Viciniratem habeat linguam grossam, balbutientem, & sit semimortuus *Alex. conſ. 33. nu. 5. 6. & 7. lib. 3. & conſ. 105. nu. 7. lib 7. Dec. conſ. 489. nu. 4. & 5. Socin. Iun. conſ. 144. nu. 47. & 51. lib. 2. Rom. conſ. 306. nu. 5. vbi Mandoſ. dixit esse communem opinionem Gulielm. de Benedictis in c. Raynutius in verbo in extremis positus extra de testamentis Lud. Zuuin d. conſ. pro Vxore num. 947* & post Diuum Gregorium Nazianzenum *Gherard. Mainardus decis. Tholoſana 6. nu. 2. lib. 5.*

Cessat etiam ex facto id, quod dicitur de suggestione, nam respectu interrogationis, si interueniſſet, communis est opinio, vt Testamentum sustineatur per *text. in l. Pamphilo §. propoſitũ ff. de leg. 3. & in auth. vt ſponſalitia largitas §. quia verò in illis verbis* ibi *firmum Testamentum esse ſancimus, siue per ſe aliquis, siue per alterius perſonam nomen hæredis inſcripſerit Cephal. conſ. 546. nu. 29. & ſeq.* loquens etiam, si quis sit semimortuus, & habeat linguam balbutientem, dummodò articulatè loquatur, & ita *Iaſon. in l. Iubemus nu. 3. & 12. C. de Teſtamentis*, & in hoc adduxi nonaginta septem Doctores in *Contr. mea trigeſima quinta à n. 42. ad 56. lib. 1.* vltra sacram *Rota decis. 638. p. 1. diuerſ. & decis. Iulli poſt Farinac. conſ. 97. lib. 1. nu. 29.*

Ad vltimum, quod vt asseritur ex statuto Bonon. in qualibet vltima voluntate mulierum, & Infirmorum requirantur septem testes, & Notarius, vt in *rub. de Teſtamentis in §. verò, & in §. ſi aliqua*, alias Testamentum sit nullum pluribus modis respondetur.

Primò hic agi de Testamẽto facto in Comitatu in loco distanti à Ciuitate per tresdecim milliaria, & vbi à continuo ibi habitante, vbi commodè Notarij reperiri non possunt, & si die Testamenti super hoc magna facta fuerit diligentia, quare quinque testibus sustineri posse, dixit *text. in l. fin. C. de Teſtam.* & id procedere etiam in Nobili Ruri habitante, post *Rayn. Angel. Salicet. Caſtr. & alios dixit Ias. in d. l. fin. nu. 1. Viſil. ad Affictum decis. 25. nu. 8. Craſan §. Teſtam. quali. 54. num. 6. &*

melius post *Bart. nu.* 8. *Fran. Bonhora inter consilia ad vltimas volantates conf.* 46. *ferè per totum lib.* 1. *Mayner. in l. quamdiu ff. de reg. Iuris nu.* 24.

Secundò, cum Notarius inueniri nõ potuerit, vt omnes testes affirmant Testamentum valere, eo magis si Sacerdos interuenerit *Couar. in c. cum esses ex. de Testam. nu.* 29 12. ibi etiam si Presbyter (vt Notarius) huic Testamento accesserit, & nimirum, quia sacerdotes sunt publicæ, & autenticæ personæ *l.* 1. S. *huius studij ff. de Iust. & Iure Baldus conf.* 185. *secunda col. vers. dicunt lib.* 3. sufficit. n. quod Testator expresse-30 rit voluntatem suam verbis aptis ad testandum in fortioribus terminis, si Notarium vocasset, & eo mortuo venisset *Magon. decis. Lucen.* 32. *nu.* 43. *de communiuti*, nec tali casu posset dici Testamentum Imperfectum, cum id respiciat Notarium; nõ autem Testatorem, cuius voluntas in dubio pro perfecta habetur *Ruin. conf.* 1. *post numerum* 22. *lib.* 2. *Curt. Iun. conf.* 12. *Ante fin. lib.* 1. *Serafinus decis.* 581. *nu.* 5. *vers. neq; obstant* & ita conciliantur Doctorũ exaduerso allegatorum opiniones, quando clarè ex verbis ipsius Testatoris, & negotij circumstantijs constat, quòd quis voluerit testari omni mora postposita *Couar. in c. relatum in primo nu.* 11. *vers. tertia conclusio ex. de Testamentis. Magdalena de numero testium in Testamento requisito tit.* 5. *nu.* 8. *vsq; ad* 17. *fol.* 416. *Gratian. in discept. cap.* 764. *nu.* 6. *ibi, nisi clarè.*

Tertiò, quando aliquid reducitur ad Impossibile (prout erat eo tunc) in tam breui 31 tempore reperire Notarium, nec Statutum, nec constitutio arctat *gl. s. & Doct. in c. nemo potest de reg. Iuris in 6. & inc. in argumentum cod. tit.* & in terminis, quod non valeat Statutum, si mandet Testamentum non attendi, si non est scriptum manu Notarij matriculati in casu necessitatis, post *Alex. & Ias. affirmat Petrus Ebherardus in sing.* 100. *qui est vlt. nu.* 24. *Asia. in praxi* S. 3. *cap.* 38. *nu.* 2. dicens cum 32 *Angelo in l. si vacantia C. de bonis vacantibus lib.* 10. formam remitti posse, cum aliquod Imminet periculum, nimirum, quia necessitas nulli legi subiacet, multumq; operatur contra Iuris regulas *Surd. de alim. tit.* 1. *q.* 44. *nu.* 26. non. n. actus necessarius regulatur secundo formam actus voluntarij *Bart. in l.* 3. S. *Vnum ff. ad Sylan.* & ab actu prohibito necessitas censetur exclusa *Trentacinq. conf.* 37. *n.* 3. imo absq; aliqua necessitate, non obstante statuto posse probari Testamentum per quinq; Testes, dixit *Marsi Conciuis noster in rub. C. de probat. num.* 38. & melius in *singulari* 157. *post Cinum Io. Parmensem, & Belinum* subiungens non esse obliuioni tradendum, cum sit lucrosum, & habuisse in facto, dum assideret in ciuitate Albenghæ *Laur. de Pinu pariter conciuis noster in conf.* 26. *nu.* 1. loquens de Testamento olim Nobilis D. Annibalis Maluasiæ *Abb. Fel. & alij*, nempè *Decius nu.* 21 *inc sicut ex. de probat.* eo magis cum scriptura non requiratur, vt dixi in nuncupatiua, & sic latuis solemnitas *l.* 1. S. *fin.* & ibi tradunt *DD. ff. de ventr. in sp. Socin. Iun. conf.* 178. *nu.* 12. *& 13. lib.* 2.

Quartò, statutum in rub. de probat. solutionum in §. præterea dicimus, admittit 33 vltimam voluntatem per testes probari posse, quando de ea est facta publica scriptura (prout hæc publica est) ex superius scripris ad ipsius scripturæ corroborationem, publica enim fuit per R. Fr. Franc. Mariam ibi à Parocho ad talem effectum loco ipsius relictum, vt ipse asserit *c. cum esses extra de testam.* cuius Sacer-34 dotis Parochialis præsentia omnem tollit fraudis suspicionem *Mayner. in l. quamdiu nu.* 28. *ff. de reg. aur.* & nedum est persona publica, vt dixi, sed est Iudex animarum, & dignior Iudice seculari *c. cum sit extra de etate, & qualitate*, & regulare 35 est, quod si fiat testamentum coram Iudice cum duobus testibus sustinetur *dominium C. de testam. Dilect. de Arte testands in tit. de Testamentis ordinandis tract.* 2. & 3.

Quintò, statutum non habet locum, quando vigore alterius statuti, vt hic Bonon. in rub.

36 in rub. de vocatis in iure, & venientibus debet in Iudicijs procedi summariè, & de plano sine strepitu, & figura Iudicij reiectis cauillationibus, & sola facti veritate inspecta *Io. de Annania conf.* 55. *nu.* 1. *Marsil. in d. rub. C. de probationibus nu.* 47. *Asin. in praxi* §. 19. *vers.* 19. limitatur vbi plures allegat *Barz. decis. Rot. Bon.* 50. *nu.* 26.

Sextò, statutum non ponit ex necessitate, vt Notarius de Testamento rogetur, post
37 quam autem statuentes sanxerunt, vt in Testamentis mulierum, & infirmorũ debeãt interuenire testes de Iure requisiti, & vnus Sacerdos, subiũxerũt de hoc esse standum scripturæ Notarij, quem non expressèrunt debere interuenire, prout locuti sunt de testibus, & Sacerdote, & idcircò mẽtio Notarij debet intelligi, quatenus interueniat, eo quod de Iure Notarius non exigitur, vt in *Statuto* allegato in *verbo Notarij* affirmat *Monter.* & est etiam notandum, quod semper statuen-
38 tes, dum nominant Notarium, semper cum hac dictione, vel, quæ de sui natura disiungit casum, & ampliat dispositionem, nouissimè *Barbos. de Dictionibus dict.* 360. minusq; statuti dispositio ad illud trahitur, de quo statutũ nõ loquitur, nec de quo specialiter fuit prouisum, ita post plures *tex. Bened. Capra cons.* 148. *nu.* 13.
39 Et non præsumitur, quod statuentes voluerint tollere id, quod est de iure communi *Rota decis* 600. *nu.* 36. *par.* 5. *diuers. tomo* 2. & si voluissent, quod Testamentum sine Notario esset nullum expressissent, ita post *Beroum* ibi *Rota decis.* 497.
40 *nu.* 121. *Paris. cons.* 49. *num.* 24. *lib.* 3. debet enim semper interpretari, vt minus corrigat ius commune, vt ipse *Paris.* affirmat *cons.* 110. *nu.* 3. *eodem lib.* 3. & statutum odiosum, quod est contra ius commune, non potest etiam ex identitate ra-
41 tionis ad casum non expressum trahi *l. quod vero, & l. ius singulare ff. de legibus, Bart. in l. si vero* §. *de viro ff. sol. matrim.* & de prouisione statuti exorbitante ne extendatur dixit *Zacchias resp.* 4 *nu.* 7.

Noto etiam, quod statuentes iusserunt Testamenta executioni esse mandanda, vt in *rub. de Instrumentis, Testamentis, & laudis executioni mandandis*, nam in §. *Idem* in omnibus videtur fine rogitu Notarij Testamẽtum permissum, & quælibet alia
42 vltima voluntas, ibi & perinde, ac si ex publico Instrumento, & in fortioribus terminis, quando statutum dat formam sine clausula prohibitiua, vt Testamentum sustineatur *Rota decis.* 126. *nu.* 24. *p.* 6. *diuers.*

Septimò nedum in terris Ecclesiæ Testamentũ coram Parocho, & duobus testibus sustinetur per disposita in d. *cum esses extrà de Testamentis*, sed etiam in terris
43 Imperij, & tam in foro fori, quam in foro Poli, ita de communi post *Ruin. & alios Clar. in* §. *Testam. cap.* 57. *nu.* 1. *Couar. in d. c. cum esses nu.* 2. *vers. secundo*, non obstante Iure ciuili, cum aduersetur Iuri diuino, vt in Euangelio Matthæi ibi, *in ore duorum, vel trium stat omne verbum*, & hæc sunt verba *Alexandri* Tertij in *d. c. cum esses*, & esse communiorem opinionem, maximè in terris Ecclesiæ Rom. subiectis quoad temporalem Iurisdictionem memorans Neapolim, Vrbinum, & Ferrariam (& fit nunc detinebantur per Duces viuentes) *Viuius in Communibus opinionibus in verbo testes nu.* 1. & *seq.* qui pariter de communi cum alijs *Dilect. in d. tit. de Testamentis ordinandis caut.* 2. *nu.* 2. *Abb. in cod. c. cum esses*, ex hac ratione, quia
44 proprius Sacerdos est pater spiritualis, & non ità de facili committitur falsitas coram eo, sicut coram extraneo, & dixit ex hoc temperari rigorem Iuris ciuilis, & dixit leges in contrarium non esse extendendus vti peccati nutritiuas, & ibi *Henric. Bald. cons.* 285. *lib.* 3. allegans *Cynum, Dinum*, & alios, & *cons.* 351. *lib.* 4. dicens sic seruari in Ciuitate Venetiarum, & esse seruan. in omni foro tam Canonico, quam ciuili *Alex. cons.* 47. *nu.* 2. *lib.* 2. de communi *Boer. post plu-*

res etiam in Terris Imperij *decis. 93. num. 2. & 3. Dec. cons. 284. nu 6. Io. Petr. in tract. de arbitris cap. 10. lib. 10. nu. 13. Cephal. cons. 546. nu. 52.* loquens de Testamento Mutinæ condito, & in *cons. 776. nu. 21. Thobias Nouius cons. 21. nu. 4.* & in Terris Ecclesiæ non subiectis *Roland. cons. 33. nu. 42. lib. 3. Io. Baptista Rossellus inter cons. Martianesij 84. nu. 4. & 5.* subiungens in tali Testamento non
45 esse necesse, vt testes rogentur *Neuizan. cons. 26. nu. 42. Cras. in §. Testamentum quall. 56. Cabal. cons. 151. nu. 8. & 9. Koppen. decis. 45. nu. 8. & 9.* qui cum alijs asserit de magis communi.

Octauò, quando est discrepantia inter Ius ciuile, & Canonicum, & statutum di-
46 sponit seruan. esse Ius ciuile, statutum non valet, maximè si sit, vt hic contra Ius diuinum, eo quod nec Papa, nec Imperator possunt statuere contra Ius diuinum *Surd. cons. 301. nu. 53.* & omni per Summos Pontifices statut. nostrorum fa-
47 ctæ approbationi adijcitur, dūmodo non sint statuta contra libertatem Ecclesiasticam, vel contra Iurisdictionem, & superioritatem Rom. Ecclesiæ *Iul. Secundus in Bulla Decimo Kal. Decembris 1511.* & ita aduertit in statuto nostro *Castr. cons. 196. nu. 6. lib. 2.*

Nonò, hic agitur in prima Instantia coram Ecclesiastico, & cum Religiosis, qui te-
48 nentur seruare Ius canonicum *Maranta poll Card.* & plures *text. in spec. 4. p. distinct. 11. nu. 56. vers. vigesimotertio. Hieronymus Zanettinus in tract. de differentia inter Ius canonicum, & ciuile nu. 73.* ibi, & ideò in proposito viri Ecclesiastici non debēt vti ciuili scientia prohibita ipsis propter scientiam canonicam permissam, & quilibet Iudex laicus potest compelli per Iudicem Ecclesiasticū ad obseruandū in causis personarum Ecclesiasticarum Ius canonicum *Aufrer. in tract. de potestate Ecclesiæ super laicis, & reb. eorum nu. 35.* facit *tex. in c. seculares, vbi gloss. & DD. de foro competenti in 6.* & in *c. quod Clericis, & pluribus seq. extra de foro competenti,* & ibi *DD. inter quos Io. de Annan. nu. 1. & seq.* sic & legitur sancitum in *quinta Synodo Constantinopolitana,* ibi, *& sanè statuimus nos definiendo diuinorum Canonum conuenire solum Sacerdotibus,* tantò magis, quia Paulus ex illa Infirmitate ægro-
49 tans mortuus fuit *Guid. Pap. decis. 543. nu. 10. & seq.* dicens, quod tunc ægrotans dicitur esse in conflictu, prout miles, & dixit vbique etiam in terris Imperij, tunc seruari d. dispositionem *d. c. cum esses,* & sic seruasse, & seruari vidisse.

Cauēāt igitur ij, qui sub prætextu defectus numeri testium, vel alterius solemnita-
50 tis Testamentum impugnare conantur, nam peccant mortaliter *Abb. in d. c. cum esses 2. col. vers. nota nono, & vltimo, & ibi Barbat. & Ioannes de Anania nu. 5.* dicens sic fuisse determinatum Bonon. in Scholis Prædicatorum *Io. Ant. Rubeus cons. 107. nu. 2. Neuizan. cons. 26. nu. 13. Portius cons. 12. nu. 14.* loquens de Testamento condito in territorio Ferrariæ, dum viuebat Dux Alphonsus *Corn. cons.*
51 *10. nu. 1. lib. 1.* dicens, quod vltima voluntas licet minus solemnis non est in foro veritatis, & foro poli spernenda, & loquitur de communi *Vasq. de successione creatorum §. 1. nu. 24. & melius §. 2. nu. 9. Rip.* qui disputat ad partes *in l. nemo potest ff. de leg. 1. nu. 96.* & sic concludit *nu. 101. Zuntain d. suo cons. pro vxore nu. 41. Magon. decis. Florent. 58. nu. 40. ad finem.*

DE-

DECISIO

Omnium Excellentiss. Auditorum Rotæ Bonon. relatiua Eminentiss. & Reuerendiss. D. Legato, in eadem Causa, Cognitore Illustriss. D. Ludouico Postio Prætore Bonon. & Capitaneo.

DOmini omnes, quibus & Ego accessi testamentum vltimum conditum à quondam D. Paulo Burgognono Bonon. Ciue sub die 24. Februarij 1647. in Communi Ronchorum Venezani, seu Mascarini Comit. Bonon. dum in extremis laborabat, ad præsentiam octo testium, & manu, seu sub rogitu Reu. P. F. Francisci Mariæ Iacomelli Ordinis S. Francisci Min. Conu. eius Confessarij, in quo instituit pro medietate D. Diomedam Matrem, & pro alia medietate D. Petronillam Mariam de Sotellis Vxorem, habuerunt pro valido, & executioni demandandum esse, seu illius effectum operari debere dixerunt, quo ad medietatem spectantem ad d. D. Petronillam Mariam, seu Illust. D. Catherinam Gargiaream illius Donatariam, & Cessionariam, quæ erat in Causa Rea conuenta, & per illud excludi Venerabilia Monasteria S. Dominici, & S. Martini venientia ex alio antecedenti testamento.

Potest enim testamentum fieri etiam in vltimo vitæ spiritu; vt notat *glos. magistra in princ. Institut. de hæred. quæ ab intest. deferuntur, & Giouagn. cons. 45. nu. 15. lib. 2.* 52 prout & in ipso mortis articulo matrimonium contrahi *Durant. de arte test. ab. tit. de his, qui non hab. fact. testam. cautel. 14. nu. 2. in fin. Giouagn. d. cons. 45 num. 16. Guliel. m. de Benedict. loc. infra citan. nu. 13.* atq; valet etiam moribundus, & semimortuus testari, si articulatè loquatur, & taliter, quod eius sermo intelligatur, & sensum habeat, vt in præsenti casu, in quo Testator apertè, clarè, & explicitè dd. hæredes ordinauit, & nominauit ore proprio, vt deponunt omnes testes te- 53 stamentari, tam in primo examine extraiudicialiter, seu sine citatione facto ante præsens iudicium, quam in secundo formiter facto in hoc iudicio parte citata cum interrogatorijs, & interpretibus *l. quoniam in dubio, vbi glos. in verb. necessi C. de testam. Gabr. de testam. concl. 2. nu. 6. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 2. tit. 6. nu. 1. 2. 4. vers. sed vt quæstio. 5. & 8. Guliel. de Benedict. in c. Raynutius in verb. in extremis politus nu. 1. & seq. & in nu. 12. & seq. de testam. Surd. cons. 414. nu. 5. lib. 3. Farinac. cons. 97. nu. 10. & seq. lib. 1. Gasp. Ant. Thesaur. quæst. Torent. 99. nu. 8. & 13. lib. 2. Gratian. discept. 843. nu. 10. Cyriac. controu. 407. nu. 111. & seq. tom. 3. Rot. diuers. par. 1. decis. 638 nu. 8. & in recent. par. 4. tom. 3. decis. 581. nu. 43.* Cum tunc 54 præsumatur etiam sanæ mentis *Mantica d. num. 4. vers. sed & quæritur.* Prout & fuisse sanæ mentis, & potuisse dispositionis tempore articulatè loqui, signum 55 est, dum instituit, vt hic venientes ab intestato *Gabr. de testam. d. conc. 2. num. 4. & 23. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 8. num. 23. vers. textum est signum, &*

cons.45. num.41. iuncto nu.12. lib.1. Gasp. Ant. Thesaur. d. quæst. 99. nu.29. Cyriac. d. controu.407. nu.115. vers. & eo minus, vt venit mater §. sed nos tritst. de S. C. Tertull. auth. defuncto C. cod. & est hæc institutio vt risimilis ad *Farinac. quæst. 158. nu. 6. & Cyriac. d. controu.407. nu.29.* Præsumitur q; etiam Testator in dubio in confectione testamenti articulatè, & intelligibiliter locutus *Cyriac. ibid. nu.100.*

Neq; obstat primò, quod testamentum hoc conditum prætendatur ad interrogationem, vel etiam ad suggestionem R. D. Ioannis de Recuperatis Parochi, & d. R. P. F. Francisci Mariæ Iacomelli Confessarij, quod videtur de iure nullum vti non spontaneum, sed potius suggestum, ac extortum, & præsertim testatore in extremis laborante, vt sentiunt multi relati per *Gasp. Ant. Thesaur. d. quæst. 99. nu.1. & seq. & nu.25. & per Rot. recent. d. par.4. tom.3. decis.581. nu.29.* & in terminis fideicommissi *Fusar. de fideicom. quæst.288. nu.5.*

Quia respondetur Primò, Quò ad Parochum ipsum solummodo, & simpliciter hortatum fuisse præfatum D. Paulum ad consulendum domui, & rebus suis, dum illi tempus erat, quod poterat esse paucarum horarum, & de eius ordine perquirere, & vocare fecisse Notarium, qui in tempore non venit, vt idemmet Parochus affirmat, nec illum fuisse præsentem testamento, nec se ingessisse circa hæredum institutionem, Quo verò ad Fr. Franciscum Mariam, & ipse monuit Testatorem generaliter, vt disponeret de bonis suis, vt idem fatetur, & cum eo concordat Ioanes de Tertijs, & Ioanes Antonius de Guidis secúdus, & octauus testis: Et quamuis ille deinde adnotauerit, & scripserit testamentum, id fecit
56 requisitus à Testatore, & de eius mandato, vt in dubio præsumitur *Cyriac. d. cóntr.107. nu.98.* & quidem etiamsi testamentum factum esset ad dictamen alterius,
57 dummodo non sit institutus ille, qui illud dictauerit *Cyriac. ibid. nu.99.* & de mandato in proposito testatur Iulius Cæsar Gattus, Franciscus Querzola, Carolus de Plodio, & Fr. Rocchus de Federicis primus 4. 6. & 9. testis, qui testator ore, & motu proprio dixit, *Che lesciava la sua robba mezza alla Madre, & mezza à sua Moglie*, vt deponunt dicti quinq; testes, nec non Ioannes de Tertijs, Blasius, & Ioseph de Mattarellis, & Ioannes Antonius Guidus 2. 7. 8. & 10. testis. Et licet quoque post adnotatum, & scriptum testamentum ad testatoris, & testium præsentiam, vt deponit Ioannes de Tertijs, Carolus Plodius, Fr. Rocchus, & Ioseph Mattarellus 2. 4. & 9. ac 10. testis, & necessarium videbatur
58 *Durant. de art. testan. tit. de hæred. instituen. caut. 2. nu.3.* idem F. Franciscus Maria interrogauerit testatorem, an vellet hæredes instituere Matrem, & Vxorem id fuit ad effectum se rogandi, & testamentum publicandi coram ipso testatore, & testibus, vt requirebatur *Rot. in recent. par.4. tom.2. dec.263. sub nu.34 par.7. decis. 108. nu. 17. & 21. & penes Gilian. ad statut. Perus. dec.2. nu. 12. & 13.* vel si non requirebatur ad effectum probandi testamentum per testes *Gratian. discept. 550. nu.4. & seq. & nu. 10. vers. & sic, & seq. & nu.43. vers. sicut etiam, & seq.* ad maiorem saltem cautelam, vel quia testator voluerit publicationem adhibere *Gratian. ead. discept. 550. nu.5.* & ad effectū habendi testatoris explicitam declarationem, & ratificationem, vt deponit idem Fr. Franciscus Maria, & Franciscus Querzola 6. & 2. testis, cum testator deberet proprio ore hæredem nominare audientibus testibus, si iam non nominasset *Instit. de testamen. ordinan. in fin. princip. vbi glos. in verb. tenorem, & de milit. testam. §. plane Rot. recent. par.4. tom.2. dec. 263. nu. 27. & tom. 3. dec. 570. nu.6.* & sic per hæredis Institutionem testamentum perficere *Rot. in Romana Testamenti, seu Hereditatis 17. Iunij 1611. coram Card. Sacrato, impressa post d. discept. Gratian. 550. nu.40.*

Vnde

Vnde Testatoris præordinatio tollit hoc casu omnem falsitatis suspicionem,
59 omnemq; suggestionem *Gasp. Ant. Thesaur. d. quæst. 99. sub nu. 17. & Rot. in Romana Hæreditatis de Bellanita 5. Maij 1600. coram Iullo, registrata post d. cons. Farinac. 97. lib. 1. nu. 29.* & facit constare de illius deliberato animo testandi *Farinac. d.*
60 *cons. 97. nu. 8.* prout eiusdem magis deliberata voluntas arguitur ex multiplicata hæredum nominatione *Rot. diuers. d. dec. 638. nu. 4. par. 1.*

Nec ideò videtur huiusmodi testamẽtum conditum ad interrogationem alterius,
61 sed motu proprio, post tamen simplicem, & generalem suasionem ad testandum absq; subministratione particularis hæredis instituendi. Et quatenus etiam Testator interrogatus fuisset, quem hæredem vellet facere? & respondisset Matrem, & Vxorem, non tamen diceretur per suggestionem illas hæredes instituisse, sed sine suggestione *Menoch. de præsumpt. d. lib 4. præsumpt. 8. nu. 37 Surd. d. cons. 414. nu. 62. lib. 3.* & cum sana mente, & animo deliberato *Menoch. loco c. tato.*

Prout nec dicitur testamentum conditum ad interrogationem, vbi testator interrogatus, an disponat iuxtà contenta in cedula? respondit, quod sic, quia istud est testamentum nuncupatiuum nuncupatione implicita, & est modus testandi validus *Rot. recent. d. par. 4. tom. 2. dec. 263. nu. 35. & 36.* & interrogatio solum cadit super stipulatione testamenti, iuxtà contenta in cedula *d. dec. 263 nu. 39.* Cessatq; timor suggestionis, vbi testator etiam ægrotus fecit primo scribere testamentum *Rot. in d. Romana Hæreditatis ac Bellanita coram Iullo penes Farinac. post d. cons. 97. nu. 29. in fine lib. 1.*

Neq; præsumitur testator testamẽtum ad alterius impressionem condidisse, *Cyriac.*
62 *d. controu. 407. n. 88. & 89. tom. 3.* neq; importunis persuasionibus inductus *Cyriac. ibid. nu. 91.* sed illud præsumitur fecisse ex libera voluntate *Cyriac. loc. cit. nu. 97.*

Respondetur secundò, testamentum etiam conditum ad alterius interrogationem
63 esse validum, secundum veram, & communem opinionem, dum testator tunc habebat bonum sensum, & articulare loquebatur *Gabr. de testam. d. concl. 2. nu. 10. in fin. Clar in §. testam. quæst. 37. nu. 2. & seq. & nu. 30. Durant. de arte testan. tit. de hæred. instit. caut. 2. nu. 1. Menoch. de præsumpt. d. lib. 4. præsumpt. 8. nu. 3. & seq. & nu. 24. & seq. & cons. 46. num. 1. & sequen. lib. 1. Nocel. Bellon. cons 62. nu. 8.* vbi quod hæc opinio est approbata in iudicijs, & scholis, & de ea non est dubitandum *Surd. d. cons 414. nu. 53. 54. 58. 59. & 61. lib. 3. Farinac. d. cons. 97. nu. 1. vbi ac magis communi, & magis recepta lib. 1. Gasp. Ant. Thes. d. quæst. 99. nu. 5. 6 9. vers. 1. &c. 10. & 13. lib. 2. Gratian. d. cept. 550. nu. 16. & d. discept. 843. nu. 29. & 30. Hieronym. Panischman. quæst. 22. nu. 52. vers. non refragatur par. 3. Cas. Caren. resol. 3. nu. 1. & 5* vbi, quod ab hac opinione non est recedendum, nec in consulendo, nec in iudicando *Rota diuers. d. dec. 638. nu. 1. p. 1. & in recent. d. part. 4. tom. 3. dec. 581. nu. 31.*

Quod quidem procedit, quamvis non constaret testatorem ante hanc interrogationem noluisse, vel animum habuisse testamentum condere *Menoch d. præsumpt. 8. nu. 16. & seq. nu 28. & d. cons. 45. nu. 6. 33. & 64. & Gratian. discept. 659. nu. 12.* dum Testator erat sanæ mentis, & suæ liberæ potestatis erat respondere, & non respondere, & cessant aliæ falsitatis suspiciones *Menoch. d. cons. 45. sub nu. 33. & 34.* ac dignoscitur illum fuisse sanæ mentis, quia respondit aliter, quam per simplicem prolationem verbi, sic, *Thesaur. d. quæst. 99 nu. 14. post med.* Nec talis sollicitatio tanti momenti esse creditur, vt impediat liberam testatoris voluntatem, cum testator potuisset recusare, si sibi sic consultum putasset *Hieron. Panischman. d. quæst. 22. nu. 52. vers. nam talis part. 2.*

Suggestioq; tunc tantum nocet, quando testator est adeò infirmitate oppressus, vt

non

non possit liberè suum animum explicare *Menoch. d. præsumpt. 8. nu. 14. in fin. lib. 4.* vel respondeat per verbum, sic, aut simile, cum potuerit tunc intellexisse de alia re, & non percepisse interrogationem, & personam sibi suggestam *Menoch.*
64 *ibid. nu. 37.* & est res periculosa, voluntasq; suspecta *Thesaur. d. quæst. 99. nu. 9. 11. & 17.* licet testator, & articulatè loqui dicatur, qui ad interrogationem suggestiuam respondet, sic, *Farinac. d. cons. 97. nu. 13. lib. 1. Rot. recent. d. par. 4. tom. 3. dec. 581. nu. 44.* qui non est casus noster. Estq; in dubio pronunciandum pro testamenti validitate *Surd. d. cons. 414. nu. 101. Cyriac. d. controu. 167. nu. 126. Hieronym. Pantschman. d. quæst. 21. nu. 57.* vtendo etiam arbitrio, cui ferè tota hæc materia conditi testamenti ad interrogationē subijcitur *Menoch. de arbitr. cas. 97. n. 4. Thesaur. d. quæst. 99. nu. 12. vers. hæc omnia.* Regulando tamen semper à Iure, vt habui in *tract. mand. de manutenen. obseruat. 7. nu. 60. 63. in fin. & seq.*

Atq; admittitur testamentum conditum ad interrogationem, siue interrogatio fa-
65 cta fuerit à Notario, siue ab alio, & priuato *Clar. in d. §. testamentum quæst. 37. nu. 3. Menoch. d. præsumpt. 8. nu. 14. & d. cons. 45 nu. 4. & 31. Farinac. d. cons. 97. nu. 16. lib. 1. Thesaur. d. quæst. 99. sub nu. 10. & 15. Fusar. de fideicom. quæst. 288. nu. 3. & 4. Gratian. d. discept. 659. nu. 11. & discept. 843. num. 30. Rot. diuers. d. dec. 638. num. 1. par. 1.* cum vtroq; casu huiusmodi testamentum valeat, quando, vt hic, cessat omnis suspicio, quia scilicet Testator erat sanus mentis, & dolis, at techinis non fuit allectus ad ità testandum *Menoch. d. cons. 45. sub nu. 31.*

Prout & hoc testamentum locum habet, etiam si is, qui interrogauit fuisset perso-
na suspecta, *Menoch. d. præsumpt. 8. nu. 20. & 27. lib. 4. & d. cons 45. nu. 7. & 35. lib. 1.*
66 qui non est casus noster, cum simus in Religiosis, & Sacerdotibus, ac Confessa-
rijs, pro quibus præsumitur *Rot. recent. par. 4. tom. 3 dec. 629. nu. 14.* de quorum aliquo interesse non constat, nec quod illi sint, seù eorum aliquis sit aliqua consanguinitate, vel affinitate, seù nimia familiaritate instituti, seù eorum alicui coniuncti, nec quod ijdem ab hæredibus fuerint adhibiti, quidquid in contrarium dubitauerint, vel dixerint *Gabr. de testam. d. concl. 2. nu. 9. 10. 13. & 16. Mantic. de coniect. d. lib. 2. tit. 6 nu. 9. vers. & hoc quidem. & nu. 10. Cæl. Carcn. d. resolut. 3. n 16. & seq. & allegati per Menoch. d. præsumpt. 8. nu. 40. & 41. Farinac. d. cons. 97. nu. 16. lib. 1. & Gasp Ant. Thesaur. d. quæst 99. nu. 9. & 10* Quia id procedit, quando aliunde non constat testatorem fuisse mentis compotem, & habuisse animum testandi, vt colligitur ex *Mantic. d. tit. 6. num. 5. 8. 9. & 10. & Menoch. d. præsumpt. 8 num. 41.* & quando aliæ falsi coniecturæ concurrunt *Menoch. d. cons. 45. nu 35.* Secus autem dicendum est, quando vt hoc casu constat testatorem fuisse sanæ mentis, & suæ liberæ potestatis fuisse testari, vel non testari *Menoch.* eodem *nu. 35.*

Neque prohibitum est allicere aliquem etiam blanditijs ad ità testandum, & sibi etiam relinquendum, cum liceat rem suam benè agere dolo, & fraude omissa *Guidobon. aduocat. 48. nu. 4. & seq. Gratian. d. discept. 659. nu. 4. & seq. & num. 15. & Cyriac. d. controu. 407. nu. 92 & 93. & Hieronym. Pantschman. quæst. 21. nu 31. & seq. par. 2.* quæ in dubio non præsumitur *Mantic. de coniecturis d. lib. 2. tit. 7. nu. 1. Gratian. d. discept. 659. sub nu. 8. Cyriac. d. controu. 407. num. 91. & seq. Hieronym. Pantschman. d. quæst. 21. nu. 37. & 55.* etiam quod fiat, quod nō debet, vel non fiat, quod fieri debet *Guidobon. d. aduoc. 48. n. 17.* & in præsenti non probatur. Quinimo repetitę interrogationes, quibus vsus fuit d. Fr. Franciscus Maria in publicatione testamenti, vt aliqui testes deponunt, nempè Blasius Mattarellus, & Ioannes Ant. Guidus 7. & 8. testis ostendunt illius bonam fidem, legalitatem, & diligentiam *Cyriac. d. controu. 407. nu. 249.* & eo fortius, quod Ioannes Antonius Guidus ad-

dit,

dit, quod Fr. Franciscus Maria in interrogando, & quærendo clerum responsionem non se restringebat ad Matrem, & Vxorem, sed instabat, vt se benè explicaret, cui vellet suam hæreditatem relinquere, an eis, vel alijs? & duo etiam testes sufficiunt ad purgandam suspicionem, si quæ oriatur ex scriptura testamenti *Mantic. de coniectur. lib. 12. tit. 16. nu. 7.*

Tolliturque omnis difficultas, dum ante interrogationem Fratris Francisci Mariæ circa particulares hæredes testator se declarauerat, velle testari faciendo primo ad hunc effectum perquirere Notarium, vt deponit Iulius Cæsar Gratus, R. D. Ioannes Recuperatus Parochus, & Ioannes Antonius Guidus 1. 3. & 8. testis, & deinde Notario non comparente, mandando dicto Fratri Francisco Mariæ, vt testamentum scriberet, vt supra probatum fuit, ex quo sequitur, v testamentum subsecutum ad interrogationem sit omninò validū, quia præcedebat voluntas testatoris testandi, & scriptura de eius ordine, ad illiusq; dictamen extensa, vt in fortioribus terminis responsionis per verbum, Sic, *Gabr. de testam. d. concl. 2. nu. 17. & 19. Mantica de coniect. d. lib. 2. tit. 6. nu. 9. & 10. Farinac. d. cons. 97. nu. 8. lib. 1. Thesaur. d. quæst. 99. nu. 6. vers. secundo &c. 13. 16. & 17. Cal. Caran. d. resolut. 3. nu. 8. & seq. & nu. 20. vers. neque his obstat, & vers. nicquidem. Rotæ recent. per. 4.*
67 *tom. 2. dec 263. num. 34. vers. neq; est verum.* Ipsaq; voluntas testandi benè probata diceretur etiam per duos testes *Surd. d. cons. 414. num. 53. lib. 3. & Thesaur. d. quæst. 99. sub nu. 7.* prout & quod testator vellet dictas hæredes instituere *Surd. ibid. nu. 67.* nec non solemnitas ad testandum requisita *Rum. d. cons. 1. nu. 9. lib. 2. & Mantic. de coniectur. d. lib. 12. tit. 16. nu. 15.* quicquid aliud sit in probatione ipsius voluntatis, seù institutionis in testamento contentæ *Rum. & Mantic. ibid.* prout alias nulla verba operarentur, testamentum nisi appareret de voluntate proferentis, quod noluisset testari, & ad hoc, se disposuisset, vt adnotat *Aldabrandin. ad §. plane inst. de milit. testam.*

Non obstat secundò, quod in eo, qui testatus fuit in articulo mortis possit dubitari, an idem tunc esset sanæ mentis *Mantic. de coniect. d. lib. 2. tit. 6. n. 3.* quod est vnum ex requisitis in testamento conditò à moribundo, & ad interrogationem *Gulp. Ant. Thesaur. d. quæst. 99. nu. 6. & 9. vers. primo & 1.* atq; proinde vbi testes super hoc interrogati sunt repugnantes, vt hoc casu, magis credendum sit ijs, qui dicunt eum non fuisse sanæ mentis, quia deponunt, quod est verisimilius, *Mantic. vbi sup. nu. 6.* & sic standum sit in proposito tribus testibus, nempè Blasio, & Ioseph de Mattarellis, & Ioanni Antonio Guido, qui in dubium reuocant, an testator esset sanæ mentis, & in statu, vt testari valeret.

Nam præterquam quod regula est neminem dementem, sed potius sanæ mentis
68 præsumi, & prætensum defectum esse plenè, & concludenter probandum *Gratian. d. discept. 843 nu. 36. Burat. dec. 249. nu. 6. dec. 256. nu. 1. vbi Add. nu. 28. & dec. 763. nu. 3. Duran. decis. 178. nu. 9. & seq & Rot. recent. par. 4. tom. 3. dec. 570. nu. 11. & seq. & par. 5. tom. 1. decis. 34. nu. 7. & par. 7. dec. 299. nu. 3.* & non releuare probationem æquiuocam, & imperfectam *Rot. d. par. decis. 288. nu. 10.* ac ideo testamentum conditum præsumi à persona sanæ mentis, quando non apparet, illum alias fuisse mente captum, vel furiosum *Menoch. d. cons. 45. lib. nu. 39. lib. 1. & Cyriac. d. controu. 407. nu. 76. tom. 3.* & quidem etiam, quod tunc graui infirmitate esset op-
69 pressus *Farinac. d. cons. 97. nu. 14. lib. 1.* & magis credi testibus deponentibus de sanitate mentis, quam deponentibus de dementia *Gratian. d. discept. 843. nu. 11. Boer. dec. 23. nu. 72. & 93.* & in terminis infirmi morbo grauati, & qui ex illa infirmitate obijt *Rot. d. decis. 570. nu. 17. par. 4. tom. 3. recent.* atq; etiam quod depo-

nen-

nentes de sana mente essent duo, & mille deponerent de contrario *Gratian. & Boer. loc. citato nu. 12. & 93.* respectivè, & maximè, quando ille sui natura talis esse consueuit *Cyriac. d. controu. 407. nu. 87.* & hic alij testes de sanitate mentis deponunt, videlicet Ioannes de Tertijs, Franciscus Querzola, Carolus de Plodio, Fr. Franciscus Maria, & Fr. Franciscus Rocchus 2. 3. 4. 6. & 9. Et in dubio ex qualitate dispositionis capienda est præsumptio, an testator tempore conditi
70 testamenti esset sanæ mentis *Mantic. de coniectur. d. lib. 2. tit. 6. nu. 7. Déran. d. dec. 178. nu. 12. & 13.* adeo vt probata etiam dementia, si testamentum sit factum, sicut, alius quilibet prudens fecisset validum reputari debeat *Rot. recent. d. dec. 570. nu. 20. par. 4. tom. 3.* & dispositio in proposito videatur prudenter facta, dum est maximè instituta Mater, quæ circumscripto testamento succedebat ab intestato *Duran. d. decis. 178. num. 13.* & cum qua ei beneuolentia quòq; intercedebat, cum accedens, & rediens ad ciuitatem, ad illius domum se transferret, & cum illa habitaret, vt probat Iulius Cæsar Gattus, & Ioannes de Tertijs primus, & secundus testis, & infirmus rogasset Parochum, vt mitteret aliquem ad illam accersiendam, vt idem Parochus deponit; & sic instituta est persona testatori valdè cara, quod præcipuè consideratur ad vltimum elogium substinendum *Rot. recent. d. par. 4. tom. 2. decis. 263. nu. 28. vers. & videbatur*, & concurrit honestas dispositionis, & testamenti, quod propterea non potest negari factum eo modo,
71 quo quilibet prudens fecisset *Guidobon. aduocat. 48. nu. 16.* licet testamenta non sint fundata in ratione, sed in voluntate testatoris *l. cum quidam in fin. C. de necessar. hæred. instit. Vincent. Grileuz. conf. 106 nu. 18.*

Respondetur dictos tres testes controuertentes sanam mentem testatoris non red-
72 dere de hoc rationem, & dementiam non probari per testes de ea deponentes, nisi fuerint interrogati de signis, motibus, & actibus testatoris, quos viderint *Rot. recent. par. 7. dec. 233. nu. 26.* & nisi etiam non interrogati rationem assignent *Burat. d. decis. 256. nu. 9. Duran. d. decis. 178. nu. 17. & Rot. recent. d. part. 7. decis. 233. nu. 28.* quod hic deficit, nec satis esse eos deponere de proprio iuditio, cum cum eo non iungitur sensus corporeus, nec credulitas, & iuditium est cautatum à sensu inferente, ita credi debere *Gratian. discept. 843. nu. 6.* cum sanitas mentis, vel insania non percipiatur visu, vel auditu, sed iuditio rationis *Mantic. de coniectur. d. lib. 2. tit. 7. sub nn. 1.* Nec animi qualitas aliter, quam per actus exteriores probari potest *Rot. recent. par. 7. dec. 298. nu. 9.* nec quæ nõ excludunt visum
73 rationis, & iuditij, vel intellectum, nec mentis alienationem inducunt, faciunt
74 quem reputandum esse dementem *Rot. recent. par. 4. tom. 3. decis. 570. nu. 14.* Et certum est non probare testes, qui iudicant *Rot. recent. d. par. 4. tom. 2. decis. 285. nu. 9. dec. 342. nu. 22. & 487. nu. 12. & p. 5. tom. 1. decis. 173. nu. 3. & decis. 380. nu. 16.* vel diuinare volunt *Rot. recent. d. par. 4. tom. 2. decis. 153. sub nu. 8.* aut imaginariè deponunt *Rot. recent. par. 6. decis. 199. nn. 7. & par 7. decis. 269. nu. 3.* non reddita ratione per aliquem accommodatum sensum corporis *Gratian. d. discept. 843. nu. 6. in fin. 7. & 8.* cum ad concludendam intellectus carentiam soleant signa, & præsumptiones ponderari, & debeat de illis per testes fieri mentio *Rot. recent. par. 7. decis. 298. nu. 11.*

Et quod plus est, idem tres testes ante præsens iuditium, in quo sunt Actores venerabilia Monasteria S. Dominici, & S. Martini Bononiæ ex parte d. D. Petronillæ Marię coram D. Auditore Generali examinati super dicti testamenti relevatione, seu ad effectũ consequendi super eo extraiuditialem, seu summariam
75 immissionem medio iuramento, vna cum alijs deposuerunt de ipsa mentis sanitate.

xate. Vnde cum deinde in præsenti iuditio contrarium etiam cum iuramento depoſuerint, vel ſtandum eſt primo dicto *Beltramin.ad Greg. deciſ.230 nu.10. Barat.deciſ.176.nu.4. vbi Add.num.7. & Rot.poſt noſtrum tract. mand.de manut. deciſ.* 281. *nu.*4. etiam extraiuditialj, ex quo fuit prolatum per ſcripturam *Menoch. de arbitr. caſ.*108.*nu.*25.*& facit Rota recent.par.*4. *tom.*3.*d.deciſ.*581. *num.*34.*&* 35.*&* quia concordant alij teſtes, & ſic vrgent ſaltem coniecturæ, & præſumptiones pro primo dicto, & contra ſecundum *Menoch.d.caſ.*108.*nu.*24.*& Rot.recent.par.*7. *deciſ.*306.*nu.*22.& quia eſt primum dictum verisimilius *Menoch.d.caſ* 108.*nu.*17.

Cum maximè poſt ſecundam depoſitionem ijdem tres teſtes ſponte de ordine Confeſſarij, & pro exoneratione conſcientiæ, vt aſſeruerunt ſe diſdixerint, ac correxerint, & redierint in primum dictum affirmantes in ſecundo dicto ſe de-
76 poſuiſſe de non ſana mente d. Teſtatoris ad inſeruiendum cuidam Nobili, & Potenti Viro, à quo minis ſic deponere coacti fuerant, & ſic, & primum dictum fuit geminatum,& ratificatum,& ideò illud attendendum videtur *Farinac. de teſtib.quæſt.*66.*n.*141. & ſecundum correctum, ac per conſequens correctioni ſtan. videtur *Menoch.d.caſ.*108. *nu.*3.*& ſequen.* Vel eorum ſecundum dictum, quod retractauerunt remanet debilitatum *Menoch. ibid.nu.*27. *Greg. deciſ.*553.*ſub nu* 10. *Rot.recent.d.par.*4.*tom.*2.*deciſ.*137.*nu.*12.*&* 18.*& deciſ.*270.*nu.*33.*&par.*5.*tom.*2. *deciſ.*420.*nu.*5.*& poſt noſtrum tractatum mand.de manutenen.deciſ.*166.*num.*42. Vel neutri dicto in hoc ſtandum eſt *Menoch.d.caſ.*108.*nu.*23.*Gratian.d.diſcept.*843.*nu.* 17. *Beltram.ad Gregor.d.deciſ.*230.*nu.*11.*& d.deciſ.*166.*nu.*42.*penes d.noſtrum tract. de manutenen. & d.deciſ.*420.*nu.*5.*par.*5. *tom.*2.*recent.*

Videturq; ſatis doctum de veritate in contrarium,hoc eſt de ſana mente,dum omnes teſtes concorditer deponunt, quod teſtator generaliter interrogatus à Iulio Cæſare Gatto teſtamenti tempore, an meminiſſet, ſe illi pecuniam mutuaſſe,
77 & prompte reſpondit verum eſſe,ipſum Gattum ſibi mutuaſſe Ducatonos quinq; & Zecchinum, ſeu Vngarum vnum, & mandauit ei ab hæredibus reſtitui,ad *Cyriac.d.controu.* 407.*nu.*81. Itemq; deponunt eumdem ſemper poſt factum etiam teſtamentum articulatè, ac ad propoſitum locutum fuiſſe,& animam ſuam commendaſſe Deo, Beatæ Virgini Mariæ, Sanctoque Antonio de Padua vſque ad expirationem.

Non obſtat tertiò, quod præcederet alterum, & primum teſtamentum validum, & ſolemne ſub Notarij rogitu ſtipulatum de anno 1637. die 7. Aprilis, in quo inſtituta leguntur dicta Monaſteria S. Dominici, & S.Martini, quod non intelli-
78 gitur reuocatum per ſecundum factum ad alterius interrogationem, & ſuggeſtionem *Caſtr.con.* 155.*in fin.lib.*1.*Rayn.conſ.*9.*nu.*14.*lib.*2.*Clar.in d.§. teſtamentum. quæſt.* 37. *nu.*8. vbi de magis communi, & allegati per *Menoch. de præſumpt.lib.*4. *d.præſumpt.*8.*nu.* 21.*&* 22.*& d.conſ*45.*nu.*20.*lib.*1.*Surd.d.conſ.*414.*nu.*11.*lib.* 4.*& Rot.recent. d.deciſ.*263. *nu.*38 *par.*4.*tom.*2.*& d. deciſ* 581. *nu.*30. *tom.*3. præſertim cum primum fuerit conditum per decem annos antea, ità vt & liberum fuiſſet illud in hoc tam longo temporis ſpacio reuocare, ſi voluiſſet non expectato tempore mortis articuli *Menoch.d.præſumpt.*8.*nu.*41. *verſ.quartum ſignum, & d.conſ.*45 *nu.*20.*Surd.d. conſ.*414.*nu.*11. atq; proinde quamuis liceat de iure aliquem allicere blanditijs ad ſe inſtituendum hæredem, vel aliquid ſibi relinquendum, vt ſupra oſtenſum fuit, non tamen hoc procedat, quando alius fuit iam inſtitutus hæres *Gaſp. Ant.Theſaur. d. quæſt.*99.*nu.*12.*ſub verſ ſeptimo &c.* prout nec eſt teſtator decipiendus doloſis, & falſis perſuaſionibus *Hieronym. Pabſchman.quæſt.*21 *nu.*163.*par.*2. & eſt nullius momenti teſtamentum factum ad alterius

terius falsam, & fraudolentam suggestionem *Panischman.ibid.nu.*115. Vnde hoc casu oculatè, & cautius sit agendum *Thesaur. loc. cit.* cum testamentum facilius sustineatur, quando aliud non præcedit, quam si aliud præcedat *Mantica de coniect.d.lib.2.tit.2.nu.*11. *Hieronym. Panischman. quæst.*17.*nu.*25.*par.*2.

Quoniam admisso etiam, quod simus in testamento ad interrogationem respondetur contrarium haberi per *Menoch.d.præsumpt.*8.*nu.*21.*&* 22. *& d.cons.*45.*nu.*8. *&* 36. *Surd.d.cons.*414.*sub nu.*54. *post med.& nu.*61. *Grattan. d. discept.*659.*nu.*12. *Hortman.Pistor.quem allegat Thesaur. sub d.vers.septimo &c.& Rot.recent.a.par.*4.*tom.* 3.*dec.*581.*nu.*32. & hanc opinionem amplectẽdam esse præcipuè, vbi, vt in præsenti in secundo testamento instituti sunt venientes ab intestato *Ruyn. d. cons.*9. *nu.*7.*& sub nu.*18.*lib.*2. pro quibus in dubio præsumitur *Menoch. de adipisc. remed.*
79 4.*nu.* 784. Quod suffragatur etiam cohærcdi extraneo, & sic Vxori idem *Ruyn. d.cons.*1.*nu.*11.*vers. ell & alius visus, & seq. eod.lib.*2. Et sanè etiam quod antecedens testamentum esset fauore Piæ causæ *Alciat.cons.*111.*per tot.lib.*9.*Ruyn.d.cons.* 9.*nu.*4.*lib.*2.*& Rot.recent.d.part.*4.*tom.*3.*decis.*581.*nu.*32. Cum voluntas testatoris sit vsq; ad mortem ambulatoria *l.*3.*in fin.& l.seq.ff.de admen. legat. Rolan. cons.* 33.*nu.*3.*lib.*3. & præcisè seruanda etiam contra Piam Causam, & aliam fauorabilem *Gratian.discept.*757.*nu.*1.*&* 3. & testamentum primum ipso iure reuocetur
80 per posterius validum §.*posteriore Institut. quibus mod.testam.infirment. l. si quis priore ff.ad Sen.Cons. Trebell. Clar.in §.testamentum quæst.*93. *Roland.d.cons.*33. *nu.*18. *& seqq.Gratian.discept.*605. *nu.*1. *&* 5.*Hieronym.Panischman.quæst.*10.*nu.*1. *& seqq. & quæst.*14.*nu.*17.*& seq. par.*2. *Rot.recent. par.*4. *tom.*2. *decis.*263.*nu.*1.*&* 2.*& tom.*3. *dec.*581.*nu.*2.*dec.*652.*nu.*8.*&* 9.*& decis.*674. *nu.*4.*& par.*5.*tom.*2. *decis.*472. *nu.* 1.*& Duran. d. decis.*178. *nu.*3. cum non possit quis decedere cum duobus testamentis præsertim diuersis *Roland.cons.*33.*nu.*1.*lib.*3. *Gulielm. de Benedict. in c.Raynutius in verb.testam.*2.*nu.*1. *de testam.*

Quod absq; difficultate procedit constito, vt hic de sana mente, & de animo testandi *Gabr. de testam. d. concl.*2.*nu.*10. *in fin.* in quibus terminis loquuntur *Surdus*, & ab eo allegati vbi supra, & *Menochius d.præsumpt.*8.*nu.*21.*&* 22 qui ità se ipsum declarat *d.nu.*22. *vers. ità pariter*, & fortius, vbi non sumus in simplici responsione per Monosillabam, sic, sed hæres fuit, vt hoc casu claris verbis, & nominatim
81 ab ipso testatore expressus, & declaratus *Thesaur.d.quæst.*99.*nu.*11.*&* 17.*lib.*2.*& Rot.recent.d.decis.*581.*nu.*31.*par.*4.*tom.*3. & non constat, quod Parochus, vel Fr. Franciscus Maria testamentum affectantes notitiam aliquam haberent præcedentis testamenti.

Et quando cessat omnis falsi suspicio, vt in præsenti casu, tunc nulla est constituenda differentia, an agatur, vel non de reuocatione iam conditi testamenti *Menoch.d.cons* 45.*nu.*36.*lib.*1.

Alia verò opinio posset locum sibi vendicare, Vel quando dubitatur, an testator esset sanæ mentis *Menoch. d. præsumpt.*8.*nu.*21.*vers. quocirca*, Vel quando constat illum non habuisse animum primum testamentum reuocandi *Menoch.ibid.nu.*22. *vers. ità pariter Ruyn. d.cons.*9.*nu.*14. *in fin.lib.*2. Vel potest dubitari de voluntate testandi *Menoch.loc. cit.* & quod non responderit deliberatè *Ruyn. d. cons.* 9. *nu.* 14. *in fin.* Vel quando interrogatio est facta à persona suspecta *Ruyn. eod.cons.*9. *nu.* 15. *Menoch. d. præsumpt.*8.*nu.*41. *vers. quartum signum, & d.cons.*45.*nu.*20. vt euenit in casu ipsius *Ruyn. vt per eum num.* 15. & in casu *Cæsar Caren. d. resolut.* 3. *vt per eum nu.*16. Vel quando fuit solummodo responsum per verbum, sic, *Ruyn. d.cons.*9.*nu.*14. *Surd. d. cons.*414.*nu.*11. *&* 61. *lib.*3. vt in casu *Caren. d.resol.*3. vt

per

per eum sub *nu.* 20. cum, vt dicatur ad hunc effectum articulatè testatorem locutum fuisse requirantur alia verba *Caren. d. resolut. 3. nu. 7.* Vel quando aliæ concurrunt coniecturæ *Menoch d. præsumpt. 8. nu. 41. vers. quartum signum, & d. cons. 45. sub nu. 36.* prout concurrebant in casu *Carenæ*, vt per eum *nu. 17. & seqq.*

Non obstat quartò, quod, vt testamentum ad interrogationem laborante in extremis factum sustineatur, & primum reuocetur, requiratur, vt ille non statim moriatur, sed aliquo tempore superuiuat *Ruyn. d. cons. 9. nu. 13. in fin. & 14. lib. 2. Thesaur. d. quæst. 99. nu. 6. lib. 2.* hoc est per spatium trium, vel duorum dierum *Clar. in d. S. testamentum quæst. 37. nu. 5. Thesaur. d. quæst. 99. nu 10. & 18. Caren. d. resol. 3. nu.* Et testator noster expiraverit post horam cum dimidia circiter, vt videntur concludere testes.

Respondetur enim obiectum procedere, quando potest dubitari de sana mente, &
82 animo deliberato testandi, vt contingit in respondente per verbum, sic, vel in balbutiente, qui paulò post moriatur, vt in his terminis loquuntur Doctores ex aduerso adducti, & qui adduci possunt, & præsertim *Ruyn. d. cons. 9.* & declarat *Thesaur. d. quæst. 99. nu. 8. vers. idèo.* Secus verò, quādo clarè constat, vt in proposito de voluntate testatoris ita testandi, & secundum testamentum condendi, & de illius sana mente *Thesaur. eod. quæst. 99. nu. 6. vers. quarto &c. & nu. 7. 8. & 12.* cum mortis proximitas non ita sit attendenda, quin magis consideretur mentis sanitas, & clara voluntas sic testandi *Thesaur. d. quæst. 99. nu. 7. in fin.* nec modicum interuallum eueniens propter corporis laborātis infirmitatem officit testamento *Rot. in d. Romana Hæreditatis de Bellauita post cons. 97. Farinac. lib. 1 sub nu. 30.*

Non obstat quintò, quod testes testamentarii debeant rogari à testatore ad interessendum *l. hæredes palam §. in testamentis ff. qui testam. fac. poss. autb. rogati C. de testibus §. fin. Inſtit. de testam. ordin. vbi glosa in verbo adhibitis Purpur. cons. 441. nu. 6. lib. 2. Socin. iun. cons 183. nu. 37. & 38. lib. 2. Rminald. inn. cons. 13. nu. 37. & seq. lib. 1. Rot. recent. par. 4. tom. 3. dec. 533. nu. 21.* & in termis testamenti conditi ad interrogationem *Ruyn. d. cons. 9. nu 13. lib. 2. Surd. d. cons. 414. nu. 1 & 11. lib. 3. Thesaur. d. quæst. 99. sub nu. 15.* vt appareat, verba deliberato animo ab ipso testatore proferri, & non perfunctoriè, & blandiendo *l. diuus ff. de milit. testam. Surd. d. cons. 414. nu. 37. Gratian. discept. 93. nu. 5. Rot. recent. d. par. 4. tom. 3. decis. 533. nu. 22.* & propter timorem fraudis *Magon. decis. Lucens. 32. nu. 6.* & in testamento, de quo agitur testes fuerint vocati, & rogati à d. Fr. Francisco Maria, vt deponit Ioannes de Tertijs, Franciscus Querzola, Carolus Plodius, & idem Fr. Franciscus Maria 2. 3. 4. & 6. testis.

Namque omisso, quod in testamento nuncupatiuo, in quo sumus sunt opiniones
83 hinc inde, an testes debeant esse rogati, vt in *addit. ad d. glos. in d. verb. adhibitis S. fin. Inſtit. de testam. ordinan.* & quod sufficiat sola testium præsentia tradit *Thomat.*
84 *decis. March. 82. nu. 34.* & in fide icommisso ad alterius interrogationem, quod illud possit relinqui coram fortuitis testibus *Fusar. de fideicomm. quæst. 288. num. 2.* vbi de communi, prout est dubium, an testes debeant esse rogati in testamento ex forma *c. cum esses, de testament. ad Gratian. discept. 93. nu. 1. & seq.* & quod rogitus non requiratur tradit inter alios *Guid. Pap. quæst. 543. num. 10. in fin. & Rot. recent. par. 6. dec. 126. nu. 15.* quæ est etiam penes *Gilian. ad Bann. Perus. post verb. testam. entam nu. 23.*

Respondetur satis esse, si testes etiam ab extraneo, & quocunq; fuerint conuocati, & rogati, & etiam si ab hærede, dummodo patiatur, & consentiat testator *Purpur. d. cons. 441. nu. 7. lib. 2. Alex. cons. 47. nu. 4 lib. 2. Clar. in d. S. testamentum quæst.*

58. *nu.* 6. *Doran. de ver. testam. in tit. de testam. caut.* 8. *nu.* 1. *Mantic. de coniect. ult. d. lib.* 2. *tit.* 11. *nu.* 4. *Monterent. ad Statut. Bonon. lib.* 4. *de testamen. & ult. volunt.* §. *qui Sacerdos, in verbo descriptus, Gratian. discept.* 550. *nu.* 7. 8. & 47. & *d. discept.* 843. *nu.* 23. *Magon. d. decis. Lucens.* 32. *nu.* 6. atq; sufficere quoq; illos rogari ad interessendum in genere *Mantic. d. tit.* 11. *num.* 1. & 11. *vers. sed ego; & vers. seq. Rot. recent. par.* 4. *tom.* 3. *decis.* 533. *nu.* 21. & pro rogatione haberi, ac sufficere de consuetudine, si dicat testator, Vos stis testes *Mantic. d. tit.* 11. *sub nu.* 14. *Surd. d. cons.* 414. *nu.* 28. satisq; esse rogitum præsumptum, & a liquid tale, quod illi æquipolleat *Gratian. discept.* 93. *nu.* 1. & *seq. Rot. post Gilian. ad Statut. Perusin. decis.* 2. *num.* 21. & eo ipso præsumi testes rogatos, ex quo permiserint se describi in testamento *Surd. d. cons.* 414. *nu.* 27. *Farinac. d. cons.* 97. *nu.* 22. *lib.* 1. & rogationem testatoris non requiri in testamento ad interrogationem videtur sentire *Thesaur. d. quæst.* 99. *nu.* 18.

In casu autem præsenti (præterquam testes vocati, & rogati fuerunt à d. Fr. Francisco Maria ad interessendum d. testamento, vt in obiecto, & de testatoris ordine, vt idem Fr. Franciscus Maria deponit, & est verisimile, dum ex superius deductis probata fuit illius testamenti ordinatio, & voluntas testandi, in cuius executionem hoc tendit) ijdem testes fuerunt etiam rogati ab ipso testatore, vt deponit D. Carolus Plodius, d. F. Franciscus Maria, & Fr. Rochus 4. 6. & 9. testis, quorum dictũ hanc testatoris rogationem probat, quia testes fuisse rogatos
85 in testamento præsumitur, & hæc qualitas probatur etiam duobus solis testibus *Iasan l.* 2. *nu.* 13. & *seq. C. de bon. possess. secund. tabul. Socin. inn. cons.* 289. *nu.* 107. *vol.* 2. *Ruin. d. cons.* 1. *nu.* 8. *lib.* 2. *Mantic. de coniect. lib.* 12. *tit.* 16. *nu.* 16. *Surd. d. cons.* 414. *nu.* 24. *lib.* 3. *Magdalen. de nuncupat. in testamento cap.* 15. *nu.* 13. & 14. & *cap.* 31. *nu.* 6. *par.* 1. *Rot. in Romana Testamenti, seu Hæreditatis* 17. *Iunij* 1611. *coram Card. Sacrato impressæ post d. discept. Gratian.* 550. *nu.* 46. quod ostendit illius veram dispositionem ad retestandum *Ruyn. d. cons.* 1. *nu.* 23. *lib.* 2. *Rot. apud Gilian. ad Statut. Perus. dec.* 4. *nu.* 6. & 8. tametsi id neget Franciscus Querzola 3. testis, qui est vnicus, & potest non audiuisse, vel non aduertisse. Atq; ex ipso actu testãdi fuit à testatore in testes iam conuocatos, & rogatos à Fr. Francisco Maria consensum ad *Farinac. d. cons.* 97. *nu.* 26. *lib.* 1.

Non obstat sextò, quod testamentum prædictum sit inualidum, quia in eo non fue-
86 rit seruata forma statuti Bonon. *l. b.* 4. *de testament.* §. *si verò in grandia, vel committatur & S. & si aliqua vltima voluntas disponentis in dicto primo* §. quod si in comitatu Bonon. fiat testamentum per quemcunq; sanum, vel infirmum, & non adsit Sacerdos secundum idem statutum adhibendus, qui dicat se cognoscere testatorem, sufficiat duos testes descriptos in testamento, vel ipsum Notarium rogatum, & vnũ de dictis testibus dicere se testatorem cognoscere, & in d. §. secundo, quod si aliqua vltima voluntas reperiatur non facta, & non scripta prædicto modo, & forma pro non legitima habeatur, nec ex ea aliquid speti possit. Vnde cum dictum testamentum non sit rogatum à Notario, nec in eo facta sit aliqua mentio, quod Sacerdos rogatus, vel aliquis ex testibus testatorem cognosceret, testamentum sit nullius roboris.

Etenim respondetur primò. Statutum loqui de testamẽto in scriptis, vt sonant verba, dum loquitur de scriptura, & de testibus in testamento descriptis, & sentit *Monterent. ad d. Statut. in princ. in verbo Notary*, & sic illud procedere, quando testator se restrinxit ad testandum in scriptis, non autem in testamento nuncupatiuo, in quo sat est, vt quis coram septem testibus suam voluntatem nuncupet *d. §. fin. Instit. de testament. ordinan. vbi glos. in verbo nuncupata l. hac consultiss. §. per*

nuncupationem C. de testament. Durant. de art. test. de testament. cauſ. 1. nu. 2. Craſſum S. testamentū quæſt. 10. nu. 2. & hæredem inſtitutus. Nicol. Bellon. conſ. 14. nu. 2. & Rot. in d. Romana Teſtamenti, ſeu Hæreditatis 17. Iunij 1611. coram Card. Sacrato poſt d. diſcept. Gratian. 550. nu. 39. nec requiritur ſcriptura Nicol. Bellon. d. conſ. 14. nu. 7. Add. ad Magon. deciſ. Lucenſ. 32. littera A. Seraph. dec. 623. nu. 6. & Rot. recent. d. par. 4. tom. 3. dec. 533. nu. 2. & in d. Romana Teſtamenti, ſeu Hæreditatis penes Grattan. nu. 41. neq; Notarius *Nicol. Bellon. d. conſ. 14. nu. 2.* niſi ad faciliorē probationē *d. deciſ. 533. nu. 24.*
87 *par. 4. tom. 3. recent.* itaut ſi ſcriptura, vel Notarius adhibeatur, non cenſeatur adhibitio facta pro ſubſtantia, ſed ad ipſam faciliorem probationem, & ad perpetuam rei memoriam *Craſſ. d. quæſt. 10 n. 3. Nicol. Bellon. loc. cit. Ruyn. conſ. 1. nu. 21. lib. 2. Add. ad Magon vbi ſupra Seraph. d. deciſ. 623. nu. 6. Rot. recent. par. 5. tom. 2. dec. 588. nu. 1. & in d. Romana Teſtamenti, ſeu Hæreditatis apud Gratian. nu. 42.* nec ex hoc cenſeatur teſtator ſeſe ad teſtamentum in ſcriptis reſtrinxiſſe *Seraph. d. deciſ. 623. n. 7.* neq; teſtamentū deſinat eſſe nuncupatiuū per rogitum, & ſcripturam etiam à Notario confectam *Rot. recent. d. par. 5. tom. 2. dec. 588. nu. 1.* & in noſtris terminis, quod ſecundum ius commune valeat teſtamentum nuncupatiuum factum ſine Notario, ſi (omni falſi ſuſpicione ceſſante) vocatis tātum ſeptem teſtibus, qui de veritate teſtamenti examinari poſſint teſtator interrogatus fuerit, an faciat hæredem Caium? & reſponderit facere, ex quo ſcriptura, quæ fit à Notario non fit de ſubſtantia, ſed ad memoriam rei geſtæ, & faciliorem probationem, ac ad effugiendum teſtium examen, tradit *Alciat. reſpon. 534. Menoch. præfat. præſumpt. 8. nu. 15. lib. 4. & d. conſ. 45. nu. 5. & 32. lib. 1. & Gaſp. Ant. Theſaur. d. quæſt. 99. ſub nu. 10. 18. & 19.*

Cumq; propterea in caſu noſtro teſtator ſe non reſtrinxerint ad teſtandum in ſcri-
88 ptis, ſeu ad particularem ſpeciem teſtandi, ſed tantum ſimpliciter voluntatem ſuam teſtibus aperuerit, communis eſt Doctorum traditio, vt teſtamentum valeat eo modo, quo valere poteſt *Mantic. de coniect. lib. 1. tit. 7. nu. 6. Magon. d. deciſ. Lucenſ. 32. nu. 30. vbi Add. littera K. Hieronym. Panſchman. quæſt. 19. nu. 14. par. 2.* Et id procederet, etiamſi teſtator incepiſſet ſeruare formam teſtamenti in ſcriptis, & forma non fuiſſet perfecta *Caſtr. conſ. 93. n. 4. verſ. non obſtat & ſeq. lib. 1. Ruyn. conſ. 1. ſub nu. 21. lib. 2.* & etiam ſi teſtator ex interualllo deinde in codicillis dixiſſet ſe teſtatum eſſe in ſcriptis *Caſtr. d. conſ. 93. num. 5. lib. 1* & ſufficeret probare teſtamentum per teſtes *Ruyn.* vbi proximè, cum non ſit credendum teſtatorem ſe voluiſſe reſtringere ad vnam tantum ſpeciem teſtandi, & elegiſſe viam, propter quam ſuum iudicium impugnaretur *Mantic. & Magon. vbi ſup. Ruyn. d. conſ 1. nu. 21. lib. 2.* ſed voluiſſe teſtari omni meliori modo, quo potuit *Rot. in d. Romana Teſtamenti, ſeu Hæreditatis penes Grattan. poſt d. diſcept. 550. nu. 42.* Et ideo in dubio pro teſtamento ſit pronunciandum, & vt actus potius valeat, quam pereat *Mantic. loc. cit. & Add. ad Magon. vbi ſup.* & tenenda ſit illa opinio, quæ teſtamento magis fauet *Rolan. conſ. 81. nu. 42. lib. 1. & conſ. 30. nu. 33. lib. 3.*

Probaturq; teſtamentum perfectum ratione voluntatis per ſeptem teſtes licet ſit imperfectum ratione ſcripturæ ſecundum communem *Gratian. d. diſcept. 550. nu. 11. & 12. Seraph. d. deciſ. 623. ſub nu. 4. & 5.* neq; imperfectio illius ſolemnitatis attenditur ad illud annullandum, vbi non agitur de probando teſtamentum per ſcripturam, ſed per teſtes *Gratian. d. diſcept. 550. nu 4. Seraph. deciſ. 581. nu. 6.* vbi etiam de communi. Et ſufficit cōſtare de indubia volūtate teſtatoris per teſtes, quamuis de illius ordine accerſitus eſſet Notarius, qui in tempore non acceſſit *Magon. d. dec. Lucenſ. 32. nu. 43. in cēto nu. 11.* Et cum ipſemet teſtator teſtes rogauerit

ad interessendum, & audiendum eius testamentum vt supra, eo magis ostenditur eius enixa voluntas, vt sua dispositio substineatur *Rot. recent. a. par. 4. tom. 3. dec. 533. nu. 22.*

Respondetur secundò, statutum non imponere necessitatem, vt testamenta debeant
89 rogari à Notario, cum non legantur in eo verba id importantia, immo *Monterentium* in d. verb. Notarij intelligere, & supponere Notarium non requiri, dum adnotat, quod nec etiam de iure cõmuni exigitur Notarius, etiam si loquamur de testamento in scriptis, ponderando dictionem, etiam, quæ explicat casum, magis dubitabilem, & implicat casum non expressum, & minus dubitabilem *Rot. recent. par. 5. tom. 1. decis. 75. nu. 5. decis. 100. nu. 14. & decis. 316. nu. 13. & 14.* Proindeq; quod in statuto dicitur de Notario intelligendum videtur, præsupposito, quod de testamento Notarius rogetur, quo præsuppositio deficiente deficit, & statutum, vt in simili *Monterent.* ad eundem statutum in princ. in verbo numerum in fin. & *Rot. Bonon. super statut. decis. 34. nu. 30. & dec. 83. nu. 23.* nec qui præsupponit circa præsuppositum aliquid de nouo statuit *Greg. decis. 208. nu. 2. Rot. recent. par. 4. tom. 3. dec. 681. nu. 13.* prout neq; verba, quæ præsupponunt, disponunt, *Beltram. ad Greg. d. decis. 208. nu. 7.* & quod testamentum possit etiam de iure ciuili rogari à Sacerdote sentit *Magon. d. decis. Lucens. 32. in prin. & nu. 3. & seq.*

Quo verò ad illud, quod in statuto disponitur, vt in testamento in comitatu faciendo,
90 debeant duo testes in illo descripti, vel ipse Notarius rogatus, & vnus de dictis testibus dicere se cognoscere testatorem, videtur hæc forma tacitè inclusa, & seruata, dum in effectu testator cognitus erit omnibus ijs, qui testamento interfuerant, cum omnes essent de eodem loco, & Parochia, vt clarè patet ex eorum examine, & vt forma etiam statutaria dicatur adimpleta, satis esse videtur, vt illa sit tacitè, & virtualiter seruata, quamuis superficialiter seruata non videatur *Paris. cons. 20. nu. 14. & 17. lib. 4.* cum sic cesset causa fraudis, & falsitatis suppositionis personæ *Anchar. quæst. 10. in fin. lib. 2.* & quod sufficiat in effectu, quod testes testatorem cognoscerent ne falsitas committi posset, sentit *Bero. cons. 1. nu. 43. in fine lib. 2.*

Respondetur tertiò, testamentum de quo agitur factum fuisse tempore necessitatis,
91 hoc est in articulo mortis, quæ statim secuta fuit, quo casu tenet testamentum, etiam si in eo non sit seruata forma iuris communis, vel statuti *Rolan. cons. 30. nu. 11. vers. nec habet, & nu. 12. vers. quibus tamen, & num. seqq. lib. 3.* cum necessitas legi non subiaceat *Rolan. cons. 81. nu. 30. lib. 1. & cons. 43. num. 29. lib. 2.* remittaturq; forma à iure data necessitatis tempore *Rolan. d. cons. 81. nu. 52. lib. 1. vers. 43. nu. 41. lib. 2. & cons. 30. nu. 13 & 28. vers. non obstat lib. 3.* & licitum faciat necessitas, quod alias est prohibitum *Grattan. discept. 229. nu. 36.* neq; dicatur statuto contrauenire, qui contrauenit ex necessitate *Rolan. d. cons. 30. nu. 28. lib. 3.*

Eoq; magis cum fuerit adhibita diligentia pro habẽdo in tẽpore Notario, qui non
92 potuit haberi, vt deponunt testes, & constat, quia superuenit statim post mortem, & consignata sibi à d. Fr. Francisco Maria præfata voluntatis notula, ad effectum illam reducendi in publicam formam, se tunc de ipsa consignatione, identitate, & recognitione rogauit, præsentibus d. D. Ioanne Recuperato Parocho, & omnibus testibus in eadem notula adnotatis sibi ore proprio affirmantibus eamdem voluntatem scriptam fuisse à prædicto P. Fr. Francisco Maria de ordine, & voluntate d. olim D. Pauli ipsis præsentibus vti testibus adhibitis, vocatis, & rogatis ad interessendum, & audiendum voluntatem d. Pauli, prout audiuisse affirmarunt, & quilibet eorum affirmauit d. D. Paulum testatorem reli-

quis-

quisse, ac disposuisse, vt in eadem notula, vt sunt formalia verba Notarij, quæ leguntur à tergo d. notulæ, prout in actis. Quæ sola etiam Notarij rogatio, stante legitimo testium numero de huiusmodi dispositione attestantium videtur te-
93 stamentum probare *Gasp. Ant. Thesaur. d. quæst. 99. nu. 18. lib. 2.* & testes, qui passi fuerunt se in eo rogari, & describi, videntur eo ipso pro testamento tunc deposuisse *Surd. d. cons. 414. nu. 78. lib. 3. & Rot. recent. par. 4. tom. 3. d. decis. 533. nu. 16.* Respondeti posse videtur quartò, statutum hoc non derogare *c. cum esses de testam.* vt sentit *Monterent. ad idem statut. in princ. in verbo quacunque, & in verb. de iure*, &
94 sic non procedere de Iure Canonico, & in testamento condito, iuxta formam *d. c. cum esses*, seu quod ex illius forma sustineri possit, non obstante, quod statuta Bonon. sint à Sede Apostolica confirmata in forma specifica, secundū *Buratt. dec. 201. nu. 2.* dum non constat de expressa voluntate statuentium illi derogandi, nec statutum est cum illius dispositione incompatibile *Rot. in Perusina Releuationis Testamenti 7. Maij 1632. coram Prouando penes Gilian. ad statut. Perus. poſt verb. Testamentum nu. 17. & seq. & nu. 37. & inter recent. par. 6. decis. 126. nu. 8. & seq. & nu. 30. vers. nam omisso*; quæ fuit confirmata 30. *Maij*, & 1. *Iunij 1633. coram bo: mem. Card. Vbaldo, vt per Gilian. in d. verb. statutum nu. 45.* & sentit in simili *Rot. Bonon. super Statut. dec. 61. nu. 13.* prout ipsum *c. cum esses*, nec corrigit ius ciuile *Gratian. discept. 233. nu. 52. poſt Burr. in c. 1. nu. 4. il secondo de constitut.*

Testamentum verò, de quo agimus conditum, vel sustineri posse videtur ex forma *d. c. cum esses*, cum simus in Statu Ecclesiastico, & quamuis versemur in prophanis, & ad fauorem Laicorum *Magdalen. de num. test. in testam. part. 2. cap. 8. nu. 17. & seq. & nu. 25. vers. & quemadmodum*, vbi quod vendicat sibi locum in vtroque foro tam sæculari, quam Ecclesiastico, & de communi *Duran. de arte testandi in tit. de testam. ordinan. ſub nu. 2. & 4. Dec. cons. 284. nu. 5. in fin.* 6. 7. & 8. vbi de magis communi, & à qua in iudicando non est recedendum, & quod etiam procedit in vtroq; foro, & quia in dubio fauore testamenti iudicandum est *Nicol. Bellon. d. cons. 14. nu. 3.* vbi quod hoc habet locum etiam in foro ciuili *Hieronym. Panisch. quæſt. 8. nu. 12. & 19. vers. aliqui distinguunt Thesaur. dec. 180. nu. 2. Rot. recent. par. 4. tom. 3. dec. 556. nu. 3. & par. 6. dec. 126. nu. 1. & 2.* quæ est etiam penes *Gilian. poſt d. verb. testamentum nu. 10. Guliel. ex Bened. in c. Raynutius in verb. testamentum 1. nu. 92. de testam.* vbi similiter, quod habet locum etiam in foro sæculari, quia est rogatum à d. Fr. Francisco Maria Sacerdote, ac Confessario, qui infirmo testatori assistebat pro, & loco Parochi, & de eius ordine, cum facultate adnotandi testamentum, & alia supplendi, prout opus fuisset, vt deponit idem Fr. Franciscus Maria, D. Recuperatus Parochus, & Iulius Cæsar Gattus 6. 5. & primus testis,
95 & adimpleta dicitur forma *d. c. cum esses*, sit testamentum rogatum sit à Sacerdote, qui sit loco Parochi *Corn. cons. 8. nu. 14. lib. 2. Duran. de arte teſt. d. tit. de testam. ordinan. caut. 2. nu. 2. vers. sadueretendum tamen est. Borell. in sum. decis. tit. 5. lib. 2.* vel à Confessario *Magdalen. de num. test. in testam. d. par. 2. cap. 8. ſub nu. 5. Put. dec. 431. nu. 1. lib. 1. iuxta veterem impress.* in quibus omnibus viget ratio, quod censeantur habere notas voluntates Parochianorū, seu pœnitentiū *Dec. d. cons. 284. ſub nu. 6.* Vtq; testamentum teneat sufficit, vt sit in statu validitatis secundum terminos *d. c. cum esset, Rot. in d. Perusina Releuationis testimenti apud Gilian. nu. 43. & inter recent. d. par. 6. dec. 126. nu. 33. in fin.* cuius dispositio eo fortius intrat in præsenti casu, cum testator esset non solum ægrotus, sed in extrema voluntate constitutus, & inde immediatè decesserit *Gutt. Pap. quæſt. 543. nu. 10. in fin. 11. & 12.*

Atque sicuti annullatio primi testamenti solemnis, sufficit probata per tres testes

96 *Ruyn. d. conf. 9. nu. 11. lib. 2.* ita ipsum primum testamentum solemniter factum renouatur per secundum factum, iuxta formam *d. c. cum esset, Butr. ac c. in presentia de probat. Ruyn. d. conf. 9. nu. 18. in fin. lib. 2. Rolan. d. conf. 33. nu. 41. iuncto nu. 18. & seq. lib. 3. Magon. d. dec. Lucens. 32. nu. 33.* prout primum solemne, in quo extranei sunt instituti, renouatur per aliud etiam minus solemne, in quo sunt instituti venientes ab intestato, vt hic *Ruyn. d. conf. 9. nu. 7. lib. 2.* Videturq. ius Canonicum attendendum, quamuis redundet in præiudicium Ecclesiæ, & sic Monasteriorum aduersariorum, cum illud liget omnes in genere *Butr. in c. 1. nu. 1. de*

97 *Constit.* seruariq; debeat in Statu Ecclesiastico, etiam in causis prophanis *Duran. decis. 236. nu. 2.* ac eo regatur Ecclesia *Abb. in c. cum consuetudinis nu. 3. de consuetud.* quæ vti debet iure communi *Iason. l. 1. nu. 16. C. de sacrosanct. Eccles. Guglielm. de Benedictis in c. Raynutius par. 3. in quæst. de Episcop. nu. 11.* & cui non est fauēdum cum alterius fractura *Gati. de cred. cap. 4. quæst. 11. nu. 241.* dum eadem est cultrix, & amatrix iustitiæ *Ias. in l quoties nu. 9. C. de rei vendic. Guliel. de Bened. vbi sup. nu. 10. in fine,* & viuere debet secundum conscientiam *Rot. recent. par. 4. to. 2. dec. 493. n. 29.*

Quibus non repugnat primò, quod Bononiæ seruandum sit ius Ciuile, vbi municipale non disponit, vt mandat Statutū *lib. 6. de conclus. statut. S. pæn.* & vbi tale viget Statutum, vt Romæ non seruetur dispositio *d. cum esset*, *Magdalen. de numer. test. in tellan. d. par. 2. cap. 8. nu. 25. & seq. Gratian. discep. 233. nu. 52. Fenzon. ad Statut. Vrb. lib. 1. cap. 42. num. 8 Rot. in d. Perusina Relevationis tellam. apud Gilian. ad statut. Perus. pili de verb. tellam. nu. 34. & inter recent. par. 6. d. dec. 126. nu. 27. & 28.*

Quoniam respondetur Statutum disponere, vt seruari debeat ius Ciuile in quoli-

98 bet casu, in quo ius municipale non disponit, sed circa formam testandi, in qua versantur ius municipale disposuit, vt supra, ei go &c. At quia disponendo non fecit aliquam mentionem, nec expressè derogauit *d. c. cum esset*, & est dispositio Statuti cum eo compatibilis, illud remanſit in suo robore, vt in *d. Perusina Relevationis Testamenti penes Gilian. nu. 17. & seq. & nu. 37. & in recent. par. 6. d. dec. 126. nu. 8 & seq. & nu. 30. vers. nam omisso.*

Nec obstat simile de statuto Vrbis; Quia illud non disponit circa formam testandi, & progreditur vlterius disponendo, vt post Ius Ciuile in subsidium recurratur ad ius canonicum, vt in eodem statuto, & annuit *Rot. in d. Perusina relevationis Testamenti apud Gilian. nu. 34. & in recent. d. par. 6. dec. 126. nu. 27.* ex quo propterea derogatum dicitur dicto *c. cum esset*, vel intrare pugnantiam, cum non possint seruari statuta, & ius canonicum, vt dicitur in *d. declaratione d. nu. 34.* & 28. respectiuè, & quod plus est, statuta Vrbis condita fuerunt à deputatis à Papa, & de illius ordine, & dicuntur Papalia, seu confirmata in forma specifica, vt per

99 *Fenzon. in annotat. ad ipsa statuta in princ. nu. 26. & seq.* & statuta Bononiæ confirmata sunt in sola forma communi, vt fuit relolutum in *Bonon. successorum 9. Decembris 1632. coram Card. Vbaldo*, & fuit dictum in *Bonon. sui ecclesiæ massa de Blanchis 24. Januarij 1636. coram Reyas, impress. inter recent. par. 7. d. n. 84. nu. 8. & in Bonon. Census 4. Maij 1643. coram R. P. D. Ghisilerio*, quibus stantibus, non videtur faciendum aliquod fundamentū in supradicta præcedente decisione *Burat. 201. nu. 2.* nec in *Bononien. de Mistheltnis 4. Iulij 1618. & 13. Martij 1620. coram bo. me. Francisco Vbaldo*, contrarium affirmantibus, quia fuit ex his ab illis recessum, & posteriora derogant prioribus *Grattan. discept. 290. nu. 24. & d. sccpt. 940. nu. 37. & Grig. dec. 267. nu. 9* & vlterius dd. decisiones contrariæ procedunt, & loquuntur in particulari statuto de cōtractibus, vt declarat *Rot. in d. Bonon. Census 4. Maij 1643. coram R. P. D. Ghisilerio*, quia in his ex professo, seu principaliter fuit arti-

culus

culus discussus, & ibi incidenter, vel non ita ex professo *Rot. recent. par. 4. tom. 2. dec. 128. nu. 28. & par. 7. dec. 17. nu. 9.* Confirmatio verò in forma communi, & quę non continet statutorum tenorem, nec vbi illa non fuerunt condita de mandato Papæ non sufficit ad substinendam derogationem iuris Canonici, & dicit *c. cum esset Rot. in d. Petrusina Relcuationis Testamenti penes Giliap nn. 38. & par. 6. recent. d. dec. 126. nu. 31.* Quare etiam dubitari potest, an huiusmodi statutum Bonon-
100 mandans seruari Ius Ciuile valeat vt potè contra libertatem Ecclesiasticam, & inhonestum, vt per *Monterent. ibi in verb. Ius commune Ciuile.*

Neq; etiam prædictis repugnat secundò, quod non videatur testamentum conditum iuxta formam *d. c. cum esses*, quia ex illius dispositione sufficit numerus duorum, vel trium testium, vt in eodem capitulo, & tradit *Rolan. cons. 33. nu. 41. lib. 3. & Rot. recent. par. 4. tom. 3. dec. 556. nu. 5. & par. 7. dec. 115. nu. 7.* & in præsenti casu adhibiti fuerunt testes octo.

Nimirum respondetur superfluum numerum testium, & pinguius formæ adimplementum, ac abundantem cautelã non vitiare *l. heredes palam §. 1. vbi glos. in verb. exaudire ff. qui testam. fac. poss. & l. testamentum, vbi gl. in verb. superflua. Monterent. ad d. statut. in rubr. de testam. in princ. in verbo Sacerdos, & in §. qui Sacerdos in verb. & vnus Rolan. d. cons. 33. sub nu. 43. lib. 3.* Quinimmo maior numerus testium eo magis sustinet testamentum, nam quatenus dubitari posset, an d. Fr. Franciscus Maria valeret fungi vices Parochi, quia illi non esset commissa vniuersæ Parochiæ cura *Durant. de art. testan. d. sit. de testam. ordin. cant. 2. vers. animaduertendum tamen est, & Magdalen. de num. test. in testam. par. 2 cap. 8. nu. 5.* vel quia Parochus non potuisset eum substituere, vel quia non benè constaret ipsum esse te-
101 statoris Confessarium, adhuc dispositio *d. c. cum esses*, locum haberet, quia vt illa procedat sufficit, si testamentum fiat, vel factum sit coram quattuor testibus sine Parocho, eo quia duo testes non sunt minoris fidei, quam Parochus *Gelder. cons. 8. circa med. vers. sed posito, de testam. Magdalen. de num. test. in testam. par. 2. cap. 8. nu. 9. & seq. Hieronym. Panischman. quæst. 8. nu. 19. par. 2.* vbi de magis communi *Duran. de art. testan. d. tit. de testam. ord. cant. 2. nu. 3. Rolan. cons. 33. nu. 42. & 43. lib. 3. Dec. d. cons. 284. sub nu. 7. & 8. Nicol. Bellon. d. cons. 14. nu. 3. Gutierrez. de Benef. in c. Raynutius in verb. testamentum 1. nn. 92. de testam. Rot. recent. par. 5. tom. 2. dec. 459. nu. 14.* & quod sustineatur testamentum ex dispositione *d. c. cum esses*, etiam contra dum maiori numero quattuor testium sentit *Duran. d. nu. 4. in fin.* dum ibi habet, quod in defectu Parochi debet saltè adhiberi quattuor testes, & sic vtendo verbo, saltem, denotat, vt possint, vel etiã cautius sit plures etiam adhibere, & quod à fortiori in terris Ecclesiæ valeat testamentum cum numero testium vltra quattuor, tenet *Dec. d. cons. 284. sub nu. 7. & Nicol. Bellon. d. cons. 14. nu. 1. & seq.*

Non obstat septimò principaliter, quod quando testator declaravit voluntatem
102 suam coram testibus sine scriptura, vel cum scriptura, nec à se, nec à testibus subscripta, necesse est, vt omnes testes testatore defuncto coram Iudice deponant de integro testamenti tenore, & illud per Iudicem publicetur *L. publicata C. de testament. Rot. recent. par. 4. tom. 3. d. decis. 533. nu. 6. & seq.* adeo vt, si interim testis
103 aliquis moriatur testamentum, vel eius probatio corruat *d. decis. 533. n. 9.* & dum agitur de testamento nuncupatiuo redigendo in scriptis ex testium depositionibus, debent in depositione testes omnes esse conformes, alias, si vnus in depositione deficiat tota corruat dispositio *Rot. recent. par. 5. tom. 2. dec. 588. nu. 16.* nec vbi testator elegit testamentum condere coram certo numero testium, vt puta coram septem testibus pauciores sufficiant *Rot. in d. Romana Hæreditatis de Bellauita*

uita 5. May 1600. coram Iullo post d. conf. 97. Farin. lib. 1. nu. 32. Et in præsenti casu non videantur omnes omninò conformes, & maximè circa sanam mentem testatoris, vt supra, & circa ordinem datum à testatore Fr. Francisco Mariæ super adnotatione testamenti.

Enimuerò respondetur, Vel notulam, & cedulam d. testamenti fuisse redactam in publicam formam, seu testium attestationem fuisse reductam in scriptis in ipsa die conditi testamenti, dum, vt supra in eodem loco ijdem testes antequam discederent, & ad extraneos actus diuerterent, coram Notario depositi fuerunt super veritate, ac identitate scripturæ, & dispositionis, prout in ea, & de eorum interuentu, & rogitu, quod videtur sufficere *Rot. recent. d. par. 4. tom. 3. dec. 533. nu. 12. & seq. & par. 7. dec. 108. nu. 5. in fin. & seq.* & habere vim subscriptionis, quæ depositionem operatur *d. decis. 533. nu. 16.* cum maximè non potuerint testes circa notulam falli, quia illi sibi semper præsens fuit, & Notarius sit etiam Iudex
104 *glos. in l. 1. ff. de iudic. & in l. fin. C. vbi & apud quem &c. Durant. ae art. tellan. in 1. de his, qui non hab. fact. testam. caut. 1. sub num. 2.* & non sit nouum, quod in comitatu, & ruri possit Notarius simul fungi Notarij vices, & Iudicis ad *Corn. conf. 73. nu. 13. lib. 2.*

Vel fuisse testamentum, & examen publicatum, & relcuatum, dum ex parte d. D. Petronillæ Mariæ præuia d. cedulæ testamenti productione fuerunt dicti testes examinati coram D. Auditore Generali, & ab eodem obtenta immissio sub die 6. Aprilis 1647. vt fuit doctum in actis; etiam quod tunc non fuerit pars aduer-
105 sa citata, cum non esset illius interesse, & testamentum detectũ, nec præsens causa mota, nec citandus sit, qui interesse, vel ius non habet *Burat. dec. 423. nu. 7. & dec. 723. nu. 10.* nec possidet *Menoch. de adipiscen. remed. 4. nu. 458. & seq.* nec ille, cuius ius, vel possessio ignoratur *Menoch. ibid. nu. 464. & seq. Rot. recent. d. part. 4. tom. 3. decis. 533. nn. 29. vers. nec obstare, & nn. 30.* nec est adhuc contradictor, vel in causa *d. dec. 533. nu. 30.*

Vel demum satis testamenti tenorem probari per dictos testes formiter in hac causa, citata parte, & cum illius interrogatorijs, ac Interprete examinatos, seu il-
106 lius scripturam per eorum dictum fidem mereri; Tum quia super illius tenore omnes omninò concordant in substantia, & præsertim in hæredum institutione *l. fin. in fin. C. de testam. Rot. recent. d. par. 4. tom. 3. dec. 533. nu. 26. Burat. dec. 456. nu. 5. & 14. in simili idem Burat. dec. 43. nn. 20.* Tum quia ad huiusmodi testamenti tenorem, seu scripturam probandam sufficiunt etiam duo testes testamentarij, qui vocentse in contestes, & nominent etiam alios in testamento descriptos, seu qui adfuerunt, prout in casu nostro *Durant. de art. tellan. d. tit. de testamen. oran. caut. 2. nu. 6. Burat. d. decis. 456. nu. 5. & Rot. recent. d. par. 4. tom. 3. dec. 533. nu. 28. & 29.* & eo magis sufficiunt quatuor *Nicol. Bellon. d. conf. 14. num. 3.* cum maximè non constet, quod testator testando se restrinxerit ad precisum numerũ testium, qui in testamento adhibiti fuerunt, neque hic agatur de alijs hæredibus, qui se institutos prætendant in eodem testamento ob testatoris incontinenti mutatam voluntatem, vt erat casus *d. decisionis Romanæ Hæreditatis de Bellauita coram Iullo post d. conf. Farinac. 97. lib. 1.*

Neqs releuare videntur prætensæ exceptiones contra aliquos testes deductæ, quia
107 sunt Ieues, nec respiciunt substantialia, in quibus sufficit testes esse concordes *d. decis. 533. nn. 37. par. 4. tom. 3. recent.* & testium dicta sunt coadiuuanda, non cauillanda *ead. dec. 533. nu. 38. & par. 5. tom. 2. dec. 511. nu. 11. & par. 6. decis. 277. nn. 21. & Greg. decis. 478. nn. 6.* atq; tolluntur exceptiones ex testium numero, &

alio-

108 aliorum habilitate *Rot. recent. par. 5. tom. 1. decis. 136. nu. 7. & 8. par. 6. decis. 277. nu. 19. 20. & 22. & par. 7. decis. 182. nu. 31. & decis. 213. nu. 7. & penes. nostrum tract. mand. de manuten. dec. 529. nu. 11. Greg. decis. 340. nu. 6. & 7. & decis. 471. nu. 11. & Burat. decis. 79. num. 10. decis. 143. nu. 12. & ibi Add. littera D. decis. 349. num. 5. decis. 572. nu. 11. dec. 727. nu. 12. dec. 901. nu. 17.* etiam ad effectum, vt censeantur omni exceptione maiores *Greg. decis. 351. nu. 4.* atq; etiam si omnes exceptiones aliquas paterentur, vbi testes sunt vltra numerum trium *Rot. recent. d. par. 5. tom. 1. decis. 138. nu. 8.* licet hoc videatur dubium secundum *Burat. d. decis. 143. nu. 12.* & ibi *Add. nu. 38.* & contrarium sentiat *Rot. recent. par. 5. tom. 2. decis. 477. nu. 11. & 12.* & quod sit Iudici arbitrarium tradat *Burat. loc. cit. nu. 13.*

Non obstat octauò aliud statutum Bononiæ *lib. 2. de prob. solut.* §. *præterea, iuncto* §.

109 *saluo quod*, disponens, quod testamentum, & vltima voluntas non possit testibus probari, sed tantum illis corroborari, & coadiuuari scriptura publica, & sic statutū ex inclusione scripturæ publicæ excludat examen testium in scriptura priuata, & priuata sit illa, de qua agitur, cum sit de ea rogatus Sacerdos *Dec. cons. 120. nu. 1. Rot. recent. par. 7. decis. 127. nu. 16.*

Si quidem vltra quod schedula, de qua agitur, fuit vt supra incontinenti in publicam formam redacta à Notario Terræ Plebis Centi, qui licet esset tunc etiam Sacerdos, attamen cum prius fuisset Notarius, & vti talis se rogauerit, illius scriptura fidem facit, *Duran. de art. testan. tit. de testam. ordinan. caut. 7. nu. 1.* & eo magis stante dispensatione Pontificia ad ipsum Notariatum exercendum, de qua ille in rogitu mentionem facit, & illum esse talem, & suis scripturis fidem dari probatur ex legalitate Communitatis d. Terræ Plebis Centi, de qua in actis *Greg. dec. 38. nu. 4. Burat. decis. 878. nu. 1. & Rot. recent. par. 7. dec. 284. nu. 13. & dec. 294. nu. 26. & 27.* & statutum non potest tollere, quin veritas aliter quam per instrumentum probari possit *Burat. dec. 798. nu. 4.*

Respondetur primò, statutum loqui, & intelligendum esse de iure ciuili, secus de iure Canonico, & Diuino, secundum quod in ore duorum, vel trium stat omne verbum *c. in omni negotio de testib. Duran. de art. testan. tit. de testam. ordinan. caut. 2. nu. 4.* & in quo deficit statuentium potestas, & voluntas, iuxta superius dicta.

Respondetur secundò, statutum non excludere probationem per priuatam etiam scripturam, quæ aliquam etiam fidem de per se faciat, & testibus comprobanda sit, sed excludere coadiuuationem per testes eius scripturæ priuatæ, quæ de per se nullam prorsus faceret probationem, ita vt tota probatio in testibus consisteret, quia sic quilibet posset fraudulenter ex suo capite priuatam scripturam confingere, & illam cum testibus producere *Monterem. ad d. Statut. de probat. solut. §. & exadverso in verb. possint & d. §. saluo, quod in verbo publica scriptura Rot. Ronon. diuers. sep. statut. decis. 15. nu. 8. & decis. 65. nu. 123. & 124.* Scriptura verò, de qua modo agitur facit aliqualem saltem probationem præsumptiuam, *Rolan. cons. 27. nu. 14. lib. 1.* vt dicitur de qualibet scriptura etiam domestica *Rot. recent. par. 6. dec. 244. nu. 10.* propter præsumptionem, quæ est quod quis de facili non faciat falsam scripturam *Rolan. d. cons. 26. nu. 14. lib. 1.* & præstat indicium *Ruyn. cons. 134. nu. 7. lib. 5.* & adminiculū *Burat. decis. 358. nu. 9. Rot. recent. par. 3. dec. 498. nu. 4. & post 2. vol. cons. Farin. decis. 277. in fin.* & eo magis cum sit verisimilis *Grattan. discept. 754. nu. 29* & contineat testes, & publicum instrumentum recognitionis per Notarium in eius calce rogatum, vt supra, cui asserenti se rogatum esse scripsisse, & publicasse creditur *Grattan. decis. March. 166. nu. 14.* testibus præsertim ad actum adhibitis *Pet. decis. 5. nu. 1. lib. 3.* iuxtà veterem impressionem,

adeo

adeò vt agatur de probationis confirmatione, & corroboratione, non de principali, noua, & integra probatione constituenda; & inducenda per solum examen testium *Menoch.de adipisc.remed. 4.nu. 919.* Attento maximè, quòd inter testes connumerari potest, & ad hunc finem inductus, & examinatus fuit etiam d. F.Franciscus Maria, qui d.notulam, seu schedulam scripsit, & subscripsit, testamentumq; rogauit, quidquid aliud esset in testamento in scriptis,& probatione facienda per solam scripturam, quo casu inter testes Notarius non connumeratur *Magdalen.de nu.test.in testam.par.1.cap.29.nu.8. Hieronym.Paris.hman.quæst. 3.nu.50.Bero.conf.2.nu.6.& seq.lib.2. Ruyn.conf.1.sub num.21.lib.2. Pul. decis. 382. nu.2.lib.1.iux.veterem impress.* Et etiam attento superiori quoq; examine eorumdem testium coram Domino Auditore Generali,quod etiam facit saltem adminiculum *Rot.post 2.vol.conf.Farin.decis.277.nu. 5.*

Respondetur tertiò, Statutum prædictum loqui, & posse procedere in Actore prætendente immissionem, ad quam requiritur testamentum in scriptis, secus in Reo, prout est in d.D.Petronilla Maria, & ad effectũ excipiendi, & impediendi alterius immissionem ex alio testamento, quia tunc admittitur probatio testamenti per testes, si illa in continenti fieri possit *Menoch. de adipisc. d.remed. 4. nu.781.in fin.*

Quartò respondetur, non obstante statuto prædicto posse probari testamentum per quinque testes dixit *Marsil.in rubr.C.de probat.nu.38.& melius in singulari 157.* dicens post alios non esse obliuioni tradendum, *& Laur. de Pinu ambo Bononien. conf.26.nu.1.*

Et ita vtraq; parte informante resolutum fuit. Atq; ita nos Iudices delegati ad referendum Eminentiss.D.Card.Legato pronunciandum esse retulimus, & alias, prout in sententia sub hac eadem die emanata, ad quam &c.

1651. die 22. Martij sic decisum per Illustriss.& Reuerendiss.D.Bichium Sacræ Rotæ Auditorem.

CONTROVERSIA LXXII.

Pro Illustri D.H.M.

NOn præsumitur emptorem sciuisse rem fuisse furatam, nu.1. maximè si emit ab honesta persona,nu.3.

Pluralitas rerum præsumitur, nu.2.& nu.17.

Emptor rei furatæ liberatur, si dat authorem, nu.4.& 9.

Nec tenetur, nisi in quantum sit factus locupletior, nu.5.

Verbum deprecatorium non est obligatorium, nu.6.

Vnico Testi non est standum, nu. 7. Limita, n.11.& si sit mendax, nu.10.

Ex diuersis non infertur, nu.8.

Item si sit conuictus de falso, nu. 11.

Ad conuincendum testem de falso sufficiunt argumenta, & præsumptiones, nu.12.

Sola falsi suspitio tollit fidem Testi, nu. 13.

Testes inimici non probant, nu. 14.

Item si sint domestici, & familiares, nu. 15.

Probatio æquiuoca non attenditur, n.16.

De-

Decoctus est facilis ad mentiendum, nu. 19.
Testes si sint contestes probant, nu. 20.
Testis, qui non vult se præsentare, vt interrogatorijs respondeat, non probat, & præsumitur dolosus, nu. 21.
Testis approbatus à parte probat, nu. 22.
Per renunciationem liti dicitur lis finita, nu. 23.

Adsit Deus, & Virgo.

IN processu Informatiuo erat locus absolutioni DD.NN. Nã primò querelati super eo, quod sciuerint Margaritas in numero 500. ad vsum brachiorum, & duo pirra, cum adamante fuisse derrobata DD. Accusatoribus, quæ scientia non præsumitur *l. verius ff. de Probatio. Crauett. cons. 6. nu. 73. Costa in Cent. 6. in tit. An sciebat, aut ignorabat distinct. 79. nu. 6. vers. aut ignoranter*, & probandam esse liquidissimis probationibus dixit post alios *Horat. Lucius in cons. 168. nu. 42. inter Crimin. Ziletti lib. 1. & Farin. q. 1. nu. 4.* Ignorantiq; minus potest puniri *l. fin. ff. de decret. ab ord. fact. l. Generali C. de tab. lib. 10. l. generoff. de Infam.* & licet postea sciuissent ex scientia superuenienti non debebant minus vocari *glos. est in Clemen. 1. in verb. scienter de consanguin. & affin.* & in verbo timere, & ibi *Vitalinus nu. 62.*

Secundò ex querela, & bollettino, quod asserebatur D. Alexandri præsentato clarè constat de non identitate rerum; nam quo ad pirra, dato, sed tamen non concesso, quod illa essent Illust. D. N. apparet esse diuersi numeri gemmarũ ab expressis in examine eiusdem D. N. & cæterorum in causa examinatorum, nam asserunt esse in numero quinquaginta, & bollettinum explicat 38. etiam inclusis rosettis, vt in eo legitur fol. 463. ver. proc. offens. quod & eo magis detegitur ex recognitione pirorum adamantatorum non formiter, nec legitimè facta, dum dicitur per D. B. *Non disse il numero de' diamanti, ma poi le vidi*, quod & replicat proc. defens. fol. 56. in tantum, vt ignoret numerum adamantiũ, & reddit rationem, dum dicit, *Non sò quanti diamanti fussero, perche non gli hò mai numerati*, vt fol. 56. ver. Et quo ad margaritas à brachio, cum plures eiusdem numeri reperiantur, pluralitas, & non identitas præsumitur *Alex. cons. 118. nu. 3. lib. 1. & cons. 134. n. 2. lib. 2. Iaf. in l. 2. in fin. C. de bonis possid. cont. tab. Rot. Genuæ decis. 7. n. 8. Rota in decis. 441. nu. 1. & seq. par. 1. diuers.* & infinitos cumulat, & sequitur *Farin. cons. 70. nu. 46. lib. 1.*

Tertiò, in eodem processu constat Io. Baptistam Pistellum eis vendidisse præsumptas perlas, & pirra, de quibus supra, in tantũ, vt omnis mala præsumptio contra eos cessauerit, stante qualitate d. Pistelli hominis approbati à Publico, pro quo præsumitur *Rebuf. in l. 1. C. de ponderatoribus, & auri illatione lib. 10. Alciat. reg 3. præsumpt. 19. nu. 1.*

Addita etiam honestate querelatorum, nam vnus ex eis perlas à brachio emit, vt in depositione illorum de Guardinis fol. 236. & 383. & Pistelli fol. 343. qui Pistellus viliori pretio eas emerat *Bal. nu. 3. & Sicard. nu 6. in l. in causis C. de furtis*, & quod dd. N. N. palam respectiuè emerunt, & respectiuè iustum pretiũ soluerunt Pistello, qui eis vendidit, ergo cum dederint authorem, qui sibi vendidit, à dolo excluſi sunt; dato etiam, quod essent malæ famæ, vt post *Bosf. & alios* dixit *Farin. q. 177. nu. 12. & 13.* in tantum, vt nec criminaliter, nec minus ciuiliter respectu

ſpectu gemmarum à brachio, quæ non reperiuntur, & non extant, poſſint condemnari, nec ad earum pretium *Clar. in* §. *furtum nu.* 26. & melius ibi *Bárard. in addit.* & re furata bona fide conſumpta, & alienata, quis non tenetur, niſi ih-
5 quantum factus fuit locupletior ex *Theologorum, & Canoniſtarum ſententia*, de qua *Couar. de reſtit. in 3 p. nu.* 3. *pagina* 662. & melius in *verſ. quartò hinc procedit*, vbi ad litteram ponit caſum noſtrum, quãdo alienatio per emptorem fuit facta eo tempore, quo bonã fidem habebat per *tex. in l. natu & hoc natura ff. de cond. indeb.* & bona fides etiam probatur, & ſi bollettinũ fuiſſet ipſis datum ex diſtinctione temporũ, vt in querela, & examine B. de quo fol. 444. ibi, *eſſen doſi di queſto furto accorſa la Sig. N. il giorno di S. Bartolomeo dell' anno* 1635. *il giorno doppo fatto S. Bartolomeo il Sig. N. & ſuo fratello vennero da me, & mi diſſero, che li faceſſi ſeruitto di portar il bollettino à tutti gli Orefici*, & ibi, *& non il giorno ſeguente à queſto, ma l'altro, perche il giorno ſeguente era feſta*, & ſic ſub die 27. dicit dediſſe bollettinum cum feſtum S. Bartholomæi propter diem veneris celebrare tur die Dominico 26. Auguſti, quoad Suem Aſſatam, & ex depoſitionibus ſenioris Guardini in proc. defenſ. fol. 249. verſ. dicit *la vendita di dette perle fu dell' anno paſſato auanti la feſta di S. Bartolomeo ò l'antiuigilia, che il Piſtello venne per veder la feſta*, ergo illa prætenſa notificatio fuit facta ante traditionem prætenſam Bollettini, cui eſt credendum ad præiuditium Curiæ, nam plenè probat contra Curiam *Farinac. conſ.* 80. *n.* 9. *& de teſtib. q.* 68. *nu.* 76 *vbi de communi.*

Quartò, ſi inſpiciatur Bollettinum non ibi exprimitur res furatas fuiſſe, nec de furto aliqua eſt mentio, & verbum precatorium ibi poſitum non eſt obligatorium,
6 ibi *(Sta contenta)* not. *in l.* 1. §. *non fuit contentus prater ff. de dol. & in l. pactum quod dotale C. de collation.* Addatur, quod B. ſe demonſtrauit intereſſatum ex pluribus, nã inſeruit DD. querelantibus in arte ſua, ſecundò tractat. de ſe exonerando, cũ onus in ſe aſſumpſiſſet faciendi; id, quod facere debuiſſet publicus Nũcius, nullaq; lex diuina, aut humana quempiam vnius teſtimonio condemnat, vel iuſtifi-
7 ficat *eadmonere* 33. *q.* 2. aliæ verò diligentiæ, quæ per DD. accuſatores aſſeruntur factæ in Ciuitate Bononiæ, in Ciuitate Ferrariæ, & Terra Centi diſtribuendi bollettinos, nihil operãtur, quia ſi inſpiciamus atteſtationes Silueſtri de S. Martino, & Angeli Michaelis Fratris, dicunt diebus præteritis d. Silueſtrum dediſſe bolettinum N. non tempore furti, & Alfonſus de Licinis dixit, perlas, quæ requirebantur, fuiſſe in num. noningẽtas, & ſic deuiat à numero 500. per partes expreſſo, vt fol. 543. Quarè non fuit expreſſum de eis, quæ prætendebantur, vltra
8 quod ex prædictis non infertur N. habuiſſe, notatur *in l. eum quid ff. ſi cert. pet. in l. neq; Natales C. de Probat.*

Et idcirco ex proc. Informat. erat locus abſolutioni, & fortius hodie, nam & ſi Bartholomeus, qui prætendit ur furtum commiſiſſe dixerit derobaſſe, & vendidiſſe Piſtello in Ciuitate Ferrariæ, & recognouerit pirra, nihilominus eius aſ-
9 ſertio non operatur contra dd. DD. N. & N. eo quod dederunt authorem, & ſunt in bona fide *ex Farin. d. q.* 177. *nu.* 12. *& ſeq.*

Ex proc. autem defenſiuo ſubſecuto cõſtat D. B. atteſtantem omnibus Aurificibus Ciuitatis prætenſum furtum denunciaſſe, & bollettinum dediſſe, eſſe nedum mendacem, quod ſufficit ad eum repellendum *Seraphin. decil.* 1069. *nu.* 1. ſed &
10 falſum, cum fuerit probatum prætenſum bollettinum, nec dediſſe, nec notificaſſe omnibus aurificibus, & falſitatem aſſeuerauit in duabus depoſitionibus, vt probant D. Gandulphus proceſſ. defenſ. fol. 127. & 135. Rotelia dicto proc. fol. 184. 186. Bonettus fol. 205. verſ. & 207. Riua fol. 231. & ſeq. Bruſa-

fol.

fol. 277. & seq. in tantum, vt ex depositionibus contrarium asserentium dica-
11 tur de falso conuictus, vt in *decis. coram Reuerendiss. Lata* 100. *nu.* 1. *inter crimin. Farinac. tom.* 2. Et tanto magis, quia ad conuincen. testem de falso non solum probant testes omni exceptione maiores, & in numero quinque, prout supradicti inducti à DD. N. & N. legitur enim *ex ore Dei, in ore duorum, vel trium stare omne verbum habetur in cap. cum esses extr. de testamen. Cepol. in Crimin. cons.* 61. *num.* 7.
12 Imo sufficere argumenta, & præsumptiones dixerunt Doctores, & nempè *Felin.*
13 *in c. asserte nu.* 6. *extr. de præsumpt. Farin. q.* 67. *nu.* 75. dicens in fine, quod sola falsi suspicio tollit fidem Testi, imò nec ipse B. poterit euitare pœnam falsi, cum non attendatur effectus, sed affectus *Marsil. cons.* 27. *nu.* 17. triplicem enim fecit deformitatem, Periurij, Iniustitiæ, & Mendacij *Peguer. decis.* 19. *nu.* 2.

Concurrit etiam inimicitia inter D. B. & N. de qua deponunt Ill. DD. Equ. Ludo-
14 uicus Luccatellus Proc. defens. fol. 160. & 163. & D. Io. Antonius Bonettus etiam in proc. fol. 202. & 205. & sunt contestes de verbis iniuriosis inter eos, quo circa, nec ex hoc probat. *c. meminimus extr. de accusat. c. si testes* 4. *q.* 2. *Ancar. cons.* 249. quem sequitur, & approbat *Crauet. cons.* 6. *nu.* 32. *Reuerendissimus Ortembergh. in decis.* 294. *in d. tom.* 2. *crimin. Farin. nu.* 1.

Non enim est omittendum d. B. esse interessatum vti amicum domesticum, & familiarem, & affectionem habentem ad causam, & solitum aurificem DD Accusatorum, & qui in se onus sumpserat publicādi omnibus aurificibus bollettinum,
15 quod non fecit, vt supra, & sic etiam tractet de se exonerando *l. omnibus C. de testib. l. nullus ff. de testib. Bald. cons.* 10. *nu.* 5. *lib.* 5. *Cæsar de Grassis decis.* 72. *nu.* 7. *Farin. q.* 60. *nu* 2. *& nu.* 18. *&* 19. *Rota Genuæ decis.* 94. *nu.* 1. *& decis.* 208. *nu.* 2.

Fuit etiam probatum multas reperiri Margaritas eiusdem ordinis, & qualitatis, & esse difficillimum recognoscere gemmas, etiam si sint à brachio, & in filis brachiorum, fuisseque solitum apponi 400. 500. & 600. in tantum, vt quis non possit dicere, & hæc sunt hæ, quæ disputantur, ita affirmant Dom. Gaspar d. proces. fol. 296 ver. & D. Prandus fol. 347. non ergo potest dici de identitate
16 constare, cum omnis in hoc probatio dicatur æquiuoca, & reijcienda sit, nec releuet *l. non hoc C. vnde legitimi cum præsentia de probatis.* & ibi notant *Odofred. Bald. & cæteri* dicentes talem probationem debere concludere, & identitatem nullo
17 modo admitti, si expressè non sit probata, quando agitur, vt in casu nostro, Vt quis in pœnam incidat *Mascard. conl.* 884. *nu.* 5. & propter multam similitudinem, quam cù alijs eiusdē speciei, quæ reperiuntur habent, difficilis est recognitio *Bart. in tract. testimoniorum nu.* 30. adducens in exemplum id Salamonis circa recognitionem infantis à duabus mulieribus pro filio prætensi, facit etiam *Bald. in tract. circa materiam testium vers. conuenit etiam nu.* 2.

Nec facit id, quod asseritur DD. N. & N. finxisse Gemmas vēdidisse Philippo Mariæ, cum esset mortuus, nec minus D. Filippus Maria esset solitus sine Patre negotiari, vt ipse Pater in depositiune asseruit, Nàm primo de venditione eidem Filippo Mariæ facta, & de verbis occasione venditionis inter partes prolatis constat per depositionem Bonetti d. proces. defens. fol. 211. vers. qui licet sit
18 vnicus, nihilominus probat, cum agatur de actu, in quo difficile est plures adhibere testes, & magis id comprobat, nam Mercatores aurifices, & similes vendentes pecunia contanti, non solent testes adhibere alias id difficillimum esset, notant *DD. in l.* 1. *§. etiam ff. de verb. oblig.* & post *Marsil. & Iacobum Portium* dixit *Mascard. in præfatione q.* 11. *nu.* 18. *Farin. q.* 63. *nu.* 38. & accedente iuramento eorumdem N. N. id voluit *Speculat. tit. de teste nu.* 8. *vers. oct. a nocreditur.*

Fuit quo q; probatum Philippum Mariam primo esse decoctum, Ita Rouegliæ
19 Processi prædicto fol. 169. Bretta fol. 310. Fracassatus fol. 338. & sic infamem, & facilem ad mentiendum *Bald. cons. 400. nu. 3. lib. 5. eadem Rota Gennæ decis. 2. nu. 34.* & idcirco eidem non est credendum, nec aliquid probat in Criminalibus *Crot. in tract. de testib. in rub. in cauſis crimin. nu. 30. Nascard. concl. 738. nu. 1. Farin. q. 56. nu. 447.*

Secundò fuit etiam probatū d. Patrem Filippi Mariæ falsum depoſuisse, dum dixit filium sine eo non fuisse ſolitum negotiari, nàm conuincitur primo per D. Balzanum d. proceſs. fol. 146. Rouegliam fol. 182. 183. & fol. 191. & Brettam fol. 312. 314. 320. & 321. Illuſt. Co. Lignanum fol. 379. qui omnes affirmant ſecum ſeparatim tractaſſe, & fuisse ſolitum etiam per mundum in diuerſis Regionibus negotiari, & mediatorem in Ciuitate Bononiæ extitiſſe pro vendendis gemmis, & alijs ſimilibus, qui cum ſint in hoc conteſtes, pleniſſimæ probant, etiam ſi duo
20 tantum eſſent *Bart. in l. admonendi nu. 48. ff. de tut. turan. Bald. in l. fin. nn. 10. verſ. & ſcias & nu. 14. C. de probation. deciſ. 539. nu. 1. & deciſ. 772. nu. 1. p. 2. in recent.*

Tertiò, quia fuit iuſſus ex parte Perill. & Excellentiſs. D. Iudicis ad inſtantiam eo-
21 rumdem DD N. & N. vt ſe præſentet, & noluit comparere, & ſubijcere ſe interrogatorijs, in tantum vt habeatur pro non examinato, imò & pro doloſo *Bart. in tract. ad reprobationem teſtium nu. 71. & ſeq. Nel. poſt Bald. & Io. Andr. in tract. de teſtib.* regiſtrat. poſt *conſ. qq. & tract. Bart. nu. 99. Farin. q. 73. nu. 14.* Et melius *poſt Boſſ.* & alios tenuit *Caball. var. reſol. Crimin. caſu 55. nu. 2.*

Addamus ijs omnibus optimam famam eorumdem DD. Querelatorum, quorum vnus eſt octuagenarius, probatam per plures teſtes, & reſpectu dicti octua-
22 genarij per eundem Bartestem Partis Aduerſæ d. proc. fol. 59. qui cum ſit approbatus à parte in hoc reprobari non poteſt vulgata *l. ſi quis teſtibus C. de teſt.* & quod idem D. N. ſemper certioratus de rebus furatis à DD rerum furatarum, illicò reuelauit illis, quibus fuerunt derobatæ, vt affirmant D. Alexander Bonuaſius fol. 362. Illuſt. D. Co. Conſtantius Bentiuolus fol. 372. D. Vincentius Ghiſellus fol. 402. ex ijs enim tollitur omnis exaduerſo ſiniſtra opinio *Graſ. conſ. 57. nu. 23. lib. 2.* Addamus etiam Gemmas, & Pirra publicè, & palam fuiſſe empta, & tenta, adeoquod non præſumatur ſcientia rei furatæ *Farin q. 177. nu. 25.*

Non enim eſt omittenda renunciatio querelæ factæ d. Bartolomeo, ſaluo iure pro recuperandis ab eo rebus, in tantum, vt lis dicatur finita, vt per omnes ſcriben-
23 tes in *l. poſtquam lites C. de pactis*, nec dari regreſſum poſt renunciationem probat *tex. in l. deciſſe cum vbi not. ff. de iudicijs l. qui deſtitit. ff. ad Trebel.* & in *l. accuſati C. qui accuſ. non poſſ.* ex hoc, quia actio ſemel extincta non reuiuiſcit, in tantum, vt nec minor reſtitui poſſit in integrum *Ozd. de reſtitut. in integrum p. 1. q. 4. nu. 69.*

Et ex his certiſſimè eſt locus abſolutioni, prout &c. Saluo &c.

CONTROVERSIA LXXIII.

Pro eadem Cauſa.

SVMMARIVM.

EMptor rei furatæ tenetur reſtituere, vel ſi non habet indicare rem detinentem, nu. 1. declara, num. 6. & 7. & nu. 17.

Iudex

Iudex non potest procedere in criminalibus, non constito de corpore delicti, nu. 2.

Scientia non præsumitur, nu. 3.

Maximè si agatur criminaliter, nu. 4.

Quãdo extant plures res eiusdem qualitatis, non potest dici probata identitas, nu. 5.

Emens rem furatã bona fide, non tenetur ad custodiam, nu. 8. & 11.

Tex. in c. qui cum fure, ext. de furtis, & in l. cimile C. eod. declaratur, nu. 9. & nu. 15.

Text. in l. si creditor C. de pignor. act. declaratur, nu. 10.

Continuata possessio non præsumitur, quando allegatur ad damnum eius, qui possidet, nu. 12.

Occultatio malitiosa non præsumitur, nu. 13.

Tex. in l. 2. S. dimus ff. de iure fisci declaratur, nu. 14.

Emens rem furatam tenetur docere, à quo illam emerit, vt furti præsumptionem excludat, nu. 16.

Existentia rei furatæ est probanda per allegantem, nu. 18.

Emens rem furatã bona fide, & illam vendens, non tenetur restituere pretium, nu. 19.

Rei vendicatio non datur contra eum, qui dolo desijt possidere, quando ante litem contestatam desijt possidere, nu. 20.

Testis vnicus sufficit ad detegẽdam innocentiam inquisiti, nu. 21. etiam si sit inhabilis, nu. 22.

Non dicitur testem examinandum non esse extra articulos, quando articuli fuerunt producti cum clausula, omni meliori &c. & quando simpliciter iurauit dicere veritatem, n. 23.

Testis potest se corrigere, antequam recedat à loco examinis, nu. 24.

Habitantes in domo præsumuntur præsentes gestis in domo, nu. 25.

Testes sunt concordandi, etiam si vnus dixerit interfuisse, & alius non, nam potest esse, quod vnus intellexerit de præsentia corporali, & alius de intellectuali, nu. 25.

Testiũ dicta non sunt cauillanda, n. 26.

In criminalibus probationes debent esse luce meridiana clariores, nu. 27.

Excluditur scientia furti, dum quis fuit solitus alia furta certorare, nu. 28.

Et quãdo quis in apotheca monstra retinet rem furatam, nu. 29. & 30.

Aurifices, & Mercatores non tenentur exprimere, à quibus emerint, etiam si res furtiua penes eos reperiatur, nu. 30.

Adsit Deus, & Virgo.

PErillustris, & Excellentissimus D. Auditor in hac causa criminali de pluribus dubitat cõtra DD. N. & N. & primò, quod licet ijdem N & N. Margheritas post festũ S. Bartholomæi emerint, nihilominus ad
1 earum restitutionem teneantur, vel saltem Indicare, vbi reperiuntur, per *tex. in c. cum fure ext. de furtis*, & quatenus non fiat Indicatio, dixit præsumendum esse illas per ipsos possideri, vel dolo desijsse possidere, per *tex. in l. si creditor C. de pignor.* imò malitiosè occultasse *glos. in l. 2. C. de eden.* & alijs adductis, minusq; dixit operari, qđ allegetur illas tradidisse Phi-

lippo Mariæ N. cum in hoc plena traditionis probatio requiratur, cum non sufficiat talis nominatio, & subtilizando sibi suasit non probari, ex attestatione Bonetti ad defensam dd. DD. N. & N. examinati, primò, quia vnicus *c. admonere 33. q 2.* Secundò, domesticus eiusdem N. & in illius apotheca operarius *l. fin. ff. de testib.* & tantò magis, quia tractat de se exonerando, quia per Bollettinum sibi præseratum constabat, Margaritas, si tunc penes N. fuissent erat ipse N. astrictus illas reuelare, & quia ex pluribus præsumitur cognoci contrarius, & ex his motiuis præsupposuit posse deuenire ad Condemnationem eorumdem N. & N. absq; alia probatione, dicens de dolo, & fraude satis constare, eo quod solus D. N. die 24. Augusti festi S. Bartholomæi dd. Margheritas emit, Intantum, vt sit impossibile, quod ea eadem Margaritas vendiderint d. Philippo Mariæ tempore per eos expresso, & dixit alios testes examinatos de falsitate in plurib⁹ esse conuictos.

Hæc, ni fallor, sunt ea, quæ contra dd. DD. N & N. allegantur, quibus sigillatim respondetur, prius aduertendo, quod in casu nostro non constat, vt alias diximus
2 de delicto, sine quo accusatio, seu querela procedere non potest, notant *DD. in l. licitatio §. quod illicitè ff. de publican. & vectig. Bart. in l. 1. C. quando ciuilis actio criminalis. & c. & in l. fin. ff. de priuilegiis delictis* & de iure municipali extat *Stat. nostrum crimin. lib. 5. rub. 2.* de personis, quæ accusare possunt in princ. ibi, *de quolibet crimine publico, vel priuato &c.* Querela enim legitur sub die 19. Septembris, continens, quod scienter ijdem DD. N. & N. emerunt scienter rem furatam, & petitur eos puniri, processu. off. fol. 443. talis tamen scientia non probatur, nec minus præsumitur
3 *l. verius ff. de probat.* & alias super hoc expressis, addo *Mohed. decis. 4. de probat. n. 1. &*
4 *seq. Seraf. in decis. 133. nu. 2. & Crescentius* ab eo allegatus, eo magis in pœnalibus, & criminalibus *§. si quis autem, & §. hinc nobis in fine, vers. si vero ex rissum, in auth. de haered. & falcidia. Sard. cons. 328. nu. 29. lib. 3. Idem Seraf.* post plures *decis. 991. nu. 2. Bertazol. cons. crimin. 319. nu. 12. lib. 2. Farinac. cons. 125. nu. 8. lib. 2. in Crimin. Pena decis. 151. lib. 2. decis. Crimin. collectarum per Farinactum*, & nouissimè *Gratian. in discept. Forensibus c. 625. nu. 11. & c. 707. nu. 13. & 15.* qui omnes affirmant scientiam non præsumi etiam aliquibus præcendentibus coniecturis, minusq; constat gem-
5 mas fuisse eas, quæ derobatæ prætenduntur, maximè, quia Testes examinati dixerunt plures reperiri eiusdem numeri, & qualitatis *Bart. in tract. testimoniorum nu. 30. Bald. in tract. ea materiam testium, vers. conuenticulam num. 2. Dec. cons. 101. Crauet. cons. 244. nu. 2. Mastard. concl. 497. nu. 5. &* 6. & in criminalibus non præsumi Identitatem, post alios dixit *Follerian cons. Crimin. 140. num. 17. lib. 1. diuers.* ex tali igitur æquiuoca probatione non potuit procedi, *Idem Mastard. concl. 884. nu. 5.* & omnia reddunturnulla, ad *text. in l. 1. ff. ad Sen. Cons. Sylan.* non erunt ergo obli-
6 gati ijdem N. & N. prætensas Margheritas restituere, minusq; Indicare, licet ex eorum mera benignitate expresserint vendidisse Philippo Mariæ, N. Nemo. n. cogitur dare, quod non habet, & sic non posunt eas penes se non existētes DD. Accusatoribus tradere, & sat est se negare illas habere *Bart. exadu. allegat. in l. sine possidetis num. 5. C. de probat.* & ibi, etiam *Bald. nu. 1. vers. aut ille, qui olim posseati, &*
7 *Castr. nu. 9. Alciat. de præsumpti. reg. 2. cap. 21. nu. 6.* nec minus tenebantur nominare, cui rem furto suppositam tradiderint, cum sint Homines probatæ famæ, & optimæ conditionis, vt distinguendo opiniones affirmat *Aug. Arimenensis ad Ang. de Maleficijs in tit. attam vellum calefiat fcaeratam nu. 19.* probat etiam *text. in l. non omnes §. à Barbaris ff. de re milit.* & hanc esse communem opinionem, post *Cyn.* dixit *Causter. ad Capellam Tolosanam decis. 151. vers. secus si erat bona fama hactenus. de præsumpt.*

sumpt. lib. 5. præsumpt. 29. nu. 4. minusq; rem mobilem furtiuam bona fide emptam
8 quis tenetur ad custodiam *Alciat. d. c. 21. nu. 9.* dicens id clarum esse, cũ non agatur de commodo possidentis.

9 Nec prædictis contradicit *tex. in c. qui cum fure* exaduerso allegatus *ex. de furtis* loquitur. n. ibi I. C. de participatione furti ob lucrum à fure consecutum, ibi, *qui cum fure partitur, occidit animam suam*, ibiq; id aduertit *Abb.* dicens, non. n. est licitum aliquid capere à fure, vt non Indicetur, vel occultetur.

Nec facit *tex. an. Lituile C. de furtis, & ser. corrupto*, nam loquitur ex Vrbanitate, & de Indicatione furis, non autem, quod quis astringatur, vt probant *Glos. & DD.* Inter quos *Sicardus nu. 7.*

Refutatur etiam, id quod dicitur, quod cum non Indicent de præsenti, vbi Mar-
10 gheritæ reperiantur, præsumantur hodie illas possidere, vel dolo desijsse possidere, eo quod *tex.* in hoc exaduerso ponderatus in *l. si Creditor C. de pignor. act.* loquitur de eo, qui est in culpa, & extra terminos nostros, & *Salicet.* pariter adductus in *l. non ignorabit nu. 4. C. ad exhiben.* requirit possessionem de tempore ceptæ
11 litis, & quod quis ex post dolo desierit possidere, non. n. ipse affirmat bona fide ementem præsumi ex post dolo desijsse possidere, & contra *Abb.* opinionem, & sequacium *in c. cum ad sedem de rest. spoliat.* stat communis opinio, vt in Individuo probat *Alciat. d. reg. 2. cap. 21. nu. 6. vers. secundus casus*, & melius *Menoch. in allegat. præsumpt. 64. lib. 6. nu. 38.* dicens præcisa verba *non. n. potest quis asserere ille olim possedit, ergo etiam nunc possidet, & nu. 39.* dixit præsumptionem continuatæ possessionis non præsumi, quando allegatur possessio ad damnum eius, qui olim possedit, & in puncto, quando non constat de possessione de præsentio, nisi per Confessionem partis, vt non Inferatur, quod de præsenti possideat, cũ cõfessio de tempore
13 ad tempus non possit Inferri, nec præsumitur malitiosa occultatio, probat *glos. in l. 2. in verbo exhiberi C. de eden.* eo quod *tex.* loquitur extra terminos allegatos, nec
14 id probat alius *tex.* memoratus *in l. 2. in S. si vas. ff. de iure fisci*, nam loquitur de eo qui penes se habet Instrumenta, nec vellit ea exhibere fisco, ita ibi declarant *Albericus & alij.*, ita etiam ponderatur *glos. in l. 3. ff. de eden. & sb Oddofred. Angel. & cæteri* loquentes de probationibus fisci fauore exhibendis, & *Farinac. conf. 129. nu. 7. lib. 2.* loquitur fauore Ecclesiæ, & sic non applicantur: Non ergo credimus eos dem DD. N. & N. teneri concludenter probare se dictas mar-
15 gheritas Philippo Mariæ N. tradidisse, quia nec id probant *tex. allegati in d. cum fure, nec in l. maiorem C. ad l. Corneliam de falsis, nec Alex. conf. 206. lib. 6. nu. 5.* nec *Farinac. d. conf. 129. nu. 4. lib. 2. nec Mascard. concl. 833. nu. 12. & seq.* nec alij ad hanc opinionem probandam adducti, ipsi enim solum concludunt, quod si penes aliquem res furata reperiatur, tenetur indicare furem, vel plenè docere ab eo rem furatam habuisse ad tollendam omnem suspicionem, quæ contra ipsum posset haberi de furto, & id etiam probat *tex. in l. qui vas S. qui furem nouit ff. de furtis.* Sat enim fuit docuisse eas emisse à Pistello, prout & ille confessus fuit, dicens &
ipse illas emisse à Gratiano Aurifice in Ciuitate Ferrariæ proc. offensi. fol. 340.
16 ex his ergo detecta est eorum innocentia, & omnis furti præsumptio cessat, aliud. n. est, quod quis alleget authorem rei furatæ, nec de authore doceat, aliud. n. est, quod quis authorem det, qui cõfiteatur venditionem eiusdem rei, vt supponitur furatæ, vt in casu nostro, vnde vanum est dicere, quod ipsi N. & N. qui
17 bona fide emerunt, teneantur illas restituere, cum penes se non reperiantur, & quorum assertioni standum est secundum *communem Theologorum, & Canonistarum opinionem, Diaz. in c. peccatum de reg. iur. in 6. & in tit. de restit. in 3. parte nu. 3.* quem

refert,& sequitur *Iul.Clar.in § furtum nu.26.* & ibi *Baiard.in addit.nu.128.verſ.*Item adde, omnes.n.loquuntur, quando res furata extat *Farinac.q.177. num. 49.verſ. Hoc tamen procedit*, & pluresnumeris sequent. allegat. repr obans contrarium tenentes,

18 & talis existentiæ conditio per allegantem debet probari *Pactan. de probat.cap.7.libr.1.nu.1.& seq.& nu.41.* & in terminis terminantibus *Ludouicus Cerbonius in tract.* de reſtit. *quæſt.74. verſ. ſi Dominus ſciret*, cum ergo bona fides de tempore venditionis factæ dicto Philippo Mariæ duraret, cum ante festum S. Bartholomæi non essent præsentata bollettina significantia Margheritas fuisse derobatas, non tenentur, nec in foro fori, nec in foro Poli facere restitutionem. *Stiueller in verbo reſtituto 3.nu.7.verſ.1. quia ea durante, & verſ. 3. ibi etſi rem alienam*

19 *venditione, vel alter, non tenetur reddere pretiũ, quia dolo non deſijt poſſidere, & pretium ex re furtiua non eſt furtiuum, per tex. in d. l. qui vos ff de furtis*, sustinens, quod quis non est in mala fide vendens, dubitãs ne res sit furtiua, Idem etiam probat Idem *Cerbonius loco de quo supra verſ.nona concl.& verſ.decima concluſio.* Quamuis igitur ipsis sufficeret dicere se non habere, attamen nominarunt d. Philippum Mariam, qui ab eis emit, & Pistellum, à quibus ipsi emerunt.

Imò nec dari rei vendicationem contra eum, qui dolo desijt possidere, si ante litem

20 contestatam desijt, dixit *Ab.in c.1.in ſecunda oppoſit.ex.de alien. Iud. Mut. cauſa fict. a Iaſon, in § omnium inſt. de act. nu.78. Valacia in deciſ. Lucen. 151. verſ. & quamuis articulauerit.* Non igitur erit disputandum, an Bonetto credendum sit, cum sit

21 vnicus, quamuis vnicus ad detegendam inquisiti innocentiam *probet Alex. conſ. 115. propè finem lib. 2. Ancharr. conſ. 283.* quem refert, & sequitur *Crauetta conſ. 2. nu. 16.* & post plures affirmat *Farinac.q.55.& q.63.nu.42.& 43.* eo magis, dum iurauit dicere veritatem *Nel. de Teſtib. nu.45.* nec facit, quod sit operarius, quia nihilominus à testificando non est repellendus, cum habitet extra domum eorum, qui eum induxerunt, ita post *Crot, dixit Put. deciſ. 4. nu. 5. & ſeq. ſecundum antiquum impreſſ. lib. 1.* & quod est mirandum hoc casu etiam inhabilis admittitur *Gratian. in diſcept. cap. 374. nu. 10. Crouet. d. conſ. 2. nu. 10.* adducens concordantes, & testem familiarem de his, quæ fiunt domi, & in apotheca esse habilem *probat tex. in l. etiam, vbi DD. C. de Teſt. Benintend. deciſ 43. nu. 4. Gratian. d. c. 374. nu. 12. & 13. Maſcard. concl. 1339. nu. 7. Oran. deciſ. 35. p. 2. nu. Deciſ. crim. per Farinacium recollectis.*

Nec potui colligere in ipso aliquam considerari posse contrarietatem, & quod

23 extra articulos depositi fuerit, nam articuli fuerunt producti, & institutum iurari recipi, & examinari testes omni meliori modo &c. ad notata nouissimè per *Iaſon. Barbol. de clauſulis clauſula 52. nu. 4. & 5.* maximè dum id, quod deponitur facit ad causam, vt de connexis, & dependentibus ab articulo dixerunt *Maſcard. poſt Angel. concl. 1365. nu. 4. Idem Nel. de Teſtib. nu. 87. & Farinac. q. 71. nu. 5.* & hoc etiam, quia simpliciter iurauit dicere veritatem, vt aduertit idem *Farinac. ibi nu. 16. & 18.* & etiam *Maſcar. cod. loco nu. 7.*

Excluditur etiam omnis considerata contrarietas eodem instanti, eo quod non da-

24 tur in eodem examine antequam quis recedat à Iudice, cum possit se corrigere *Boſ. in tit. de publicat. proceſſ. nu. 29. & 32.* & in puncto *Didac. var. reſol. lib. 2. c. 13. verſ. ceterum ſi tellis Farinac q. 75. nn. 229.*

Nec dicatur D. N. affirmasse neminem fuisse præsentem venditioni; quia non intellexit de ijs, qui continuè inseruiunt, & semper in Apotheca astant, sed de personis extraneis; quia ibi inseruientes semper præsumuntur præsentes *DD. in c. cum tamen extra de Teſtib.* nec per hoc consideratur aliqua contrarietas inter N. & Bonettum, ita post *Dinum Thomam dixit Franciſcus Curt. in tract. de Teſtib. in 6. concl.*

concl. nu. 29. Imò si vnus testis deposuerit, alium fuisse præsentem, & alter neget, probant tamen, & sunt concordandi, nam potest esse, quod vnus intellexerit de præsentia intellectuali, & alter de præsentia corporali, vt pura vnus fuerit præ-
25 sens corpore, non autem intellectu, aliud cogitans, & aliud in mente habens *Bald. in l. tellium nu. 9. C. de Testib. Alex. cons. 190. nu. 6. & nu. 8. lib. 7.* Ita post plures affirmauit *Marsil. in sing. 408.* vbi contrarijs respondet *Bursat. cons. 33. n. 21. Petr. de fideicom. q. 12. nu. 1132.* Id etiam videtur probare *glos. in c. arcalaus 8. q. 3. in verbo me fecisse*, vbi habetur, quod & si testis iuret non vidisse, debet intelligi, quod ipse animaduerterit *Curt. d. concl. 57. in d. tract. de testib. Tudar. in tract. pars. cr de testib. in S. & ista quæstio nu. 3.* & abundè *N.I. loco quo supra nu. 230.* Non n. cauillanda, vel calumnianda sunt testium examina *Bald. in c. personas ext. de testib. Cur. in tract. de testib. nu. 113. Mantica decis. 190. nu. 2. Farinac. quæst. 65. nu. 74.* nec faciunt contrarietates, si verè essent, cum sint valdè remotæ *Iason. in præxi rer. mis.*
27 *c. 36. nu. 12.* & in criminalibus probationes debent esse luce meridiana clariores, ad hoc, vt quod possit condemnari *text. est in l. sciant C. de probat. & in l. absentem ff. de pœnis. Speculator in tit. de teste in S. nunc tractemus nu. 6. vers. quid si criminaliter, Mascard. concl. 1155. nu. 12. & concl. 1304. nu. 19.*

Nec dicatur varius D. N. eo sub prætextu, quia primò dixerit D. Philippum Mariam emisse, & in secundo constituto dixerit se fuisse mediatorem, quia vtrumq; dictum fuit hortor, emit animum N. & idem est, qui apothecam retinet apertam *Rota Genuæ decis. 13. nu. 17. & decis. 127. num. 8.* & sic alter N. octuagenarius ex post declarauit.

Concludo igitur cum *Bos. in tit. de indicijs, & confider. ante torturam nu. 55.* nec minimam potuisse contra dd. querelatos oriri suspicionem, nec est omittendum quod B. testis à querelantibus inductus affirmat dd. DD. N. & N. esse probatæ vitæ, adeout eius attestatio non possit reprobari *l. si quis testibus C. de testib.* & d. alterum
18 N. scripsisse fuisse solitum in actu certiorationis furtorum denunciare res furatas officio criminali, quod & affirmant illustris. Co. Constantius Bentiuolus, D. Vincentius Ghisellus, & D. Alexander Bonuasius, ad trad. per *Gratum cons. 57. nu. 23; vbi plura in præcedenti Contr. dixi.* Tollitur q; omnis sinistra opinio eo, quod si N. fuisset certioratus de furto, nec Margheritas, nec Petra in nostra suæ apothecæ retinuisset, prout retinuit, cum ab omnibus transeuntibus videri pos-
29 sent, probat *Roland. cons. 45. nu. 25. lib. 1.* & in terminis non possit suspicari contra eum, penes quem reperitur res furata, si in publico retineatur, decisum fuit in *Regia Cancellaria Cubalutis*, vt affirmat *Regia rat. decis. 73. nu. 3. Farinac. quæst. 177. nu.* 25. Quare locus est absolutioni, maximè, quia DD. volentes induci suspicionem, quando non datur author, qui rem furtiuam tradidit, non loquuntur de Auri-
30 cibus, Mercatoribus & similibus, nam minimè astringi possunt dicere à quibus emerint, siue bonæ, siue malæ sint fame, nec contra eos suspicio aliqua datur *Clar. in S. fin. q. 11. nu. 41.* & post *Bonifacium ainæ Farinac. q. 175. nu. 9. in fine*, & in puncto de Strazarolis Bonon. loquitur *Angel. in tract. de Malef. in rub. & vellem celellem tor-deretam n. 29. ad fin.*, & sic aliter diceretur, ipsi non essent securi negotiari. Addimus furem reperiri in fortijs Curiæ, cui Accusatores peperterunt, saluo iure recuperandi res furatas, quare non solum est locus absolutioni, sed aduersarios tum in expensis condemnationi, saluo tamen &c.

CON-

CONTROVERSIA LXXIV.

Pro M. D. Cornelio de Bertis Iun.

SVMMARIVM.

GRauamen non potest imponi in legitima filio debita, nu. 1.

Pater potest instituere filium in tota hæreditate, cum onere, quod renunciet legitimæ fauore substitutorum, vel cum in legitima tantum instituere, nu. 2.

Et filius hæreditatem acceptando subijcit etiam portionem legitimæ fideicommisso à Patre instituto, nu. 3.

Ex immixtione in bonis Patris per filiũ dicitur acceptata hæreditas, cum gratiamen renunciationis legitimæ, n. 4.

Scriptura munita duobus testibus, instrumentis adminiculis, probat contra creditorem habentem Instrumentum posterius, nu. 5.

L. scripturas C. qui potiores in pignore habeantur, declaratur, nu. 6.

Statutum Bonon. in rub. quod scriptis, & libris Mercatorum S. declaratæ, non tollit dispositionem iuris communis, nu. 7.

Adsit Deus, & Virgo.

MAgnificus D. Cornelius de Bertis dum viueret Primarius in Ciuitate hac nostra Bononiæ Causidicus, vt affirmat *Scap. de Iure non scripto lib. 3. cap. 25. nu. 6.* in suo vltimo cum quo obijt testamento, omissis pluribus legatis, instituit hæredem vniuersalem D. Io. Baptistam eius filium legitimum, & naturalem, cui D. Ioanni Baptistæ quandocumq; decedenti cum filijs masculis legitimis, & naturalibus illi substituit filios masculos, & illis quandocumq; decedentibus illorum filios masculos, & descendentes in infinitum, iuxta graduum prærogatiuam vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum; Prohibuitque dicto Dom. Io. Baptistæ, & eius filijs, & descendentibus prædictis alienationem quorumcumque bonorum ipsius Testatoris, & quemuis contractum tam inter viuos, quam ex causa mortis, quo mediante distraherentur, & alienarentur quouis titulo, & causa, bona ipsius Testatoris, quia in effectu voluit omnia bona sua permanere, & stare debere in agnatione sua, & inter institutos, & substitutos in perpetuum, ita vt hæc intelligatur fideicommissum simplex, & absolutum, & nullatenus in casu alienationis; Prohibuitq; d. D. Io. Baptistæ detractionem cuiuscumq; legitimæ Trebellianicæ, & cuiuslibet alterius portionis sibi de Iure debitæ, & pro maiori robore, & firmitate mandauit, quod d. D. Ioannes Baptista deberet infra mensem proximum à die mortis d. Testatoris, renuntiasse, & renuntiare cum Iuramento, & alijs solemnitatibus requisitis detractioni ipsius legitimæ, & trebellianicæ, & testamentum prædictum acceptare, & ipso non acceptante, illum hæreditate, & bonis ipsius D. Testatoris priuauit, & quamcumq; institutionem de-

eo,

eo, & eius filijs factam reuocauit, & ipsi D. Io. Baptistæ solum iure institutionis reliquit legitimam in bonis ipsius Testatoris, & tali casu in residuo bonorum ipsius Testatoris hæredem vniuersalem instituit M. D. Iuniperam eius vxorem, pluresq; alias fecit substitutiones.

Mortuo d. Testatore, d. D. Io. Baptista eius filius, nec infra mensem, nec ex post se declarauit, sed in hæreditate paterna ablq; Inuentario se immiscuit; Modo quæritur vtrum ipse, seu habentes causam ab eo, possint detrahere dictam legitimam, & an Testator potuerit sic disponere.

1 Et prima facie videtur dicen. quod prohiberi non potuerit, nec minus imponi grauamen in legitima filio debita, *l. quoniam in prioribus C. de inoff. testamento*, & habetur in *decis. 355. nu. 2. parte 6. diuers. & attestatur Merlin. in tract. de legitima lib. 3. tit. 2. q. 2. & alijs seqq.* Contrarium tamen in casu nostro videtur dicen. eo quia Testator noluit aliter priuare d. D. Io. Baptistam sua legitima, aut aliquo onere eum

2 grauare, sed voluit, quod idem D. Io. Baptista haberet, vel legitimam suam purè, & simpliciter, & absq; alio onere, vel reliquum suæ hæreditatis cum onere fideicommissi, dicens, quod si d. fideicommisso super d. tota hæreditate nollet contentari, eum tantum instituebat in legitima de iure debita, & sic patet, quod idem D. Testator in arbitrio eiusd. D. Io. Baptistæ posuit quid ex præd. vellet, dispositio tamen, quod vno tantum contentaretur, prout ei placeret, & consequenter absq; aliqua hæsitatione voluit, quod si hæreditatem acceptaret, non haberet legitimam, sed totam hæreditatem cum onere fideicommissi.

Stante modo ista voluntate Testatoris, æquitur, quod nedum reliqua pars hæreditatis habebat in se onus fideicõmissi, sed etiam eius acceptatio habebat onus

3 non petendi legitimam, & idcircò, cum D. Io. Baptista nedum tacitè, sed expressè testamentum ab eo in pluribus instrumentis memoratum, acceptauerit, & sic paternum Testamentum comprobauerit, dicitur tali onere fideicommissi sibi iniuncto consensisse, & ad illud se obligauit, *l. si cui in prine. ff. de condit. & demonstrationibus*, & sic dicitur legitimæ suæ, & omnibus eius iuribus renuntiasse eum in eius arbitrio, esset vel legitimam cum suis priuilegijs, & iuribus habere, vel hæreditatem totam consequi, vt doctissimè dixit *Socsun. cons. 122. nu. 8. & seqq. lib. 2.* vbi multæ rationes adducuntur *Cur. Iun. cons. 159. lib. 2. nu. 5.* qui sustinet Patrem non fuisse impium contra filium, dum posuit eum in electione, an legitimam purè, & simpliciter, vel totam hæreditatem cum toto fideicommisso acceptare vellet, *Ioseph. Ludouic. post plures in decis. Lucens. 28. nu. 45. & seqq.* qui testatur de cõmuni dicens, quod filius non fraudatur legitima portione, quando ei multum plus relinquitur, quo casu non potest considerari aliquod grauamen, adducẽs etiam *Cuch. in tract. de legitima in §. nullum grauamen admittitur nu. 17.* Iubinugens acceptationem filij censeri ex immixtione in hæreditate *Dilect. in tractatu de arte Tellan. sit. 3. caut. 31. num. 6.* dicens & ipse sufficere immixtionem ad approbationem testamenti, *Amb. Opuscenus in l. filius familias §. diuus ff. de leg. 1. nu. 44. Cagnol. in l. Papinianus in §. meminisse nu. 17. in fine ff. de inofficioso Testamento Aleias. cons. 493. nu. 4. Marzarius abundè in Epitom. fideicommissi in q. 50. per totam Cephal. cons. 153. nu. 4. vers. 6. & nu. 91. lib. 2. Grammat. cons. ciuil. 145. num. 3. Alexander Raudes. in tract. de Analogis cap. 1. nu. 3. Berous. cons. 93. nu. 13. lib. 2. Oddus cons. 63. nu. 23. Menoch. cons. 71. nu. 9. Peregr. de fid. art. 36. nu. 62. Fachin. contr. Iuris lib. 5. c. 96. per totum, vbi rectè hanc opinionem sustinet Mangil. in tract. de Imput. quæst. 118. nu. 4. 5. 6. Merlin. de legitima lib. 3. tit. 2. quæst. 8. nu. 5. & nu. 9. & post infinitos nouissimè Fusar. in quæst. 295. num. 61.* vbi asserit etiam cum *Antonio Gabriel.* esse opinionem magis cõmunem *Franch. decis.*

decis 293. par. 2. in fine, & ita pluries tenuit *Sac. Rot. vt in decis. 206. nu. 4. & in decis. 479. nu. 8. & in decis. 653. nu. 13. part. 1. in recent. Beltramin. ad Ludouisium decis. 489. num. 27. vers. & vt filius, & decis. 9. part. 7. diuers. n. 43. Ferentil. ad Burattum decis. 922. nu. 11. vers. hinc datur Cautela.*

Ad secundum punctum, an D. Cornelius Iunior actor debeat consequi Dotem Dominæ Lauiniæ eius Matris, & sit anterior, itaut hypotheca, & obligatio bonorum Patris incipiat de anno 1591. de mense Maij, quo tempore ol. Mag. DD. Laurentius, & Alexander de Ghetijs fratres obligando se, & sua bona, soluere promiserunt D. Io. Baptistæ eius Patri lib. 7000. modis, & temporibus in scripto priuato expressis pro Dote eiusdem Dominæ Lauiniæ eorum Sororis sponsæ d D. Io. Baptistæ, & vt in Processu fol. 245. vbi leguntur subscriptiones eiusdem D. Io. Baptistæ dd. DD. de Ghetijs, & duorum Testium, & sic d. D. Cornelius pro dote materna excludat illos de Gattis prætendentes de mense Nouembris eiusdem anni emisse bona, quæ petuntur, & in casu nostro minimè videtur dubitandum, eo quod dicta scriptura reperitur per d. D. Io. Baptistam contra dd. de Ghetijs producta, & super ea præcedente contentioso Iudicio fuit transactum de anno 1593. 29. Martij, & id constat per acta Iudicialia, & Instrumentum, de quibus in proces. fol. 240. ad fol. 252. quo casu ex pluribus subsistentur hypotheca ab illo die factæ promissionis, vt in scriptura etiam ad præiuditium posteriorum habentis Inst. nam stante subscriptione duorum testium iuuant nedum acta Iudiciaria, sed quæuis adminicula, vt dicit *Gabr. in concl. 10. in fin. ac probat. num. 10. & 15.* & eo magis, quia sunt lapsa tempora proponendæ quæstionis, & sicut debitor nunc non posset ipsam exceptionem proponere, ita nec creditores, & habentes causam ab eo per *text. in l. sicut C. de non numerata pec.* vt in indiuiduo dixit *Fulgos. in cons. 132. nu. 1.* qui loquitur de confessione dotis, prout *Fusc. in lit. S. conc. l. 71. nu. 89.* dicens in dubio esse iudicandum pro dote, & sic nec antidata, nec falsitas, vt supponitur, potest argui accedente negocij, & rei verisimilitudine, cum non sit credibile, quod sponsalia fuissent celebrata sine dotis promissione, & valeat argumentum à communiter accidentibus, vt concludit idem *Fulgos. nu. 2.* & stantibus adminiculis dari retrotractionem, dixit *Colla in tract. de retrotractis in casu 6. in 8. capite nu. 4.*

5 Dispositio enim d. legis *scripturas* fundata est in suspicione fraudis, quæ per antidatam committi potest, ne sit in arbitrio solius debitoris, ex priuata scriptura à se longum post interuallum confecta prælato in ea die ius prioris creditoris tollere, vt ibi aduertunt *Doct. & Tiraquel. in tract. de retract. conuentional. §. 1. glos. 7. num. 42.* Vnde cessante huiusmodi suspicione, siue per veras, & certas probationes, siue per alias similes circunstantias, & coniecturas, cessat dispositio *d. l.* & prætertur creditor anterior, qui nititur d. scriptura priuata, quæ suum effectū operatur etiam contra Creditores hypothecarios, & sic refert decisum fuisse per *Sac. Rot. coram Seraph. Graian. in assceptat. cap. 381. num. 7. & seqq.* dicens ad similem probationem admittenda esse adminicula, imò solum luramentum suppletorium, cum hoc in casu non agatur de probatione crediti, sed solum de hypotheca, vt *nu. 9. Alexander Trentacinq. variarum Resolut. lib. 2. in tit. de fiat insinuat. resolut. 12. nu. 22.* asserens, quod id, quod dicitur in *d. l. scripturas* non fuit introductum pro forma *Marescot. variarum resolut. lib. 1. cap. 79. nu. 11. & seqq.* eadem *Genua in d. concluſ. 2. nu. 18. Tulch. in lit. S. conclus. 79. nu. 78.* affirmans & ipse sufficere, vt constet de veritate quoquo modo, quia subscriptio trium Testium non est de substantia.

Hic

Hic autem cadunt plures verisimilitudines.
Primò, quod mulier esset tunc nubenda, & consequenter dotanda.
Secundò, d. scriptura fuit de anno sequenti 1592. 13. Ianuarij producta, & postea iubente Iudice recognita sub die 24. Ianuarij eiusdem anni, & mensis.
Tertiò, fuit factum iudicium acerrimum, & responsum positionibus.
Quartò, fuit super eo transactum etiam medio Iuramento, & fuit affirmatum d. scriptum esse verum, & executioni fuit demandatum.
Quintò, eo tunc nulla poterat adduci suspicio fraudis, cum D. Io. Baptista etiam in vim Testamenti Patris nubere deberet, nec poterat tunc hic casus diuinari.
Nec aliquid facit *Statutum in rubrica, quod scriptis, & libris mercatorum* §. *declarantes*, quia licet disponat, quod scriptura priuata legitimè recognita habeat vim publici Instrumenti à die recognitionis, & quod à dicta die bona sint obligata, tamen id minimè tollit, quod ex dispositione Iuris continetur, & quod scriptum est in augumentum, non debet operari diminutionem, vt ibi aduertit *Montrerent. in verbo, sed caue.*
Ex his enim creditur M. D. Cornelium Iuniorem fouere bonum Ius, & bona omnia per Auum tenta deberi, nulla facta deductione, saluo tamen &c.

CONTROVERSIA LXXV.
Pro Illustriss. DD. Co. de Pepulis.

SVMMARIVM.

Fideicommissa in contractu, & donatione, imò in epistolis constitui possunt, nu. 1.
Contrarium declaratur, nu. 2.
Si verba concepta obuentionem bonorũ, & successionem importent, nu. 3.
Fideicommissum in contractu non sustinetur, si quinque testes in instrumento non interuenerint, nu. 4.
Aliud est, quod oratio sit coniuncta, vel separata, nu. 5.
Legitimatus habetur, ac si natus esset quis in matrimonio, nu. 6.
Secus si constet de voluntate contraria disponentis, nu. 7.
Quisque sibi, & posteris suis perspexisse censetur, nu. 8.
Clausula, sine præiuditio, operatur, ne fiat præiuditium debentibus succedere ex iure de præterito, nu. 9.
Legitimatus est incapax emphiteusis ecclesiasticæ, nu. 10.
Æquale fideicommissum per fideicommittentes absolutè remitti potest, nu. 11.
Donatio inter Patrem, & filium potest reuocari vsq; ad mortem, nu. 12.
Donans alicui fundum, vt post eius mortem sit Ecclesiæ, poterit remittere tale pactum donatario in præiudicium Ecclesiæ, nu. 13.
Non tamen fauore matrimonij, quia esset circumuentio nubentium, nu. 14.
Tertius si est in potestate prouidentis, ita quod prouidendo sibi resultat prouisionis effectus, poterit prouidens à tali prouisione recedere, nu. 15.
Contractus ante ratificationem potest re-

reuocari, nu. 16.
Clausulæ solitæ apponi in contractibus, censentur potius appositæ ex stilo notariorum, quam ex pacto deliberato, nu. 17.
Donatio inter Patrem, & filium non validatur iuramento, nu. 18.
Maximè cum habeat naturam vltimæ voluntatis, & possit reuocari, nu. 19.
Primus acquirens potest præiudicare filijs, & alijs successoribus, nu. 20.

Adsit Deus, & Virgo.

ANno 1587. die 14. Augusti, Illustris. DD. Marchio Vgo, mediante Procuratore, & Co. Iacobus, & Ricciardus omnes fratres de Pepulis, in Ciuitate Venetiarum degentes, pro conseruatione, & manutentione nobilissimæ eorum Familiæ, sibi, & eorum, & cuiuslibet ipsorum posteritati, & familiæ, ac masculis descendentibus, prospiciendo per viam pactorum cõcordiæ, ac in vim donationis irreuocabilis inter viuos, voluerunt, disposuerunt, & promiserunt, & quilibet eorum promisit, & conuenit inuicem, & vicissim alter alteri omnia eorum bona &c. reseruata sibi quadam parte ad effectum testandi, peruenire debere post mortem eorum, seu cuiuslibet eorum, si sine filijs masculis, & descendentibus decesserit, vel eorum, vel cuiuslibet eorum filij masculi, & descendentes sine filijs, & descendentibus masculis, quandocunq; obierint, ad superuiuentem, siue superuiuentes, siue præmortui, & præmortuorum filios, vel descendentes masculos, & ex legitimo matrimonio natos, & non legitimatos ordine quo infra. Ita quod si omnes obierint cum descendentibus, bona cuiuslibet eorum gradatim deueniant in eorum, & cuiuslibet ipsorum descendentes in perpetuum; & deficientibus quandocunq; masculis descendentibus legitimis, vt supra, alicuius, vel aliquorum ex eis, tunc & eo casu bona prædicta deueniãt in alterius, & seu aliorum duorum, & ad vtriusq; singulos descendentes, secundum graduum prærogatiuam in stirpes &c. & succedentiuè deueniant in alios modo quo supra; ita tamen, quod fœminæ semper sint excluſæ.

Et deficientibus masculis legitimis, succedant illegitimi ad hæc ipsorum bona, & ipsorum successionem sufficienter legitimati, ipsorumq; descendentes in totum, vel pro ea parte, quam capere poterunt, & cum alijs substitutionibus, & conditionibus, prout in Instrumento clausulis generalibus roborato, cum quatuor testium præsentia, rogato per Ser Hieronymum Sauinam.

Eodem anno 15. Decembris dd. Illustris. Fratres, & respectu d. Co. Ricciardi minor 25. annis, cum præsentia Iudicis, & Curatoris, volentes talem conuentionem, & pacta moderare, pepigerunt, & voluerunt licere eisdem tribus tantum de bonis prædictis donare, & distrahere quouis titulo pro valore scut. 12. mill. pro quolibet; residuum verò quodcunq; dd. bonorum conuenerunt eisdem Illustris. Fratribus, & eorum cuilibet nominatim, non tamen alijs ex vocatis, vel comprehensis in dicto priori Instrumento inter se ipsos tres Fratres nominatim, & non in alios, vel inter alios alienare, dare, cedere, & transferre tam inter viuos, quam in vltima voluntate, & derogarunt prædictæ anteriori conuentioni, & pactis ab eis recedentes, & remittentes inter se iuramẽta &c. quoad superius expressa, non quoad reliqua in d. conuentione promissa ex Instrumẽto rogato Ser Cæsare Furlano.

1588.23.Nouembris, scientes dd. Illustris. DD.Marchio Vgo, & Ricciardus in conuentionibus, donationibus, & mutuis pactis inter ipsos, & d.Illustris. D. Co.Iacobum eorum fratrem factis statutum esse, vt liceat sibi, & cuilibet eorum de eorum bonis, & facultatibus liberè disponere, dummodo non extra ipsos tres fratres ex rogitibus d.Furlani volentes vti facultate sibi reseruata vnanimiter, & concorditer ex mutua dilectione, & speciali amore, quibus ijdem Illustris. DD. Marchio Vgo, & Co. Ricciardus inuicem se prosequuntur, statuerunt, & conuenerunt etiam in vim irreuocabilis donationis inter viuos, causa mortis, & omni meliori modo &c. quod quandocunque alter ex ipsis Illustris.DD.March.Vgone, & Co.Ricciardo decederet sine filijs, vel descendentibus masculis legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio natis, non autem legitimatis, vel decederet cum filijs, aut descendentibus huiusmodi, qui postea quandocunq; decederet absq; filijs, & descendentibus huiusmodi, ita & taliter, quod penitus extincta foret, & esset linea, & descendentia masculina legitima, & naturalis, & nullatenus legitimata, alterius ex ipsis DD.Marc. Vgone, & Co. Ricciardo, & ijs casibus, & eorum quolibet bona illius, cuius linea sic, vt supra extincta esset omnia, & singula præsentia tantum cuiuscunq; generis, & vbilibet sita, vel existentia peruenianr, & pertineant, & ipso iure, & tacto acquirantur, & prout ex nunc, prout ex tunc, & è contra liberè, & pleno iure in casu, & casibus prædictis quilibet dd. DD. March.& Co. respectiuè omni meliori modo dimisit, & relaxauit alteri superuiuenti, vel alterius prædefuncti filijs, & descendentibus masculis natis ex legitimo matrimonio, non autem legitimatis, quam dimissionem, donationem, & relaxationem ipsi fratres inuicem acceptarunt, & quilibet acceptauit firmis manen. in reliquis ordinatis inter dictos omnes tres fratres ex Instrumento rogato per Sauianam, & voluerunt talem dimissionem, & donationem posse extendi ad consilium Sapientis, vt in Instrumento clausulis solitis, & quinq; testibus roborato, rogato per olim D.Io.Antonium Fontanam.

1591.12.Nouembris ijdem Illustris. DD.Marchio Vgo, & Co.Ricciardus in præsentia Vicarij Excellentiss. D. Prætoris ratificarunt supradictam dimissionem, & donationem, & quatenus opus sit inter se donarunt, dimiserunt, & relaxarunt, prout in Instrum. rogato per Mag.D.Herculem Fotanam, reseruata sibi facultate disponendi de Scutis 10. mill. in vltima voluntate, & vt in alio Instrumento rogato per DD. Antonium Malisatdum, & Paulum Zanium, cum interuentu nouem Testium, quod extendi etiam voluerunt ad consilium Sapientis. Quibus se habentibus de pluribus est quærendum.

Primo, an conuentio prima sit attendenda.

Secundò, an naturalis legitimatus sit in ea comprehensus.

Tertiò, an vno ex pacisscentibus, & seu donatoribus deficiente absq; natis ex legitimo matrimonio, succedat ex eo filius masculus naturalis legitimatus.

Quartò, an sibi ius irreuocabile sit quæsitum ex d. contractu.

Vel potuerint pacisscentes re integra filijs non natis præiudicare, recedendo ab ipso contractu.

Quintò, an potuerint ex post declarare primam suam intentionem.

Et ad primum videtur primam conuentionem esse attendendam, ex quo in contractibus, & donatione fideicommissa relinqui possunt *l.ea lege C. de condit. ob causam l. si ita quis ea lege ff. de verbor. obligat.* & vt scripserunt Excellentiss. DD. *Hercules de Clerico, & Cornelius de Canalibus* in eorum consulto *vers. nihilominus contrarium*, quibus addo, quod & in Epistolis, & inter absentes fideicommissum fieri potest *l. & in Epistola C. de fideicomm. ipsis.* Imò etiam libello, vel sine scriptura, imò etiam nutu,

nutu, vt in *ead.l.* paulo inferius subintelligitur, & videtur post plures approbare *Perez. in tract. de fideic. art. 1. nu. 16.*

His tamen non obstantibus, in casu occurrenti credo contrarium esse dicendum, recepti-
a ssima. n. est opinio, quod ea pacta, per quæ aliqui vocantur ad successionem alicuius, non valent, siue sint simplicia, siue reciproca *l. licet, & l. pactum, quod dotale C. de pactis l. stipulatio hoc modo concepta ff. de verb. oblig. l. ex eo C. de inutil. stipul. l. hæreditas C. de pactis conuent. Bart. cons. 212. Curt. iun. cons. 15. sub nu. 9.* & intantum est verum, vt minus talia pacta producant naturalem obligationem *d. l. ex eo, & d. l. pactum, quod dotale*, vbi *omnes* vno ore, *& d. l. stipul.* vbi *Socin. Iun.* affirmat communem esse opinionem, & nouissimè cum plurium auctoritate approbauit *Gratian. in disceptat. cap. 470. nu. 4.* dicens id veriſſimum esse, siue conuentum sit, vt hæreditas detur iure directo, siue per fideicommissum, etiam si extet iuramentum, eo dum ex eo, quod inducat votum captandæ mortis, & restringat libertatem testandi, & sit contra bonos mores, sed ex alijs pluribus causis, per *Doctores ab eo allegatos* expressis.
Nec facit, quod dicitur prædicta non procedere, quando agitur de certis bonis, non
5 de vniuersali successione, eo quod dd. Illustris. Fratres sibi facultatem testandi reseruarunt de certa summa; nam supposito id, quod exaduerso ex *Fusery* auctoritate adducitur, dicitur non operari si verba concepta obuentionem bonorum, & successionem importent, vt in casu nostro, nam licet admitti posset, quando pactum est restrictum ad certa bona, cum non videatur militare illa ratio, quod facultas testandi sit restricta, attamen militat alia ratio, quæ est finalis, & principalis, quæ pacto induci non potest, vt quis alteri succedat, vel in omnibus, vel in certis tantum bonis, ne confundatur ius vltimæ voluntatis, & contractus; quia inuenti sunt tantum certi modi succedendi, tam in vniuersum, quã in particularibus bonis speciali quadam indulgentia, & dispẽsatione, & ita in terminis, quod pactum super certis bonis sit inualidum, quando tamen per verba successionem importantia est conceptum, tenuit *Angel. cons. 66. Curt. cons. 84. lib. 3. Decius cons. 299. nu. 2. Bero. cons. 30. nu. 14. & 23. lib. 3. Socin. Iun. cons. 44. nn. 14. lib. 2. Purpurat. in l. fin. nu. 35. & 98. C. de pactis Alciat. in d. l. pactum, quod dotale nu. 19. & ibidem Claud. Aquens. C. de pactis, idem Alciat. omnino videt.* in simili pactione pro conseruatione, & magnificentia Domus, & familiæ *cons. 96. nu. 10. per totum 13. cons. 114. nu. 2. & 3. cons. 164. nu. 14.* & in alijs pluribus *Cruet. cons. 139. nu. 2. vers. secus. Simonet. inter cons. Montisfer. 131. nu. 6. cum seq. Simon. de Preis cons. 123. num. 14. &* 24. tecte ergo loquutus est idem *Alciat. d. cons. 114. nu. 3.* dicens, quod Doctores, qui videntur, tenuisse contrarium, non loquuntur, quando pactum est nullum supradicta ratione tamquam inducens obuentionem, sed quando est nullum alia ratione tamquam restrictiũ facultatis testandi, & dixit suam opinionem esse receptiſs. licet *Iaſ. Paris. Gozad. & alij moderni*, quos vidi allegatos ab *Alciato* non videantur intellexisse terminos, sed omnes rationes insimul confunderint, & id per totum *cons. ab. Alciato* sustinetur, & mẽbris nouissimè declaratur à *Gratiano in dd. disceptat. cap. 470. nu. 6.* vbi sic & ipse distinguit, aut quis simpliciter promittit, aut donat aliqua sua bona post mortem, & tunc sustinetur, secus est, quando quis vocatur ad successionem, vel per viam substitutionis, vel similem modũ, in quo addit aliquod verbum etiam mixtum, & cõmune, quod successioni conuenire possit, tunc enim etiam de re particulari, non obstante iuramento, reprehenditur, & veram, & communem Doctorum distinctionem ibi demonstratur, & hoc esse tamen fundamentum marmoreum, & insolubile dixit *Curt. iun. cons. 15. nn. 5.* & ex his resultat responsio ad sua obiecta.
Secundo, tale instrumentum vti donationis, vt affirmant exaduerso scribentes, nullius

est roboris, non præcedentibus solemnitatibus, quæ ex forma *Statut. Bonon. in rub. de Don.* quæ tamen sunt de forma, vt plena manu affirmât ibi addêtes, & *Malaut. cons. 3. nu. 20. & 21.* vbi & ipse considerat clausulam annullatiuam, inspectoq; iure communi, quinque saltem testes requirebantur ad hoc, vt fideicommissum sustineretur in contractu, etiam in vim donationis, arg. *l. vbi ita donatur ff. de donat. Cras. in §. successio ab intestato quæst. 9. nu. 4. vers. exiitimarem*, & post *Scaffelium, Alciat.* & alios dixit *Thesaur. decis. 225. nu. 7. vers. & hoc multò magis*, dicens sic fuisse decisum in quadam causa ardua Sabaudien. de Chiarasonaij, quæ fuit coram Principe disputata anno 1566. 10. Maij.

Ad secundum principale obiectum, an filius legitimatus solus ex d. D. Marchione, data validitate prætensæ conuentionis, debeat admitti, excluso Patruo, & Patruelibus, videntur obstare eiusdem conuentionis, seu donationis verba, ibi, *post mortem eorum, & cuiuslibet eorum, si sine filijs masculis, & descendentibus masculis, quandocunq; obierint, ad superuiuentem, seu superuiuentes, siue præmortui, & præmortuorum filios, vel descendentes masculos, & ex legitimo matrimonio natos, & non legitimatos*, & ibi, *& deficientibus quandocũq; masculis descendentibus legitimis, vt supra alicuius, vel aliquorum ex eis*, quæ cum sint clara &c.

Nec dicatur, quod Illustriss. paciscentes, dum locuti sunt de proprijs filijs, nullam adiecerunt qualitatem legitimitatis, intantum, vt sufficiat esse filium, vel descêdentem, nam id non procedit, quando oratio non est coniuncta, sed in casu nostro non est separata, ita post plures concordant *Peregr. de fideicom. art. 25. nu. 29. & Fusar. in quæst. 403. nu. 8. & nu. 12.* & id magis dixit admittendum, quando sæpius de qualitate est facta mentio.

Nec dicatur, quod ex legitimatione facta de filio habeatur tanquam natus ex legitimo matrimonio, vt per *Giouagnon. cons. 21. nu. 5. & seq. lib. 1.* quia vanum est, cum nec contineantur legitimati per subsequens matrimonium, quia satis constat, quod disponentes noluerunt se referre ad legem circa hoc, quod filij sint legitimi, sed voluerunt se referre ad certum modum, quo fiunt legitimi verè, & naturaliter, vel per legitimum matrimonium, adeout cessent præsumptiones, & interpretationes, cum clarè constet de eorum mente *Decian. cons. 88. num. 13. & 14. lib. 2.* & post alios *Peregr. in d. tract. de fideicommissis art. 24. nu. 28 Alciat. cons. 666.* referens sic bis, vel ter Mediolani fuisse decisum *Surd. cons. 1. nu. 19. & in decis. 319 nu. 5.* qui sic refert per Senatum Mantuæ fuisse iudicatum *Fusar. post plures in quæst. 409. nu. 37. & seq. & nu. 43.* dicens ab hac opinione non esse recedendum, *& in cons. 102. nu. 14. Castil. quotidian. consr. iur. lib. 4. & par. 1. de coniect. antiq. interpret. vlt. vol. c. 31. nu. 20. fol. 338.* & vlt. loco fuit decisum in *Rota Bonon. in causa inter Nobiles de Bologninis*, & sic non conueniunt verba disponentis in legitimatos, vt asseritur per dd. Excellentiss. Consulentes, & Doctores exaduerso, nam loquuntur, quando agitur de separata oratione, & non coniuncta, vt supra dixi.

Nec dicatur, quod quisq; sibi, & posteris suis prospexisse censetur, & dispositiones discretiuè, & diuisiuè esse intelligen. ex *Seratino decis. 1023.* & alijs allegatis, quia id procedit in casibus ab eis allegatis, quando qualitas adiecta legitimationis residet in alijs nec adest exclusiua, vt in casu nostro, vbi pactum legitur expræssum, vt supra, & aduersus allegatum *ex. in c. Vnico in fine de duobus Fratribus à Cap. inuestitus* consuluit *Federicus de Senis cons. 228. super 3. puncto*, volens in emphiteusi Fratrem masculũ præferri filiæ fœminæ, & substitutiones de alijs transuersalibus eodem modo esse intelligendas.

Nec facit id, quod dicitur aduersus clausulam, sine præiuditio venientiũ ab intestato, quia

quia in casu nostro sufficit, vt limitetur successio, quæ differat à legitimè natis, vt exaduerso fatentur scribentes, ex *Gabr. conf. 30. nu. 1. & 2. lib. 1.* operatur enim ne
9 fiat præiuditium debentibus succedere ex iure de præterito, vel etiam de futuro, dummodo habeant causã de præterito, siue ex causa fideicommissi, siue donationis sub conditione *Angel. conf. 264. in princ. Alex. conf. 188. nu. 21. & 22. lib. 5.* & quod hæc clausula præseruet ius etiam collateralium, & sic Fratris de communiori refert sacra *Rot. decis 501. p. 1. nouiss. Gama Lusitan. decis. 278.* & sic, vbi agitur de succedendo in iure iam quæsito, vel delato, alteri ante legitimationem concessam, aut de alio iure competenti ex causa de præterito spe aliqua probabili, prout fideicommissi, vt post *Corn.* & aliòs dixerunt *Peregrin. in d. tract. de fideicommissis art. 23. num. 81. & Io. Baptista Lap. in tract. de illegit. & nat. restit. Comment. 3. § 1. nu. 58. & habetur in decis. 667. nu. 3. & nu. 4. in fine p. 1. in recent.* dicens aliud esse, si agatur de successione fideicommittentis, eo quia tali casu præseruatur ius substitutis.

Et si bona sint emphiteotica Ecclesiæ, quicquid exaduerso dicatur filius legitimatus
10 est incapax *Bal. in l. generaliter § cum autem nu. 2. C. de instit. & substit. Alex. in l. ex facto § si quis rogatus n. 17. ff. ad Trebel. Ioseph. in l. 2. nu. 203. vers. decimonono quæro C. de iure emphit. Clar. in § emphit. q. 31.* post *Ias. & Gratum* dicens esse *communem opinionem*, dato etiam, quod hæc bona habeantur tamquam allodialia, vt exaduerso dicitur *Dec. conf. 170. Rain. conf. 105. nu. 9. vers. non obstat, & conf. 109. nu. 28. lib. 3.* & post *Tiraquel. & alios dixit Sacra Rota decis. 214. nu 3. par. 2. diuersorum.*

Nec dicatur, quod etsi nõ facta sit mẽtio de legitimatione ad emphiteoticaria Ecclesiæ, subintelligatur cum legitimantes talem habeant facultatem ex allegata *Decis. Greg. XV. nu. 2.* quia retorquetur, cum prætendat subintelligi debere clausulam sine præiuditio eorum, qui succedere deberent, & sic restringendo, & limitando auctoritatem, loquitur, & extat *Bulla Pij V. prohibens illegitimos habilitari ad Emphiteusim Ecclesiasticam*, de qua post *Gabr. Menoch. & Sacram Rotam meminit Lap. in d. tract. de illegit. & natal. resti. Comment. 3. § 2. nu. 65.* & ex his videtur resolutum secundum, & tertium obiectum.

Ad quartum, an dd. Illustris Fratres per subsequentes contractus potuerint à primæuo contractu recedere, respondetur, quod sic, ex infrascriptis.

Primò, quia æquale est fideicommissum, eo quod sint æqualiter vocati, & grauati inuicem, si decesserint sine filijs, & per cõtractum factum inter scientes remittitur absolutè fideicommissum, cum per omnimodam æqualitatẽ non ihsurgat aliqua absurditas, ex quo vnusquisq; tantum remittit, quantum sibi remittitur, *Angel. in l. qui Romæ §. duo Fratres ff. de verborum oblig. & in cons. 286. prope finem. Natta cons. 474.*
11 *nu. 32.* facit *text. in l. nihil tam naturale ff. de reg. iuris, & in l. 1. C. quemad. liceat ab empt. discedere.*

Secundò, dato, quod esset donatio inter viuos, vt asseritur, nihilominus respectu Pa-
12 tris, & Filij etiam nati ex legitimo matrimonio potuit reuocari, cum inter Patrem, & Filium donatio habeat naturam vltimæ voluntatis, quoniam ista natura est sibi attributa à lege, vt sit liberum arbitrium reuocandi vsq; ad mortem, vt in fortioribus terminis, non obstante etiam iuramento, dixit *Bald. cons. 29. nu. 2. & 3. lib. 1. & cons. 252. vol. 2. & cons. 294. lib. 3.* & facit *text. in l. hic status ff. de don. inter vir. & ux. in l. à marito, & in l. donationes, quas parentes C. eodem*, & ibi aduertunt *Doctores*, & de hoc clarè de cui in libro primo Controu. Iuris Cõtrou. 1. & ibi se subscripserunt Doctiss. Antonius Monachus, & Io. Camillus Gargiaeus.

Tertiò, ad propositum nostrum faciunt notata per *Iasonem post alios in l. qui Romæ §.*
13 *Flaminius nu. 14. ff. de verb. oblig. nu. 14.* vbi sustinet, quod si quis donet sum alicui,

vt post eius mortem esset Ecclesiæ, possit pactum remittere Donatario in præiudicium Ecclesiæ, & id fortissimis rationibus muniuit, vt penes eum videri potest, volens, quod tale pactum fauore Ecclesiæ transeat in contractum innominatum, & sit locus pœnitentiæ, & ante eum *ibi Alex.* melius expressit *n.9.* dicēs, quoad principalē donatariū non posse reuocari, sed benè quoad Ecclesiā substitutam ibi, *vers. quintus est casus*, dicens non curare, an pactum fiat per dictionem, prout an per alias dictiones, nam sic ipsi distinguunt, aut agitur de acquisitione ex dispositione legis, aut ex dispositione contrahentium, quo secundo casu voluerunt ex ipsorū contrahentium prouisione posse tolli, & ita affirmant ibi *Socin. Bestitius, & alij, Couar. lib.1. resolut. cap.14. nu.13. vers. quamobrem, & uum. seqq. Grat. cons. 25. nu. 39. vers. non obstat lib.1. Clar. in §. donatio quæst.13. nu.5. Cassan. cons.53. nu.58. Aud. ab Exea in rub. ff. de pactis nu.152. & seq.*

Nec obest decisio *Seraphini* 874. in causa Bonon. de Sauignanis, quia ibi non legitur facta reuocatio de consensu omnium contrahentium, vt in casu nostro.

Nec in præsenso conuentionis Instrumento legitur aliqua Notarij stipulatio, & quando adesset, nō operatur, quia reuocatio fieri possit ex supradictis. Nec facit *Auffrer. ad decis. Tolos. quæst.454.* quia ibi loquitur cum *Ioanne Fabro* in casu speciali fauore
14 matrimonij, vt in principio, & in loco allegato, dicens, quod si pactum posset remitti, esset magna iniquitas, & circumuentio nubentium, & inferius sustinet pactum posse reuocari, maximè, vbi non interuenit stipulatio Notarij. Nec facit *Gratian. cap. 575. in disceptat.* quia, vltra quod loquitur in fortioribus terminis, concludit ante *nu.10.* difficile esse fundare, an donatio possit ad præiudicium tertij reuocari; cum adsint hinc inde multæ auctoritates, & *Seraphin. in decis.472.* ponderat in casu suo non fuisse factam reuocationem expressam, de qua nos agimus, *vt nu.7.* & expressa
15 interuenerat stipulatio; quæ hic nō legitur; & quando tertius est in potestate prouidentis, ita quod prouidēdo sibi relatiuè resultet prouisionis effectus, tunc à tali prouisione recedere posset, vt de Patre prouidente filio in potestate, & de Domino prouidente seruo suo, omnem regulam limitando, *dixit Bald. in l. cum à socio C. de iure dotium* in fine, & refert *Gratian. exad. alleg. cap.332. num.15.* & id correspondet illi conclusioni, quod donatio inter Patrem, & Filium debeat morte confirmari.

Addatur ante reuocationem requiri ratificationem substituti *Cultr. cons.171. nu.1.2. &*
16 *3. lib.2.* & post plures *Thesaur. decis.70.* qui narratis, & declaratis opinionibus Doctorum hinc inde sic resolut fundamentis pluribus *nu.5.* quæri actionem absenti, sed reuocabiliter non obstante stipulatione Notarij, qui in puncto loquitur, ne per primam ante ratificationem tollatur secunda donatio ad præiudicium secundi donatarij, dicens *cum Rebuffo, & alijs* stipulationem Notarij non facere, vt acquiratur ius non sequuta ratificatione.

Vltra quod non potest allegari constitutum, & precarium, & Iuramentum, cum sint
17 inserta in clausulis generalibus, & ideo censeantur potius apposita ex stilo Notariorum, quam ex pacto deliberato *Rimin. iun. cons.670. nu.60. & 68. lib.6. Tiraquel. in præfat. statuum quam C. de reuoc. donat. nu.173. 172. & 173. Menoch. cons.84. post plures nu.45.* vltra quod Doctores superius allegati loquūtur non obstante constituto, &
18 & precario, & aliqui non obstante iuramēto, ex maximè, cum non validet donationem inter Patrem, & filium, cum tali casu non sit obligatorium *Oldrad. cons.245. nu. 2.3. & 8. Dec. cons.140. nu.3. cons.536. col.2. & 659. in fine*, eo quod, vt ait etiam
19 *Rald. d. cons.29. lib.1.* talis donatio habet naturam vltimæ voluntatis, & sic potest reuocari, sic etiam dicetur *Alcat. in c. cum contingat nu.322. ext. de iureiur. Kircon. de communiori poss. relat. as opiniones in com. opin. in tit. de donat. inter virum, & uxor. in fine*

fine Felin. viden. *cons.* 30. *nu.* 16. & antiquitus id tenuerit *Bart. in l. 1. ff. de donat. inter virum, & uxor. & ibi Salicet. nu.* 2. *vers. ego contrarium Fulgos.* ibi dicens opinionem esse veriorem, cum simus faciles ad iurandum *Io. Faber in d. l. 1. C. de S. S. Eccles. fus. n.* 3. & 4. *Henric. Boyc. in c. donatio nu.* 5. *ex. de donat. inter virum, & uxorem, quis plures allegat Cassan. in consuet. Burgundiæ rub. 4. in Marri, & le femme S.* 7. *de meriori Corasius in repetit. frater à fratre ff. de condit. indebiti n.* 74. & 75. *Raudens. var. resolut. c.* 59. *nu.* 21. *vers. multum per hanc.* hæc obstat illa regula iuramentum potest seruari sine detrimento salutis æternæ, ergo debet seruari, quia ista regula non debet sic formari, sed isto modo iuramentum potest seruari sine detrimento salutis æternæ, & non seruatum vergit in detrimentum salutis æternæ, ergo est seruandum, sed si potest seruari sine detrimento salutis æternæ, tamen non seruatum, non vergit in detrimentum, nec est necesse, quod seruetur *Bald. cons.* 29. *lib.* 1.

Ad quintum principale, an potuerint. Contrahentes ex post, in secundo Instrumento, & declarare in melius voluntatem suam, & mutare, in tantum, vt nec per talem declarationem, & mutationem dicatur approbatus contractus primus per Sauinã rogatus videtur clara resp̃sio ex superius dictis, & approbatio legitur facta quoad reliqua, non quo ad conuenta, quæ sunt obseruanda *l.* 1. *§. Si cum autem ff. de pœnis*, & ibi Scribe. & cum præcesserit voluntas omnium contrahentium, potuerunt re integra pœnitere. vt supra diximus, & affirmant *Dec. tom. dict. qui Roma S. Thomas ff. de verb. oblig.* & est *tex. expressus in l.* 3. *ff. de seruis exportan.* vbi *Bart. & cæteri. Aloise. dec. f.* 8. *nu.* 1. *vsq.* 24. & 25. & facit id, quod dicitur de primo acquirente, vt possit pt̃a iudicare filijs, & alijs vocatis *Clar. in §. emphyteusis quæst.* 16. *vers. contrariã Honded. cons.* 141. *nu.* 47. *l. b.* 2. *Seraph. dec. f.* 559. *nu.* 19. Quibus sic se habentes, cessant in facto, & in iure ea, quæ de nullitate tertij, & quarti Instrumenti dicuntur.

Nec facit id, quod vltimo loco dicitur in donatione non esse seruandas solemnitates requisitas in statuto Bonon. quia dato id verum esset, tamen superius ostendimus de iure, quandoqs saltem debere intercedere testes, qui eam non interuenerint, clara apparet nullitas, ex *Thesaur. dec.* 225. *nu.* 7. Et hæc saluo &c.

CONTROVERSIA LXXVI.

Pro Illustris. DD. de Maluitijs.

SVMMARIVM.

NOn potest dici de incertitudine heredis, dum ex futuro euentu illius personæ potest certificari, n. 1.

Vniuersitas nunquam moritur, nu. 3.

Ex legato pio non decanitur falcidia, nu. 4.

Si alicui per testatorem sit commissa declaratio, sunt citandi omnes illi, qui possunt lædi, nu. 2.

Declara, nu. 5.

Res secundum statum præsentem est dijudicanda, nu. 6.

HA dispositione Illustris. D. Alexandri Maluitij, in qua reliquit vnam possessionem sitam in Communi Gaianæ R. P. Bacchalaureo Ferdinãdo Monterfellio Ord. Eremitarum S. Augustini, & Illustris. D. Gregorio Maluitio, hac adiecta conditione, vt de ea debeant disponere iuxta mentem, & intentionem d. Testatoris, de qua dixit eos ad plenum esse infor-

informatos, declarans, quod in dicta dispositione d. possessionis ipsi agant cum illis conditionibus, conuentionibus, declarationibus, modis, & formis, prout eis videbitur, & placebit, vt illius mens suum consequatur effectum. Quas conditiones, conuentiones, & declarationes voluit inuiolabiliter obseruari absq; alia interpretatione, & intelligentia, sed secundum verba d. declarationis, sub pœna priuationis, & applicationis Illustriss. DD. Aurelio, & Carolo de Maluitijs, & nominatum, aut nominandum ab eis ex nunc, prout ex tunc instituit hæredem d. possessionis. Hac dicta lege, quod in casu non obseruationis conditionum ex defectu eius, qui erit vocatus in d. possessione, aut in casu deficientiæ, & finis dd. conditionum fiat vocati, & substituti, prout ore perpetuo vocauit dd. Illustriss. DD. Aurelium, & Carolum.

Visa inquam declaratione facta per d. R. P. Baccalaureum, & Illustriss. D. Gregorium, & cessione facta Reu. Parocho, & Parochianis S. Cæciliæ de d. possessione, cum hoc, vt debeant eam relaxare in gaudimentum Hieronymo filio Io. Baptistæ Bussadini, & ipsi D. Io. Baptistæ, donec ambo vixerint, & post eos admittantur descendentes legitimi, & naturales, cum grauamine eis iniuncto præstandi annuatim D. Eraniæ de Fabris donec vixerit vnam salmam Frumenti, vnam Castellatam vuatum, vnum Currum fascium, & vnum Currum lignorum ad formam legati, de quo in Testamento d. D. Alexandri. Item tenentur quolibet Anno de Mense Octobris soluere eisdē Parochianis lib. quinquaginta ex mandato subscribendo ab Illustriss. D. Gregorio prædicto, & in casu eius mortis ab Illustriss. pro tempore Scriptore de Familia Maluitiana, quæ lib. quinquaginta in perpetuum die septima Octobris debebunt dispensari respectu lib. 25. à dd. Rectore, & Officialibus, & respectu alterius lib. 25. à Parocho Sacerdote S. Cæciliæ, & deficiente linea dd. de Bussadinis, possessio reuertatur ad Patrem Parochum, Rectorem, & Officiales Parochiæ, cum grauamine in perpetuum in die septima Nouembris soluendi quatuor Diuersis ecclesiis eisdem Parochiæ lib. centum, & vltra, detractis supradictis lib. quinquaginta in auxilium nuptus, & nominatione, & electione earumdem debeat fieri ad Illustriss. D. Gregorio, & post eum ab Illustriss. Senatore Maluitio. Et quatenus recusarent iidem S. Cæciliæ Parochus, & Officiales prædicta acceptare, exinde iidem R. P. Baccalaureus, & Illustriss. D. Gregorius subrogarunt Officiales, & Homines Parochiæ S. Lucæ minoris, eisdem grauaminibus, & conditionibus, de quibus supra recederem de pluribus dubitari posse.

Primò, de validitate legati.

Secundò, de validitate declarationis.

Tertiò, an portio falcidia sit detrahenda.

Et ad primum, omissis ijs, quæ dici possent contra ex notatis *in S. interesse inst. de legat. & per Salycetum in l. si iudex de pœnis cum Cl. de Episc. & Cler. in princ.* tacitæ incertitudinis personarum, & quia sic institutio pendens ex alieno arbitrio *Bartol. in l. si quis in testamento ff. de hered. inst.* & quam captatoria confidetur *l. captatoriæ ff. de leg. 1. & per Gabrin. in de pia causa conclu. 3. num. 5.* & deueniendo ad veritatem, tamquam illius ornatory, dico, legatum sustineri, & valere, & institutionem in d. possessione factum sustineri, quando ex futuro euentu persona sunt certificandæ *l. vter ex fratribus ff. de condit. & Instit. aliquoties S. hæres ff. de hered. instit. l. cum in testamento, & l. quem hæredem ff. de rebus dubijs, Bald. in l. si quod pauperibus in princ. & ibi Salyc. n. 5. C. de Episc. & Cler. idem Bald. in 2. 59. lib. 4. Angel. in vers. 201. in terminis*, nam Testator stati voluit dicto, & declaratione Ferdinandi, quæ fuerit eius intentio; qui attestatus est, ex post intentionem Testatoris fuisse, vt quingenta haberet vxor, si vidua remaneret; plene *Cuman. per l. 2 copomm ff. de don. prælegata in cons. 188. num. 21 vers.*

verſiculus ſecundum, dicens, non poſſe dici captatoriã voluntatem teſtatoris, ordinatam à teſtatore alicui in ſecretos, quia non pendet ex alieno arbitrio, ſed tantum executio, quæ executio non facit dici poſſe captatoriam voluntatem, & in *verſic. ita tenuit Tuſch. in verbo captatoria concl. 62. n. 22. & nu. 29. Mantica de coniect. vlt. vol.* poſt plures *lib. 8. tit 4. nu. 17.* & 18. dicens cum pluribus paria eſſe, quod legata ſint certa ab initio, & quod poſtea reddantur certa, *ex Oldrado, & Pariſio*, quos allegat *Seraphin. deciſ. 359. nu. 12.* & hæc ſufficiunt ad primum quæſitum.

Ad ſecundum dicitur declarationem factam per dd. R. P. D. Baccalaureũ, & Illuſtriſs. D. Gregorium eſſe nullam, quia fuit facta extraiudicialiter, debebat fieri in iudicio, & requirebatur præſentia Iudicis, vt per *Cumanum d. conſ. 118. nn. 3. Tuſch. d. concl. 62. nu. 10.* Secundò, debebant citari ij, qui prætendunt intereſſe, & qui ex tali declaratione poterant lædi *l. de vnoquoq; ff. de re iud. vbi Alex. & alij*, & aduertunt omnes *in Clem. paſtoralis in §. cæterum de re iud.* & in puncto declarationis commiſſæ per Teſtatorem, vt citetur hæres *Ant. har. conſ. 383. in princ.* dicens, quod aliter declaratio eſt nulla, & loquitur in caſu, in quo Teſtator commiſerat declarationem conſcientiæ perſonæ vocatæ, quaſi non poſſet eius dictum impugnari, nam, vt dixit, talis conſcientia potuit forſan non eſſe regulata ſecundum iura, & æquitatem, & omnino reprobat declarationem occultam, & ſecretam, non vocatis hæredibus, & ibi multa iura adducit. Tertiò, eſt declaratio de directo contraria mentiTeſtatoris, nam apparet habuiſſe animum, vt conditionibus eſſet finis, ibi, *& cessat in casu dixi decadente, o fine di dette condizioni, all hora &c.* ſed declaratio prædicta legitur facta in modum, vt vnquam poſſit eſſe finis, cum legatur poſt perſonas declaratas vocatio perpetua Parochianorum S. Cæciliæ, & in eorum defectum exeat vocatio Parochianorum S. Sigiſmundi, qui vnquam finientur, niſi in die iudicij vniuerſalis, ex quo vniuerſitas nunquam moritur, neq; deſinit eſſe *gloſ. in c. in nouæ 7. quæſt. 1. Dominicus de S. Hieminiano in conſ. 65. num. 10. verſ. non obſtat.* nec ſucceſſorem habere poſſe dixit *Feder. de Sen. conſ. 295. in fine*, & perpetuũ dici, donec vniuerſitas durat, dixit nouiſſimè *Grattan. in diſcept. forenſ. c. 132. nu. 23.* cum ergo exceſſerint ſibi demandata à Teſtatore, nulliter proceſſerint *l. diligenter, vbi DD. ff. mandati Marſ. ſing. 265. Rota Genua decis. 172. nu. 3.* & ex iniuſtitia exceſſus in vna parte dicitur influi in alias *Rota deciſ. 333. nu. 3. p. 2. in recent.* & ſic per d. declarationem nullam creditur fortè dici poſſe euenuiſſe caſum vocationis, & ſubſtitutionis dd. Illuſtriſs. DD. Aurelij, & Caroli per ea verba ſuperius expreſſa, *& cosi in caso di discadente &c.* & ea, quæ ſequuntur, & ex his apparet ſecundum punctum reſoluendum eſſe in fauorem Illuſtriſs. DD. Hæredum.

1 2 3 4 5

A tertium, an in omnem euentum ſit detrahenda falcidia per dd. DD. Hæredes, prima facie videtur dicendum, quod non eo, quia legatum factum redundat in piam cauſam, vt ſupra dictum eſt ex grauamine nuben. annuatim Domicellas, & ex legato pio non deducitur falcidia, vt notant omnes *DD. in l. 1. §. ad municipalem ff. ad l. falcid.* & eſt caſus, & ibi not. *omnes in auth. ſimiliter C. eod. Curt. iun. conſ. 120. nu. 13. Surd. in conſil. de alim. tit. 8. priuil. 18. num. 3. Craſſ. in verbo falcidia, quæſt. 3. nu. 5. & 6.* contrarium tamen verius eſſe credo in caſu occurrente, quia pia cauſa non eſt immediatè inſtituta, cum prius ex prætenſa declaratione ſint inſtituti D. Io. Baptiſta, Hieronymus, & alij ab eis deſcendentes de Buffadinis, & ſic poſſit euenire caſum, vt vnquam in piam cauſam poſſeſſio cadat, quo caſu eſt locus detractioni falcidiæ *Baldus conſ. 407. in 2. dubio lib. 1. Calſ. conſ. 277. & conſ. 321. in fine lib. 2. Cæpol. in l. Papianus Si meminiſſe ff. de in off. teſt. nu. 18.* qui *Alex.* & alios allegat ibi in illis verbis, *ſeras vbi fideicommiſſum eſſet reſtituere quamprimum ſuæ*

ex

ex intervallo, vel sub conditione, ita quod non sit certum piam causam venire ad fideicommissum, multos refert *Socin. sen. cons.* 144. *num.* 7. *lib.* 1. & melius *Peregr. art.* 3. *nu.* 65. *omninò vidcn.* dicens & ipse, quod primo loco vocatus, seu substitutus non potest recusare dare falcidiam, quia nullo priuilegio iuuatur, non etiam pia causa, nam incertum est, an sit successura, per *text. in l. iusticia ff. de condit. indebiti*, nam res secundum præsentem statum est dijudicanda, per *text. in l. monetur ff. de ser. expor. Eugen. cons.* 6. *n.* 38. *lib.* 1. & nouissimè post plures affirmauit *Mangil. de imputat. quæst.* 119. *nu.* 15. *& nu.* 18. & est verior, prout affirmant plures allegati ab eis. Hæc enim dixi pro veritate. Saluo &c.

CONTROVERSIA LXXVII.

Pro Nobilibus DD. Co. de Rubeis.

SVMMARIVM.

IVdex debet cognoscere id, super quo iudicat, nu. 1.

Assertio facta Summo Pontifici pro obtinenda derogatione bonorum fideicommisso subiectorum est verificanda, nu. 2.

Verbum in rescripto, Discretioni tuæ, importat iudicium, nu. 3.

Derogatio limitata non egreditur fines limitatos, nu. 4. *& nu.* 16.

In iudicio derogationis debent citari, qui prætendunt interesse, nu. 5.

Quod de intentione Summi Pontificis fuit in concedendo derogationem, debes seruari, nu. 6.

Papa non solet priuare descendentes fideicommittentis, derogando maximè per triginta, & plures annos fideicommissarios fructibus percipiendo, nu. 7.

(Seu) dicto, & si ponatur inter diuersa, arguit tamen similitudinem, & conformitatem, nu. 8.

In palatijs, viridarijs, & similibus antiquis familiæ cadit affectio, & aduersus illorum venditionem concedenda est in integrum restitutio, nu. 9.

Summus Pontifex non derogat tam facilitèr fideicommissis, si in exprimatur bona extare libera, ex quibus æri alieno supplicantis potest satisfieri, nu. 10. *& nu.* 19. *& 21.*

Venditio rescinditur, quando extat enormissima læsio, nu. 11.

Priuilegium alterius ex consortibus alteri prodest, nu. 12.

Taciturnitas non supplet iniustitiam, nu. 13.

Clausulæ etiam efficaces non tollunt defectum intentionis, nu. 14.

Forma in Brevis Summi Pontificis data est seruanda, & non per æquipollens, nu. 15. *& 22.*

Gratia ex subreptione obtenta, nullius est roboris, nu. 18.

Vxor constante matrimonio non potest agere non probata mariti vergentia, nu. 20.

Adsit Deus, & Virgo.

ANno 1500. Illust. Minus Senator, & Nestor Clericus de Rubeis artissimum fideicommissum fecerunt fauore descendentium omnium de Rubeis, cum reciproca vocatione eorum, & cuiuslibet eorum descendentium in infinitum, cum prohibitione perpetua alienationis, & distractionis suorum bonorum, & cuiusuis partis illorum.

1543. Illust. D. Ludouicus pariter Senator, dicti D. Mini filius, pariter fideicommissum artissimum fecit, instituendo Illust. Equitem D. Io. Galeatium eius filium, substituendo reciprocè vulgariter, & pupillariter, & per fideicommissum omnes descendentes, cum expressa prohibitione alienationis, & deductionis portionum de iure forsan debitarum.

1611. 28. Iulij, Illust. D Thiberius filius d. D. Io. Galeatij exposuit Sanctiss. Pontifici felicis record. Paulo Quinto bona d. D. Ludouici ad ipsum delata fuisse, & esse grauatum multis debitis ad summam lib. 45350. bonon. vel circiter, à Patre, & fratre pro maiori parte saltem pro lib. 27000. contractis, & se esse grauatum septem filijs, & grauissima damna substinuisse pro reparatione fluminis Rheni occasione molendinorum, & aliorum bonorum, & se sustinere magna grauamina, & interusuria occasione dd. bonorum, & adeo esse grauia, & excessiua, vt fructus absorbeant, & aliquando non sufficiant, & idcircò familiam sustinere non possit, & cum quotidie noua debita contrahere sit necesse, & continuè cum brachijs secularibus, & alijs executionibus magno suo, & familiæ suæ detrimento, honorisque, & æstimationis iactura molestetur, vt sibi Oratori consulatur, dando auctoritatem vendendi partem bonorum pro summa lib. 54000. & pretium extrahen. in extinctionem debitorum, conuerten. pro concurrenti rata. Residuum verò, quod erat lib. circiter 8690. in emptione locorum Montium non vacabilium de Vrbe, ex quorum fructibus annuis tota summa lib. 54000. reintegrari debeat. Concedatur.

Qui Paulus Papa Quintus concessit facultatem Eminentiss. Archiepiscopo, seu eius Vicario Bonon. vt bona pro concurrenti quantitate lib. 54000. non obstantibus dd. fideicōmissis alienandi, in vna, vel pluribus vicibus, & pretium recipien. in totalem dd. debitorum extinctionem conuertendi, & residuum inuestien. in emptionem creditorum Montium non vacabilium de Vrbe concedat, ita vt ex summa lib. 54000. in primis, & ante omnia scuta 4000. Monetæ inuestiantur in stabilibus, seu locis Montium non vacabilibus de Vrbe, & subinde illorum fructus in emptionem aliorum bonorum, seu locorum Montium huiusmodi annuatim conuerti debeant, donec ad summam lib. 54000. erunt redacti in sorte principali, & sic hæreditas reintegretur, quæ omnia in locum bonorum vendendorum subrogentur, & eisdem fideicommissis subiaceant.

1612. 8. Iunij d. D. Thiberius in vim breuis vendidit Illust. D. Henrico de Vrsis predium cum Palatio extra Portam stratæ S. Stephani in loco nuncupato il Giardino de' Rossi pro pretio lib. 15550. ad cuius pretij computum nonnullas pecunias manualiter ei soluit, & creditum exigendum consignauit, & vt in publico Instrumento.

1613. 26. Ianuarij pariter idem D. Thiberius vendidit Illustriss. March. Cæsari de Populis Palatium, Molendina, & alia bona posita in communi Ponticuli pro pretio lib. 63700. hac præambula conuentione, quod in actu exbursationis lib. 16000. pretij conuenti, & illorum fructuum recompensatiuorum, & tunc decursorum d. D. Thiberius

rius reuocetur inuestire, donec præfatus sit ad lib. 53450. iusta narrata in Breui, quæ bona ex cumulo redditum eum deberent cedere pro securitate d. D. March. & subrogata loco dicti fideicommissi.

1622. 24. Ianuarij, cum non esset reperta tenuta, quæ æquiualeret ad summam lib. 53450. cumulan. vt supra, sed tantum possessio valoris lib. 50000 quam venalem exposuit D. Annibal Gandulphus subiectam tamen censibus, & pactis de francan. pro summa lib. 28650. & annuorum reddituum lib. 1983. Idcirco Illustris. Marchio Fabius, Co. Guido, & Co. Io. Paulus filij, & heredes d. D. March. Cæsaris, & Illust. DD. Io. Galeatius, Ludouicus, Philippus Maria, & Antonius minores consentientibus Commissarijs Testamentarijs d. D. Thiberij, decreuerunt emere d. possessionem, & per viginti octo annos relinquere dd. DD. Peputis, vt faciant declarationem censuum, & pactorum de francan. ita vt in fine 28. annorum possessio prædicta sit libera, & subrogata loco bonorum d. fideicommissi subiectorum.

Et ex post Mater dd. DD. de Pepulis eorum nomine soluit dd. de Rubeis lib. 16000. prædictas, necnon lib. 8225. 16. 10. pro fructibus recompensatiuis lib. 16000. à die venditionis d. March. Cæsari factæ, & sic lib. 24225. 16. 10. & pro eis soluit d. D. Annibali lib. 21350. Residuũ verò d. D. Annibal defalcauit in dd. censibus, & pro extinctione dd. pactorum de francando, & pro eis d. D. Marchionissæ Matri, & dd. de Pepulis filijs, vt d. possessionem infra 28. annos liberam tradant, volentes tamen, vt per alios duos annos in manibus dd. de Pepulis possit permanere occasione expensarum facien. in ea.

Et d. possessionem subijcierunt dicto fideicommisso loco bonorum Ponticuli, & prædi venditi D. Vrsio.

Modo stantibus prædictis, quæritur, an venditiones prædictæ in executionem d. Breuis, & conuentorum possint, & debeant sustineri in præiudicium dd. DD. de Rubeis, & negatiuè venit resoluendum.

Primò enim minimè constat narrata in precibus esse vera, & pro Parte, & fratre fuisse coactum (vt expressit D. Thiberius) soluere lib. 27000. & grauissima damna, & interusuria sustinuisse, & eam amplam expensam in Molendinis fecisse, adeo vt prætensa subsequuta sententia D. Vicarij super derogatione sit nulla, cum consonum sit & rationi etiam naturali conueniat, vt Iudex cognoscat id, super quo iudicare debet, cum causæ cognitio à Deo prouenit. *Abb. in c. 1. ext. de caus. poss. & propr. n. 2. addit. propè princip. Felin. in c. Ecclesia col. 12. vers. secundo nota.* quem refert, & sequitur *Vant. in de nullit. ex defectu proc. ff. nu. 30. & 31.* & ideircò omnia narrata prius erant verificanda, eo magis cum fuerint narrata, vt Papa facilius inquireretur ad gratiam concedendam, tex. est in *l. minorum, & l. fin. C. de pradys, & alys bonis minorum, vbi Salicet. & alij Ia. And. in c. 1. num. 2. de lite contest. in 6.* & post *Ægrauum*, & plures *decis.* affirmat *Marsical. var. resol. lib. 2. cap. 1. nu. 127.* addito verbo per Summum Pontificem adiectio, in Breui ibi (discretioni tuæ) quod verbum importat iudicium *glos. in c. cum virum ext. de regular. in littera G. ref.* post multos, quos refert, & sequitur *rub. li. fic. legatum nu. 8. ff. de leg. 1. Seraph. dec. 870. nu. 1. & 1400. nu. 1. & 2.*

Secundò, Summus Pontifex noluit derogare, nisi pro summa lib. 54000. ita vt ex eis 16000. libræ in uestirentur vt supra, sed venditiones, & alienationes excesserunt, cum venditiones fuerint factæ vltra summam lib. 79000. vt legitur in d. Instrumento de anno 1622. adeo vt gratia non reddatur iustificat. & nullum pariat effectum, cum derogatio limitata non egrediatur fines limitatos *Gratian. in discept. forens. post plures cap. 658. nu. 39. & 40. & cap. 661. nu. 21.*

Tertiò, talis sententia D. Vicarij nulla etiam redditur in quantum prætenditur obesse filijs

filijs d. Illust. D. Thiberij, & alijs vocatis in fideicommissis, qui ad iudicium debebant vocari, cum potuissent forsan alio modo prouidere citra alienationem, & enormissimam distractionem bonorum tam honorabilium, & magni introitus, & id quotidie seruatur, vt citentur ij, qui ex contractu alienationis possunt lædi ex *vulg. text. in l. de vnoquoq; ff. de reiud. Gribaldus. cons.* 125. *n.* 14. *Tusch. in verbo gratia concl.* 70. *nu.* 1. *& seqq. & nu.* 21. Et non reperitur aliqua sententia, quæ fuerit publicata, & habeat qualitates, & requisita necessaria, ita vt non possint iuuare prætensa derogatione, cum Papa commiserit Vicario, nec appareat ab eo aliquod decretum.

Quartò, per D. Vrsum non fuerunt solutæ pecuniæ, vt creditoribus D. Thiberij satisfieret, vt ex Bulla requiritur, sed pro parte assignatum creditum litigiosum, & cum personis litigiosis, ita & taliter, quod non poterat ex tali assignatione sequi effectus à Summo Pontifice consideratus, & qui fuit causa impulsiua concessionis, vt demonstrat post plures auctoritates iuris canonici, & ciuilis *Tiraq. in tract. cessante causa cessat effectus in prima parte nu.* 1. *& seq.* docens, id etiam procedere in foro conscientiæ *num.* 18.

Quintò, Bulla, & gratia Summi Pontificis non fuit concessa, vt contractus tam damnosus substitutis subsequeretur, nam si videatur, & consideretur cumulus destinatus ad rationem vnius, vel paulò pluris, est, & intentio Pontificis fuit, vt inuestiretur in creditis Montium Vrbis, seu stabilibus, ex quibus totidem percipi posset, cum alias fuisset priuare filios, & substitutos emolumentis fideicommissi per triginta octo annos, & vltra, quod Papa non fecit, nec fuit solitus facere, vt in puncto tradit *Marchesanus de Commiss. in 1. tit. de signat. grat. p. 1. cap.* 2. *nu.* 27. & talis dictio (seu) licet ponatur inter diuersa, arguit tamen similitudinem, & conformitatem, & idcirco si creditæ Montium Vrbis stant ad rationem sex, & septem pro centenario, sic etiam debebant stare introitus bonorum stabilium tunc emendorum, vt in breuiori tempore fuisset factus cumulus, & substituti in breui tempore reintegrati essent *Roman. cons.* 232. *nu.* 2. quem refert *Seraph. decis.* 393. *nu.* 8. *Barbos. de dictionibus in dictione* 312. *num.* 1. *vers. & licet.*

Sextò, quia Pontifex non concessit, vt venderentur bona antiquæ familiæ denotantia nobilitatem eximiam familiæ, in quibus cadit magna affectio, & quorum vendicatio (etiam quatenus opus sit præuia institutione in integrum) conceditur *text. est, & ibi glos. Bart. & Doct. in l. si in empt. ff. de minor.* 25. *annis*, & faciunt rationes adductæ in *decis.* 210. *p.* 2. *diuersor.* vbi quis posset venire etiam contra factum proprium, quando agitur de Palatijs, & similibus alijs rebus, in quibus familiæ affectio cadit, & ex quorum bonorum venditione dicitur familiam consequi damnum in honore, & memoria secundum *glos. in l. quoties*, vbi latè *Iaf. nu.* 1. *C. de fideicommissis*, dum loquitur de Turri, vel Palatio cum alijs multis allegatis per *Rimin. iun. cons.* 371. *nu.* 9. *lib.* 4. prout è contrario agri non operantur eumdem effectum conseruationis memoriæ, vt patet ad sensum meritò videtur falsa causa expressa, ex qua motus fuit Papa.

Septimò, negotium reducitur fine difficultate fauore DD. de Rubeis, cum ex narratiua facta per Illust. D. Thiberium appareat ipsum fuisse debitorem in lib. 45350. & petijsse, vt pro lib. 54000. derogaretur fideicommissis, ita vt lib. 8690. inuestirentur, & obtinuisse vendi bona pro concurrenti quantitate lib. 54000. & ex eis lib. 16000. inuestirentur, & cumularentur, vt in breui Summi Pontificis dicitur, sed sic est quod D. Thiberius falsum narrauit, eo quod constat bona propria libera, & allodialia nulli fideicommisso subiecta habuisse, cum in Instrumento venditionis bonorum facta Illustrissimo Marchioni Cæsari constet vendidisse eidem D. March. bona libera pro lib.

25250.

25250. si enim Papa id sciuisset vtiq; non sic ad præiuditium descendentium derogasset cum parum sufficisset D. Thiberio ad solutionem æris alieni, vel saltem difficilem Pontificem reddidisset *Dom.de S.Hieminiano conf.85.n.24.vers.hoc pramisso Roman.conf.326.nu.11.vers.certum est autem, vbi Mandos. in verbo ita facilter*, & in
10 puncto commutationis voluntatis, vt sit nulla *idem Dominicus de S.Hiemin. conf.63. per tot.* facit etiam *tex.in c.super literis, & in c. ad audientiam il secondo ext.de restrept.* cum semper subintelligatur clausula si preces veritate nitantur *Mantic.decis.29.nu.5.*

Quauò, considerari debet extare enormissimam læsionem etiam vltra duplum in bonis venditis Illust. D. Vrsio, nam ex redditibus colligitur nedum læsionem extare vltra duplum, sed & triplum, nam Terrena vicina ciuitati, prout hæc sunt, æstimatur, itaut introitus stent ad rationem lib. trium cum dimidia pro centenario, ex praxi ab omnibus peritis, & nobilibus practicis approbata in causa Illustris. DD. de Mariscottis, & alijs quampluribus, & quæ practica fuit multoties approbata *à Sacra Rota Rom.* vltra quod tales practici volunt, vt æstimetur ædificium de per se, quando sit amplum, & considerabile, vt hic, & de hoc testantur acta D. Pytri de Bellioss in causa de Tomasellis, & D. Dominici Pillæ in causa de Maluitijs, quocirca non potest du-
11 bitari, quin rescindi debeat contractus *tex.* est apertus in *l.2.C. de rescind. vend.* qui procedit in quocumq; contractu, vbi magnus est excessus *Cravet.cons.151.nu.26.ad finem Socin.iun.cons.98.num.18.& 19.lib.2.Gabr. de communi de emp.& vend. concl. 1.num.61.*

Nec dicatur Illust. DD. filios Dom. Thiberij consensisse, & per Instrumentum subrogasse bona empta à Gandulfo, nam nedum ex læsione, vt supra, sed & ex minori ætate non potuerunt se obligare, nec ad sui præiuditium quidquam facere, maximè, quia erant minores decem, & octo annis, nec interuenerunt solemnitates statutariæ requirentes auctoritatem Illustris. Antianorum, & Illustris. DD. Tribunorum Plebis *in stat. in Rub. de contract. cum min. & filijs familias in §. adiungentes etiam.*

Vltra quod apparet fuisse circumuentos, & deceptos, cum pro eis interuenerit tàquam Curator D. Batholomæus Gandulphus, de cuius interesse agebatur, & erat Patruelis D. Annibalis venditoris, & ex lectura Instrumenti apparet clarè de circumuentione, præcipuè in facien. calculo tam damnoso.

Nec dicatur, quod non omnes erant minores decem, & octo annis, nam vltra quod obstat minoritas 25. annis *tota sit. ff. de minoribus*, nihilominus priuilegium alterius ex
12 consortibus alteri prodest, vt post plures aduertit *Barbatus cons.84. vol.3.num.1.* & quotidiè practicatur, & quando etiam minoritatis nullitas sublata esset vnquam di-
13 ceretur sublatum remedium causa læsionis, cum taciturnitas non suppleat iniustitiam aliunde causatam *l.1. & ibi Bald. ad Med. vers. nota ex illo textu C. si mater fecit alienationem sine decreto facta ratam habuerit Paulaleo Cremensin l.2.nu.98. C. de rescind.vend. Menoch. de recuperanda possess. remed.15.nu.184. & cons. 29.nu.49. ad medium lib.1. Grattan. in discept. cap.513.nu.9.*

Nec crederem operari clausulas in Breui appositas, vltra quod de iure natura non le-
14 gitur efficaces, prout in alijs Bullis solent apponi, nihilominus & si fortiores essent, nihil operantur, cum non possit tollere defectum intentionis *Paris.cons.74.num.55. vers.nec præd. clausa obstat lib.4 Bero.cons.146.nu.11.lib.3.Put.decis.1.lib.1. Seraph. decis.981.nu.8. Greg.decis.164.nu.9.*

Ex quibus creditur D. Vrsium non posse detinere Viridarium, & Palatium, & competere DD. de Rubeis vendicationem.

DECISIO

Illustris. & Reuerendis. D. Peutingerij Sacræ Rotæ Romanæ Audit. in eadem Causa.

Lunæ 2. Martij 1643.

CVm D. Iulia de Pepulis, & litis consortes aduersus decisionem coram me 24. Martij anno proximè præterito in hac causa emanatam, nouam audientiam impetrassent: Hodie Dominj nihilominus, quicquid sit de subreptione, pro confirmatione vltimæ resolutionis responderunt saltem ex capite non seruatæ formæ Breuis sanct.mem. Pauli Quinti, dum inuestimentum scutorum 4000. in illo præscriptum tempore determinato non fuit adimpletum, oportebat enim sequuta venditione bonorum pecunias statim inuestire, quod fieri poterat, si non in stabilibus, ad minus in tot locis non vacabilibus Montium de Vrbe, iuxta formam derogationis, ibi, *Volumus autè, & Apostolica nostra auctoritate decernimus, quod pro summa 54000. librarum huiusmodi in primis, & ante omnia 4000. scutorum monetæ in tot bonis stabilibus, seu locis Montium non vacabilium dè dicta Vrbe inuestiri, & subinde illorum, & infrà emendorum fructus in emptionem aliorum bonorum, seu locorum montium huiusmodi annuatim conuerti, nec inde nisi ad hunc effectum amoueri debeant, donec ad integram summam dictarum librarum 54000. in forte principali peruenerint, & hæreditas ipsius disponentis in hoc reintegretur.* Non verò differendum erat dictum inuestimentum post nouem annos à die venditionis, vt factum fuit: Vnde non sufficit interim fuisse solutos fructus recompensatiuos ab emptoribus bonorum, quia soluere hos fructus
25 non est inuestire pro multiplico ad reintegrationem fideicommissi ex forma data in Breui, quæ immutari non poterat, nec per æquipollens adimpleri, *Gregor. decis. 518. num. 3. & seqq.* & faciunt ea, quæ dixit *Rota coram Reuerendis. Vrgellen. decis. 225. nu. 17. & 18.* imò ad vnguem erat adimplenda *Cyriac. controuers. 303. num. 14. & seq. Riminald. iun. cons. 255. nu. 36. & seq. Thesaur. decis. 99. nu. 12. & seq.* Præsertim cum supradicta verba, *Volumus autem &c.* apposita in gratia Papæ operentur, quod forma per æquipollens impleri nequeat, vt fuit resolutum in *Valentina Baroniæ de Cortes* 10. *Martij, & 18. Aprilis 1603. coram Ottemberg. in dect.* 1474 *nu. 2. coram Card. Seraph. & in decis. 612. nu. 17. & seq. coram Card. Caualer.*

Aduertebant insuper Domini, peccatū fuisse in executione derogationis, maximè quo ad bona vendita Comitibus de Vrsis, circa quæ Domini transierunt sine difficultate, cum venditio nimirum facta fuerit 18. Iunij 1612. & tamen Breue derogationis præsentatum non fuerit Vicario Archiepiscopi Bononiensis executori, nisi sub die 4. Augusti eiusdem anni, adeoque facta sine licentia, seu sententia executoris, quæ præcedere, & non sequi venditionem debuisset, ad hoc, vt venditio rei fideicommisso subiectæ sustineatur, quia gratia derogationis in forma commissaria non est derogatio, sed mandatum ad derogandum, & ideò nullum producit effectum, antequam pro derogatione ab executore pronuncietur, *vt in puncto dixit Rota in Bononien. diuersimodi de Ramundinis coram Reuerendiss. D. meo Decano 9. Maij 1636. quæ est impressa decis. 131. num. 6. & seqq. part. 7. recent. & in eadem causa 14. Decembris 1637. & 22. Martij 1638. coram b. P. D. meo Ghisilerio, vbi plures allegantur concordantes.*

Ne-

Neque post sententiam executoris superuenit noua venditio, seu ratificatio præcedentis venditionis ob prætensam acquiescentiam Thiberij, quia cum propter alienationem antea nulliter factam, quæsitum fuisset Ius fideicommissarijs, superueniens licentia, vel consensus Thiberij non potuit inducere nouam venditionem, vel ad primam conualidandam retrotrahi in præiudicium Iuris medio tempore quæsiti ipsis fideicommissarijs, *iuxta tradita per Surdum in consil.382. num.79. Affitti, decis.335. nu.11.& 12. Coſam de retroitract. cap.8. sect.2. num.10.& 11. Rotam decis.213. nu.12. par.7. recent. coram sanct. mem. Gregor. XV. decis.233. num.2. & Reuerendiss. Vgolinum decis.264. num.4. & decis.463. num.7. & seqq.*

Ex quibus Domini in vltima resolutione permanserunt vtraque parte informante &c.

Altera Decisio eiusdem Illustriss. D. Peutingerij in eadem Causa.

Mercurij 27. Ianuarij 1644.

OBrenta per D. Iuliam de Pepulis iterum nouam audientiam aduersus decisionem 16
sub die 2. Martij 1643. confirmatoriam alterius decisionis in eadem causa
sub die 24. Martij 1642. coram me manuscriptam, Domini hodie steterunt in
decisis, & pro tertia vice responderunt, Iacobum posse agere ad vindicationem bo-
norum à Tiberio in DD. de Pepulis alienatorum, non obstante derogatione fidei-
commissi à sanct. mem. Paulo V. concessa.

Placuerunt enim vtraque fundamenta 24. Martij 1642. firmata; Nimirum, quod gratia
17 fuerit subreptitie obtenta, quæ subreptio illam nullius roboris reddit, *Cumul. scripto. decis.601. nu.12. & cum aliis Rota in decis.621. num.3. par.3. recent.* & impedit illius
executionem, vt fuit resolutū in *Romana dotis de Crescentijs 20. Maij 1633. coram Reuerend. ſ. D. meo Dunazetto Decano.* & quod forma Breuis Sactis. seruata non fuerit.

De subreptione autem dictæ derogationis constare dictum fuit ex eo, quòd Tiberius
enarrans Papæ grauatum esse ære alieno in summa librarum 45350. & obtinens de-
19 rogationem pro libris 54. mil. tacuit se habere bona libera valoris librarum 25250.
ex quibus maior pars dictorum debitorum solui poterat; Quod si Papæ narratum
fuisset, vel non concessisset gratiam derogationis pro tanta quantitate, eo quia fi-
deicommissarijs maius præiudicium inferre noluisset, quam quod ipsa vrgeret ne-
cessitas, *Card. in cons. 96. in fin.* & post eum *Iun. mem. Greg. XV. decis. 156. num. 5.* vel
saltem difficilius concessisset, cum in subsidium tantùm; quatenus scilicet bona libe-
ra non extent, permittatur distractio bonorum fideicommisso subiectorum pro dis-
soluendo ære alieno ipsius grauati, *Peregr. de fideicom. art. 40. nu. 22 Fusar. de subst. q. 542. nu. 14.* vbi quod est de mente omnium, *Burſat. in cons. 80. nu. 27. Cyriac. controu. 328. nu. 29. Add. ad S. M. Greg. decis. 299. num. 6.* & in his terminis ad effectum derog.
tionis fideicommissi, *Monet. de Communi vlt. volunt. cap. 6. num. 143.* ex quo vnico
fundamento derogationem fideicommissi non substineri respondit *Rota in practi. Romana dotis de Crescentijs, & in Bononien. fideicommissi de Ramundinis 14. Decembris 1637. coram R. P. D. meo Ghisilerio.*

Nec subsistere visum fuit, quod Tiberius in longè maiori summa ære alieno præmere-
tur, Quia supplicans Sanctissimo expressit se esse grauatum in sola summa librarum
45350. & in notula in executione Breuis tradita docuit de suo ære alieno in libris

46324. *vt in Summ. Iacobi num.* 4. apponendo etiam aliquas partitas (quæ numerandæ non erant) nempè affrancationes bonorum aliàs per ipsum venditorum cum pacto francandi, quæ, vt fuit dictum in prima resolutione coram me facta, inter debita non erant enumerandæ; partitas dotium, siue filiarum de tempore gratiæ in infantili ætate existentium, pro quarum dotatione nulla proinde adhuc vrgebat necessitas, siue vxoris, quæ constante matrimonio etiam probata vergentia viri ad inopiam nonnisi pro assecuratione dotis agere potuisset, *vbi adhuc C. de iur. dot. dict constante sſolut. matrim.* Gratia enim derogationis, seu facultas alienandi bona fideicommissi
20 concessa intelligitur ad limites necessitatis, & vrgentiæ de tempore gratiæ, & non vltrà, *Gabr. in conf.* 118. *num.* 6. *lib.* 1. *Peregr. de fideicomm. d. art.* 40. *num.* 16. *Molin. de primogen. Hispan lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 10. *lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 3. *& cum alijs firmant in præallegata mea prima decisione.*

Quod autem dicitur Papam saltem in genere cogitasse Tiberium alia bona libera habuisse in extinctionem aliorum debitorum distrahenda, eo minus ex narratis verificatur, vltra quod ad tollendam subreptionem, specifica, non generica requiritur expressio eorum, quæ potuissent diuertere Papam ad sic concedendum, vel difficilius concedendum, vt notanter tradit *Abb. in cap. in nostra num.* 4. *in fin. de rescript.* & post alios *Grammat. in decis.* 66. *nu.* 18. Nam in concedente sufficit quidem cogitatio ge-
21 nerica ad euitandam subreptionem in his, quæ sunt iuris, non autem in his, quæ sunt facti, quemadmodum est habere bona libera, alioquin nullus daretur casus, in quo de subreptione opponi posset in his, quæ in facto consistunt, vt animaduertit *Rota in Tarusina Plebis de Medulo* 2. *Iuny* 1593 *coram Card. Millino, & in Tolentana Annatarum* 23. *Ianuarij* 1589. *coram Orano*, præsertim quia in contrarium potius viget præsumptio, quod nempè cogitauerit Papa alia non adesse bona libera; sciens enim quod de iure nonnisi in subsidium permitti debet alienatio bonorum fideicommissi subiectorum, iuri etiam conformem esse voluisse præsumitur derogationis concessionem, ne maius inde sequeretur tertij, hoc est substitutorum præiudicium; *Olrad. in cons.* 268. *nu.* 5. *ad med.* & benè *Rot. in decis.* 234. *num.* 8. *par.* 1. *rec. ex.*

Quod verò forma Breuis seruata non fuerit apparere Dominis visum est ex ipso illius tenore, ibi, *Volumus autem, & Apostolica auctoritate decernimus, quod ex summa librarum* 54. *mill. huiusmodi, in primis & ante omnia* 4000. *scuta monetæ in tot bonis stabilibus, seu locis montium non vacabilium de Vrbe inuestiri, & subinde illorum, & infra emendorum fructus in emptionem aliorum bonorum seu locorum montium huiusmodi annuatim conuerti & c.* Quæ verba satis præcipiunt statim secuta venditione bonorum fideicommissi inuestiri debere scuta 4000. donec ad ipsam summam alienatam multiplicando fructus pecuniæ inuestitæ reuerterentur, quod tamen obseruatum minimè fuit, dum non statim secuta venditione, sed nouem post annos inuestitæ fuerunt pecuniæ, & hoc ipsum operari nullitatem venditionis, cum ad vnguem, & non per æquipollens voluntatem Principis adimplendam esse suprædicta indicent verba, resoluit *Rota in Valentina Baronia* 10. *Martij* 1603. *coram Reuerendiss. Mirabalcen. Card. Caual. decis.* 612. *nu.* 17. *& seq. Seraph. decis.* 1474. *nu.* 2. & firmatur in *Bonon. fideicommissi de Raymundinis* 9. *May* 1636. *coram Reuerendiss. D. meo Decano, quæ est decisio* 131. *par.* 7. *recen.* confirmata *coram R. P. D. meo Ghilerio anno* 1637. *quæ est decisio* 261. *p. par.* 7. *recen.* & deindè 22. *Martij* 1638. *coram eodē §. partier tenuerunt*, & tradit *Marsicott. var. resol cap.* 68. *num* 3. *lib.* 1.

Imò neque per æquipollens impletam fuisse mentem Papæ Domini censuerunt, dum
22 si fructus, & fructuum fructus ad formam Breuis inuestiti fuissent, fideicommissum saltem ab anno 1613. ad annum 1637. totaliter potuisset reintegrari, & tamen eo

modo,

modo, quo pecuniæ inuestitæ reperiuntur, nonnisi de anno 1652. ad destinatam summam attingere posse detegitur ex relatione periti iudicialiter electi in *Summ. Iacobi num.7.* Quæ nimis damnosa fideicommissarijs differentia vtique omnem æquipollentem Breuis obseruatiam excludit; Cum gratia derogationis illud potissimum expostulet, vt in subrogatione bonorum, quominus fieri possit, substituti grauentur. *Molin. de primog. lib. 4. cap. 4. nu. 1. & seqq. Franc. decis. 355. nu. 6.* & potius in eorumdem vtilitatem commutatio fieri debeat *Peregr. de fideicom. art. 52. nu. 159.*

Ex quibus omnibus tàm ex capite subreptionis, quàm non seruatæ formæ Breuis, Domini vtraq; parte informante perstiterunt indecisis &c.

CONTROVERSIA LXXVIII.

Pro eisdem DD. Co. de Rubeis.

SVMMARIVM.

Donatio omnium bonorum iurata saltem sustineri debet respectu bonorum præsentium, nu. 1.

Iuramentum habet vim clausulæ omni meliori modo, nu. 2.

In Donatione facitè censentur, exceptæ res, quæ non veniunt in obligatione, nu. 3.

Dominium in Donatarium transfertur sine traditione, nu. 4.

Qui post quinquennium à die contractus factum, non potest dicere de nullitate, nu. 5.

Res pro indiuiso non potest vendi sine consensu Domini, nu. 6.

Fideicommissarius actionem habet contra alienantem ad pretium, nu. 7.

Aditio hereditatis nõ præsumitur, nu. 8.

Filius non præsumitur hæres patris in odiosis, nisi probetur, nu. 9.

Legitima si detrahenda sit ex fructibus perceptis deducitur, nu. 10.

Probata filiatio dicitur probata legitimitas, nu. 11.

Filius, qui ex post nascitur ex verisimili mente Patris in institutione comprehenditur, nu. 12.

Regressus contra tertium possessorem præscribentem in subsidium datur, nu. 13.

Adsit Deus, & Virgo.

Etsi nimia subtilitate, ac intellectus acumine plura fuerint scripta ad exclusionẽ DD. de Rubeis per Excellentiss. D. Laurentium Vitalium illorum de Brunis aduocatum.

Et primò Supponit Nestoris donationẽ omniũ bonorum esse validam, nec potuisse post donationẽ de bonis à se donatis disponere, ex quo donatio fuit iurata *Abb. cons. 18. in fin. lib. 1. Nat. cons. 453. nu. 16.* vel saltẽ negari nõ posse, quin stante iuramento non debeat substineri respectu bonorũ eo tunc præsentiũ, vt per *Anet. cons. 54. in fin.* & per *Grat. cons. 70. n. 26. li. 1.* dicẽtem, quod nemo ex Doctoribus cõtradicit, quin valeat quo ad præsentia, *& post Salicet. & plures alios* tenet *Seraph. de iuram. priuil. 98. nu. 24. & priuil. 107. nu. 3. & 4. Trentacinq.* post infinit. *variar. resolut. lib. 3. tit. de donat. resolut. 3. nu. 9. ad finem*, dicens, quod vnquam recederet ab hac opinione, maximè, quia iuramentum habet vim clausulæ

omni meliori modo, quæ & specificè legitur in casu nostro, sed vt audio donatio comprehendit tantum dimidiam bonorum, quo casu cessat disputatio, & altera medietas erit obligata.

Nec facit, quod esset Clericus, quia primo interfuit Vicarius Episcopi, qui dedit licentiam, & nullibi reperitur prohibitum, quin Clericus de bonis patrimonialibus possit disponere ad libitum, nec minus, quod sibi non reseruasset quid, vt testaretur, nam tacitè censentur exceptæ res, quæ non veniunt in obligatione *Matheſil. ſingul.* 136.

3 *num.* 1. *& Gaid. Pap. ſingul.* 588. *num.* 4. & quia legitur expressa fructuum reseruatio ad vitam, quo casu de fructibus testari poterat, secundum communem Doct. opin. de qua *per Gail. in lib.* 2. *obſeruat. obſeru.* 127. *nu.* 4. *& Rol. in conſ.* 65. *nu.* 5. *vol.* 1. maximè cum non interuenerit cessio iurium, & actionum, vt post *Naſiam* tenet *Zachar. in addit. ad Clar. in §. donatio q.* 19. *nu.* 10.

Sed supposita donationis inualiditate, non est dicendum, quod Nestor potuerit vendere partem, quæ spectabat, & pro indiuiso possidebatur per Minum tempore Morris, cum ipse Minus fideicommisso illam subiecit, alias sequeretur, quod de re sua Testator disponere non potuisset, quod est contra omnes iuris regulas faciunt ad propositum notata *per Peregrin. in tract. de fideicom. art.* 52. *nu.* 66.

Vnum retiam reputatur id, quod dicitur non fuisse translatum dominium in donata-

4 rios, cum non transferatur sine traditione per tex. *in l. in traditionib. C. de pactis*, nam contrarium est verius vt in termin. *per Garg. Parec.* 10 *nu.* 5. *& ſeq. lib.* 1. vbi plures allegat adito constituto, & precario, quorum vires amplæ sunt, vt in *Stat. in rub. pactum precarij, & pactum conſtituti*, & erit aduerten. fuisse in donatione conuentum, quod Nestor bona donata non posset vendere, & quod si aliter fieret, venditio esset nulla, & extant verba dedit, donauit, & reseruatio fructuum ad vitam, & obligatio bonorum ad quæ &c. per quæ non potest dubitari, quin translatum fuerit in donatarios dominium, vt per *Gratum deciſ.* 70. *nu.* 29. *ad finem lib.* 1.

Addatur hodie non posse allegari donationem inualidam, & inofficiosam, quia Octauianus per quinquennium, & vltra tacuit, nec de donatione aliquod verbum fecit, quo casu ipse, & qui habent causam ab eo tali exceptione non iuuatur, & repellendi

5 sunt *l. fin. an verbo temporibus, & ibi gloſ. & omnes C. de inofficioſ. donat. intenta à contra maiores C. de inoff. teſt.* quod procedit, siue principaliter, siue incidenter per viam executionis intenterur, secundum *Bal. poſt. Petr. tract. ſi quis libertatem cum fine de petit. hæredit. Ial. in l. ſi quis filium nu.* 4. *C. de Inoff. Teſt.*

Nec dicatur, quod facta venditione potuerit eligere hanc partem pro se, ne dum stante cõuentione in donatione propè finem, vbi promisit non alienare, sed quia res pro

6 indiuiso non potest vendi absq; consensu alterius condomini *Bart. in l. cum proponas C. de pactis*, vbi dixit non operari tacitum condomini consensum, & cuilibet sensato viro patet ad sensum, & aduertunt omnes post glos. & nempè *Salicet. in l. in familiæ C. familiæ herciſcundæ*, vbi sic distinguit *num.* 3. aut de consortiorum voluntate, & tunc agitur ad pretium, aut sine eorum voluntate, & tali casu res alienata vendicatur à possessore.

Nec creditur satis probatum esse bona tenta per Co. Paulum Æmilium fuisse de bonis Nestoris, quia erat in communione cum fratre, vt superius dixi.

Sed dato, quod id probatum esset, cum ex diuisione bonorum appareant tot, & tanta fuisse bona, vt vix vigesimam partem bonorum hæreditariorum hodie excedant, non debet fideicommissarius dimittere eam paucam quantitatem dd. bonorum, quæ pauca quãtitas si alienata fuisset, vendicari potuisset ex fideicõmisso, eo magis, quia

1 in eisdem aderat pars Mini, & Nestoris, quæ salem erat obligata, cum fideicommissa-

7 missarius actio habeat contra alienantem ad pretium, ex notatis *in dd. in familiæ C. familiæ herciscundæ.*

Ex hoc etiam resultat id, quod dicitur eam quantitatem per eum, & alios de Rubeis deberi, vt se relcuent Bruni, quia & ipsi omnes sunt fideicommissarij Mini.

Nec minus operatur, quod Octauianus sit obligatus, quia non fuit probatum, quod Co. P. Æmilius, & alij fuerint illius hæredes, quæ probatio difficilis est l. 2. *ff. de interrog. actionibus*, & adisse hæreditatem est quid facti, quod non præsumitur *Dec. cons. 652. n.* 8 *9. & seq.* qui plures allegat, & quod filius non præsumatur hæres patris in odiosis, 9 nisi probetur, post plures tenet *Mantic. decis. 198. nu. 5.* & quatenus Octauiani bona reperiantur vtiq; ipsi DD. Actores contradicere non intendunt.

Nec dicatur non potuisse detrahi trebellianicam per Octauianum Nestoris hæredem, stante donatione, eo quod prohibita est expresse, nedum filijs primo gradus legitimatis, sed & natis ex legitimo matrimonio *Seraphin. decis. 553. nu. 8.* & quando 10 detrahenda fuisset in fructibus; detracta diceretur, *ex tex. in l. in fideicommissariam ff. ad trebell. & ibi glos. & DD.*

Nec minus creditur obstare id, quod opponitur respectu illegitimitatis personarum, nam si inspicimus personam D. Filippi, satis dicitur probatam filiationem Auiex Mino, non dicam ex sola fide baptismatis, sed ex attestationibus Lauræ Ruggeriæ testatoris neptis, & D. Alexandri de Claris, & ex nominationibus factis in pluribus instrumentis iuratis exhibitis, quæ ad facietatem probant filiationem, vt per *Mascard. concl. 790. nu. 5.* probataq; filiatione, satis dicitur probata legitimitas, vt ip- 11 se *Mascardas* asserit *concl. 798. nu. 14. vers. contrarium.*

Et quando etiam non fuisset natus ex legitimo matrimonio, dum dispositio esset facta de fratribus eiusdē qualitatis, cum obierit Pater morte improuisa, idem censetur dispositū de Bartholomæo probato filio posthumo, & ex verisimili testatoris mente tale filium, quem ignorauit, vel quem postea habuit, & testator nominate non potuit in 12 dispositione testamentaria venire, refert post alios *Mantic. de coniect. lib. 4. tit. 2. n. 5.* ad exemplum de ea muliere, quæ instituit duos filios, nam ex coniectura intelligitur etiam instituisse eum, quem postea peperit, & quia in puerperio obijt, testamentum mutare non potuit.

Respectu autem Co. P. Æm. dicitur non fuisse probatum hæredem, sed donatarium, & possidere Nestoris bona, nec controuertere, quia in bonis Nestoris, & Octauiani per Brunorum indemnitate reimbursentur.

Ex his etiam videtur responsum oppositis contra Comitem Io. Galeatium, & fratres, hodie etiam minores, qui ex eorum proprijs personis veniunt.

Vana etiā reputatur allegatio circa præscriptionem, cum in casu nostro non intret, sub prætextu, quod inceperit contra grauantem, quia id negatur primo respectu portionis Mini ex supradictis, sed etiam stante donatione respectu Nestoris.

Nec dicatur Brunos esse in bona fide, quia stante processu de anno 1536. satis constat à die petitionis in mala fide constitutos esse quod, & per sententias declaratū extitit.

Et si rectè videantur Doctrinæ allegatæ, exaduerso loquuntur in dispositione testamentaria, & hoc rationi naturali consonum est, quia si grauans vendidisset, dominus non fuisset, nec de bonis disponere potuisset, imò Doctrinæ prædictæ patiuntur multas 13 limitationes, nempè si fideicōmissario non possit emendari damnum à grauato, nam in subsidium datur regressus contra tertium possessorem præscribentē, vt per *Fusar. in tract. de fideicommissaria substitutione q. 528. n. 2. 3.* vbi plures allegat, nos autem loquimur in donatione respectu Nestoris, & respectu bonorum Mini, dicimus nō concurrisse, quia adfuit impedimentum superextantium Ascendentium, nec nata erat

actio,

actio, vt videtur in informatione data admitti, & habetur, vt per *Fusar. loco quo sup. num. 4.*

Ex quibus etsi bona probentur in bonis, prout probata sunt ex testibus alias examinatis, & fuisse factam legitimæ Nestoris deductionem ex bonis Nestoris, nec pactum fuit conuersum in vtilitatem Hæredum Mini, non erit contrauertendum, quin debeat iudicari fauore DD. de Rubeis, quorum vnus sufficit, qui sit idoneus, nam solus poterit ad formam testamenti omnia bona vendicare &c. Saluo &c.

CONTROVERSIA LXXIX.

Pro Illustris. D. Federico Guidotto.

SVMMARIVM.

PRimogenitura ordine successiuo ad descendentes transcendit, nu. 1. 4. & 8.

Recipiens fundum in emphiteusim, cum hoc, ne transeat, nisi ad primogenitum, intelligitur de eo, qui tempore mortis superuixerit, etiam si sit secundo, aut tertio genitus, nu. 2.

Substitutio si sit facta nomine appellatiuo, & nō proprio, dicitur facta respectu Agnationis, nō personæ, n. 3.

Substitutio ex verisimili mente Testatoris de vno ad alium casum extenditur, nu. 4.

Substitutio vna per aliam declaratur, & interpretationem recipit, nu. 6.

Vltimus dicitur, quem nemo sequitur, nu. 7.

Adsit Deus, & Virgo.

Millesimo quingentesimo quinquagesimo octauo prima Aprilis, Nobilis Bonon. Senator D. Florianus de Caccialupis, in Testamento hæredes instituit omnes eius filios legitimos, & naturales, & ex eis descendentes in infinitum; in defectum q; suæ lineæ instituit D. Ludouicum natum ex D. Galeatio Maluitio ipsius Testatoris filium adoptiuum, & ordine successiuo eius filios, & descendentes masculos in infinitum, cum onere assumendi, & gestandi cognomen, & insignia eiusdem Testatoris, non autem Patris naturalis, & habitandi domum Testatoris, illiq; deficientibus substituit secundogenitum superuiuentem D. Aurelij de Guidottis e ius ex Sorore Nepotis; secundo verò genito prædicto non extante, & Vxore d. D. Aurelij tunc grauida ventrem prægnãtem eiusdem Vxoris, si filium marem pepererit, & dicti secundogeniti, vel nascituri vt supra, filios, & descendentes masculos sub eodem onere se cognominandi de familia sua, & insignia gestandi; Ipso verò secundogenito, vel ventre prægnante non extante, vel extante, & eo, & eius filijs, & descendentibus masculis quandocunq; decedente, & decedentibus sine liberis ex se procreatis de legitimo thoro, vt supra, ei, & vltimo ex eius descendentibus sic decedenti nominauit, & esse voluit vltimo genitum D. Aldobrandini de Maluitijs, & vltimo geniti filios masculos, & quoscunq; eorum filios, & descendentes masculos eodem onere repetito, & quatenus prædicta non adimplerent, substituit Montem Pietatis, & Hospitale Expositorum Ciuitatis Bonon. & prædicta fieri iussit pro manutenenda Casata, & Fami-

Familia, & nomine eiusdem D. Testatoris, cum arctissima alienationis prohibitione, etiam ex deductionibus permissæ, volens Testator posse extendi, ampliari, & corroborari ad sensum Sapientis, non mutata tamen substantia toties, quoties opus fuerit. Mortuo Testatore sine prole, D. Ludouicus prædictus affectuns fuit hæreditatem, & ex eo, & Nobili eius Vxore nati fuerunt tres filij, scilicet Carolus Antonius, Ioannes Eques Hierosolymitanus, & ex post Clericus Regularis Barnabita, & Cæsar. Qui D. Carolus Antonius vltimus ex eis sine filijs masculis (prout & Cæsar, & d. Ioannes si sic descendentibus obierunt) in eius Testamento hæredem instituit D. Ioannem Alamandinum ex sorore nepotem: Quare requisitus, quid sentiã sum in opinione, quod Illustriss. D. Federicus d. olim D. Aurelij filius ad hæreditatem d. D. Floriani sit admittendus, ex illis verbis: Substituit secundogenitũ legitimum, & naturalem superuenientem D. Aurelij de Guidottis, quamuis ipse Illustriss. tem-
1 pore euenientis casus fuerit D. Aurelij vnicus, quia primogenitura ad omnes descendentes profertur, & ex natura ordine successiuo transcendit *Lud. Molina, Sotom. Tiraquel. Dec. Didac. Anchar. & alij, quos sequitur Peregr. in tract. de fideicommiss. art. 22. nu. 51.* dicens esse inspiciendum quis natus sit tempore aperti fideicommissi, & euenientis casus *nu. 77. Mantica in tract. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 10. nu. 6.* dicẽs,
2 quod si quis recipiat fundum in emphiteu sim, cum hoc, quod non transeat, nisi ad primogenitum, intelligitur de eo, qui tempore mortis superuixerit, licet esset secundo, vel posteriori ordine natus, quia consideratur tempus, quo quis succedere debet, & sicut dicitur primogenitus, etiam si post alius non nascatur *c. Ioseph, & ibi Doct. de verb. signif.* eadem ratione dicitur secundogenitus, licet primus mortuus sit, & sic dicitur secundogenitus non solũ si sit primus, sed etiam si sit tertius, quartus, aut quinto loco natus *Cephal. cons. 312. nu. 4. lib. 3.* Nec Testator fuit contentus secundogenito, sed adiecit ventrem prægnantem ex d. D. Aurelij Vxore, substituendo omnes Aurelij descendentes; Nec in omnem casum crederem d. D. Federici filios esse exclusos, quia Testator secundogenitum substituit post Ludouici filij adoptiui, & omnium suorum descendentium mortem, & potest casus euenire, vt nec Aurelij filij, sed nec nepotes, & pronepotes viuerent, vnde si intellexisset de primis filijs Aurelij, frustratoria fortasse euenisset eius dispositio, & si semper in substitutionibus vsus fuerit verbo in infinitum.

Quare dicendum est, vt de omnibus descendentibus intellexerit, cõsidero etiam, quod Testator vocauit secundogenitum Aurelij in casu deficientiæ lineæ Ludouici, & nõ subiunxit filium legitimum, & naturalem, prout de alijs expressit, quod expressisset, si de filijs Aurelij tantum cogitasset, & eum substituit nomine appellatiuo, &
3 non proprio, quo casu substitutio non dicitur facta respectu personæ, sed respectu agnationis *Rom. cons. 438. nu. 14.* & in primogenijs, mortuo primo, subintrat alius,
4 qui & ipse postea vocatur primogenitus; & sic considerari debet d. D. Federicus etiam secundogenitus, nam genitorum generationis, & de genere omnes appellantur descendentes, vt per *Peregr. art. 22. nu. 28.* & ex *aristot. in libro prædicabilium... in c. de genere habetur*, quod prius appellatum est gentis vniuersiusq; generationis principium deinde etiam, & multitudo eorum, qui sunt ab vno principio, vt à Romulo ibi diuidentes, & ab alijs separantes dicebamus illam collectionem Romanorum genus *Plin. lib. 11. cap. 37.* substitutio etiam de vno casu loquens ad alium ex
5 6 verisimili Testatoris mente extenditur *Curtius senior cons. 51. nu. 28. & 29. Curt. iun. cons. 83. nu. 5. & seq. Marzar. cons. 1. nu. 2.* & nouissime *Cabal. cons. 164. nu. 4. fol. 214.* & vna pars declaratur per alia, & ab ea interpretationem recipit *Petra de fideic. quæst. 6. nu. 34. qui plures allegat*, verba etiam aliquando recipiũtur in significatione im-

impropria, vt Defuncti voluntas seruetur, cum Testatores plerumq; abusiuè loquantur, nec proprijs nominibus, & vocabulis semper vtantur *Peregr. poſt alios in tract de fideicom. art. 11. nu. 5.* Et quando Illustriſs. D. Federicus nollit petere, res redditur clara pro Illustriſs. D. Io. Baptiſta Maluitio, nam licet non ſit filius, eſt tamen nepos
7 ex filio D. Aldobrandini, ex ſuperius dictis, & vltimus dicitur, quem nemo ſequitur, & interdum is eſt primus, poſtremuſque, qui ſolus occurrit *l. 2. §. legitima hæreditas ff. de ſuis, & legit. hæredib.* & facit, quia Teſtator non ſe reſtrinxit ad filium, cum vo-
8 cabulo filiationis, ſed genituræ, ſignificans cõtentari de alijs genitis d. D. Aldobrandini *Bart. in l. qui ob hoc §. perſonis ff. de iure immunit.* & in *l. pronunciato §. familia ff. de verb. ſignif.* & quia conceſſit facultatem extendendi, ampliandi, & corroborandi diſpoſita in eius Teſtamento ad ſenſum Sapientis, poterit Sapiens ſupplere *Doctores*, inter quos *Imol. in l. inſtitutio nu. 11. ff. de hæred. inſtit.* & ſi addiderit ſalua ſubſtantia, quia ea verba duplicem habent intelligentiam, primò, ne Teſtamentum mutetur in aliud genus contractus, ſeu voluntatis; ſecundò, ne fiat mutatio perſonarum, & præferatur vltimo loco vocatus, & ordo præpoſteraretur *Spec. in tit. de arbitr. & arbitratore §. 8. verſ. quid ſi.* Et hæc ſaluo &c.

CONTROVERSIA LXXX.

Pro Illustriſs. DD. Co. de Hanaù.

SVMMARIVM.

STatutum, vt vnicus ſit Dominus, tendit ad bonum publicum, nu. 1.

Primogenitura eſt fauorabilis, & conſeruat decorem, & ſplendorem familiæ, nu. 2.

A iure diuino originem duxit, nu. 3.

Et procedit de iure naturali, de iure gentium, de iure Canonico, de iure ciuili, & de iure conſuetudinario, nu. 4.

Ioſaphat Rex Ioram filio primogenito Regnum tradidit, cæteriſq; ſeptem filijs aurum, & argentum reliquit, nu. 5.

Et ſi inueſtitura feudi ſtet pro ſe, & ſuis filijs, Pater poteſt feudum relinquere vni filio, & reliquos excludere, nu. 6.

Pater delinquendo poteſt præiudicare filijs, nu. 7.

Feuda, & dignitates pertinent ad primogenitum, nu. 8.

Feudum conceſſum ab Imperatore, dicitur regale dignitatis, & indiuiduũ, nu. 9.

Et in eo non cadit diuiſio, nu. 10.

Princeps res ab altero auferre ſine cauſa poteſt, ſi diſponat per viam ſtatuti, ſecus ſi per viam reſcripti, nu. 11.

Licet feudum non poſſit alienari in præiudicium ſucceſſorum, poteſt tamen relinqui vni ex vocatis, & comprehenſis in inueſtitura, nu. 12.

Vltima voluntas Vaſſalli in feudis nihil valet, nu. 13.

Vaſſallus non poteſt immutare edictum ſucceſſorium ad præiudicium D. Superioris, nu. 14.

Præſumitur, quod feudum ad ſolum

primogenitum spectet, nu. 15.
In casu dubio non est recedẽdum à consuetudine, nu. 16.
Quando primogenitus est impotens gubernare feudum, dãtur coadiutores, nu. 17.
Augmentum iudicatur tamquam principale, nu. 18.
Res aliena legari potest, nu. 19.
Legitima secundogenitis ex feudo non debetur, nu. 20.
Cuipiam non est concedẽdum indirectè, quod prohibitum est directè, nu. 21.
Sufficit secundogenitis habere vitam, & militiam, nu. 22.
Legitima non potest peti, nisi ab his, qui ab intestato succedunt, nu. 23.
Alimenta à primogenito sunt præstanda secundogenito hac considerationc, quod primogenitus honorificè Principatum, seu Dominatum regere possit, nu. 24.
Valet argumentum de dote ad alimenta, nu. 25.
Frater fratrem alere tenetur, nu. 26.
Transactio cum solemnitatibus facta, non potest rescindi, nu. 27.
Minor petens restitui aduersus transactionem, quod consecutus est, restituere tenetur, nu. 28.
Qui attingit vigesimum quintum annum, non dicitur minor, nu. 29.
Primogenitus non tenetur edere scripturas secundogenito, nu. 30.
Communitas tamen si sit rea, tenetur edere, nu. 31.

Adsit Deus, & Virgo.

IN causa primogenij Comitum in Hanau, & Mintezembergi, omnibus præfationibus, & multiloquio sum in sententia: Illustriss. Co. Vlrico IV. huius nominis Domino in Hanau, statuere, vt perpetuo vnicus, & natu maximus sit Dominus in Hanau; id. n. certè ad bonum publicum tendit *l. 2 ff. de orig. iuris* fauorem. natale statutum dicitur continere *Rauenf. var. resol. cap. 44. nu. 21.* Poterit igitur Marchio, vel Dux ex pluribus filijs æqualiter de iure communi successibilibus vnum eligere, per quem velit regi debere populum, etiã si eidẽ Marchioni, aut Duci, vel etiam Comiti iurisdictio in feudum data sit, ipseque pro se, & filijs suis stipulatus sit, eo quod vnum alijs in feudo præferre possit, & id esse fauorabile, quamuis Pater æqualitati inter filios præiudicare videatur *Rota decis. 128. nu. 2. & decis. 191. nu. 10. par. 2. diuers.* affirmans eo etiam casu erectum primogenituram esse fauorabilem, conseruareq; decorem, & splendorem familiæ *Speculator, Calderinus, & Angelus*, quos refert, & sequitur *Rauensis d. tract. var. resol. cap. 45. nu. 10. Gutierrez. can. quæst. lib. 2. cap. 14. nu. 5.* qui cum *Soto lib. 4. de Iust. & iure q. 15. art. 1. ad 2.* sicait, & si primogenia iuri naturæ repugnare videantur, propterea quod omnes liberi eorumdem parentum æqua sorte nascantur, & perinde æquo iure nutriri, atq; educati debeant, attamen id non solum in decorem Reipublicæ, verum & in eius emolumentum, & firmamentum cedit, & ibi idem *Gutierez. à nu. 5. ad 29.* multas rationes, & auctoritates allegat, dicens talem opinionem etiam in conscientia esse securiorem, primogenitura namq; à iure diuino originem duxit *Genes. cap. 25. & 27* vbi de benedictione Iacob fit mentio. Item procedit de iure naturali, ex quo omnia animalia etiam ratione carentia solum natura impellente ardẽtius primogenitos amant *Tiraquel.*

quel.de primogenit.in præfat.nu.36.& seq. dicens esse etiam de iure gentium, de iure ciuili, de iure Canonico, & de iure consuetudinario, sapienterq; dicitur fecisse Iosaphat Regem, qui Ioram eius filio primogenito Regnum tradidit, cæterisq; septem filijs aurum, & argentum reliquit *Paralipomenon lib.2.cap.21.* legitur etiam *Platonem libro legum vndecimo* primogenituram induxisse, & valde eam commendasse *Felin. post Castr.in c.prudentiam nu.7.de off.delegati*, dicens forma lia verba in feudo iurisdictionali admittitur prælatio primogeniti, reliquis filijs pro bono pub'ico *Alex. cons.* 55.*lib.2.nu.17.* loquens & ipse, si inuestitura feudi stet pro se, & filijs suis, cũ possit illud vni relinquere, & reliquos excludere, iusque eis quæsitum tollere, eo quod sicut Pater potest delinquendo filijs in feudo præiudicare *c. si vassallus culpa tit. si de feudo fuerit controuersia*, eodem modo renuntiando vni filiorum, potest alijs præiudicare, iusq; illis quæsitum reuocare, & loquitur in feudo antiquo reprobans Doctores contrarium tenentes ex *Antharani, & plurium aliorum* sententia, & in terminis terminantibus de communi attestando *Dilect. in tract. de arte testandi tit. 3. sub quibus remedijs Testamentum effectum habeat cautela prima*, quare non erit dubium, quin Vlricus Quartus sic statuere potuerit, non obstante omnium descendentium in primogenitura vocatione, quia feuda, & dignitates ad primogenitum pertinent *Menoch. & alij plures*, quos adducit idem *Rander.f.d.c.45.n.10.* nec controuerti potest, quin tale feudum dicatur regale dignitatis, & indiuiduũ, cum ab Imperatore fuerit concessum *Curt.Iun.* quem refert *Clar.in §. feudum quæst. 10. Idem Rander.f. post Aluarot.& alios in d.tract.var.resol.c.44.nu 2.* his verbis in feudis autem superioribus regalibus, scilicet Ducatus, Comitatus, Marchionatus, & similibus benè fateor non cadere diuisionem, & ratio est, quia in eis debet esse vnio, ne per diuisionem diminuantur, & deueniant ad destructionem, quoniam, vt ait *Philosoph.* virtus vnita est fortior, & *in Euang.* legitur, omne regnũ in se diuisum desolabitur, potuit ergo à d.Co. Vlrico IV. Vassallo Imperatoris in suo Territorio tale fieri statutũ *Angel. Alex.& alij*, de quibus *per Surd.cons.152.nu.10.* & per *Thesaur.decis.132.* seu potius *responsum post decis. impressum à 6. Doctoribus approbatũ n.9.52.& 53.* videmus etiã, quod Princeps res ab alterο sine causa auferre potest, si per viam statuti procedat, secus si per viam rescripti *Felin.in c.quæ in Ecclesiarum de constit nu.3.* quem etiam refert *Gabr. de iure quæsito non tollendo concl 1.nu.27.* per statutum etiam videmus licitam fieri alienationem *Aluarot.in tit.qualiter olim feudum potest alienari nu.5.* nonne etiam verum est, quod licet feudum in præiuditium successorũ alienari non possit, potest tamen vni ex comprehensis in inuestitura relinqui *And.de Isernia, & Afflict in c. omnes filij, liæ feuda fuerit controuersia Guilelm.de Perno in cons.13.* arg. *ex.in l.vnum ex familia in princ.§.1.ff.de leg.2.Curs.1.cons.6.vbi Petr.filius nu.7.* Idq; alias in Collegio nostro Bonon. & Collegio Mediolanensi fuit terminatum, vt refert *Bald.in tit. de alien.feudi nu.12.*

Aduersari tamen videntur ea, quæ per eumdem *Baldum* habentur *in tit. de success. feudi nu.3.vers.sed Iason*, vbi dixit, quod vltima voluntas Vassalli in feudis nihil valet, & per *Iacob.de S.Georgio in tract.de feudis in verbo, & cum pacto, quod de ipso feudo n.13.* sustinentem in feudo antiquo non posse immutare edictum successorium, & cum pluribus auctoritatibus subiungentem, quod si Pater posset facere, quod primogenitus semper haberet, totum fundũ præiudicaretur Domino superiori, cuius interest habere plures subditos, & Vassallos, qui fidelitatem sibi præstare teneantur *Corset. cons.17.nu.10. Clar.in §.feudum quæst.40.num.5.& 6.* & idcò securius videtur dicendum ex scripturis exhibitis non apparere alio modo feudum fuisse concessum, item & feudum esse francum ex rationibus consideratis per eumdem *Iacobinum de S. Georgio in verbo in feudum nu.27. Clar.& ibi Zachar.in addit.in §.feudum q.12.* nam

hoc

hoc casu prima opinio sustinetur, vt distinguendo scriptum reliquit idem *Iacobinus in d.verbo, & cum pacto nu.15.* Accedat Imperat. approbatio *Cravet.cons.135.nu.31.*

Ad secundum dubium non constare de prima inuestitura, & ante conditum statutum semper fuisse solitum, vt solos primogenitus in Dominatu Hanaù succedat, vt clarè
15 constat ab anno 1250. ad diem conditi statuti videtur, respondendum indubitatam oriri præsumptionem, vt ad primogenitum solùm feudum spectet *Abb.in c.licet ext. de vsu, & vot.redempt.col.2.vers.item nota Menoch.de præsumpt.lib.1.q.33.num.2. Mantica de tacitis, & ambiguis lib.23.tit.3.nu.4.* talemq; consuetudinem vti fauorabilē, & iuri diuino conformem seruandam esse dixit post alios *Raudens.d.c.44.nu.*
16 70. sustinens in casu dubio non esse recedendum à consuetudine, & interpretatione, per quam feudum pertineat ad primogenitum tantum *Iacobin.in eod.tit. de feudis in d.verbo & cum pacto nu.13.* ita etiam dixerunt *Bald.in tract.de feudis in tit.de feudo Marchia Ducatus, & Comitatus nu.3. Zas. & Gabr.de quibus per Manticam eod.tract.de tacitis, & ambiguis lib.13.tit.45.nu.24.*

Ad tertium, an suppositâ tali per statutum succedendi forma, semper obseruata dici possit, eo quod in transactione de anno 1398. & in laudo per Archiepiscopum Maguntinum, dum esset Arcicancellarius, & Sacri Imperij Elector anno 1404. etiam assentientibus Philippo Comite in Hasaù, & altero Philippo Comite à Falchastain fuit Conuentum, & respectiuè declaratum, quod si Vlricus tunc viuens primogenitus Dominus in Hanaù decederet absq; hæredibus feudalibus, Dominatus Hanoniensis vniuersus, cū omnibus pertinentijs deuolueret ad eius fratres Rheinardum, & Ioannem, videtur responderi posse ex eisdem transactione, & laudo constare, quod Vlricus tunc erat solus Dominus in Hanaù.

Secundò, ex eisdem non posse dici formam antiquam succedendi fuisse alteratam maximè, quia ibi adiecta fuere hæc verba, prout hactenus iuris, & consuetudinis fuit in Dominatu Hanaù, quæ verba non alterare, sed reseruare dixit nouissimè post alios *Barbos.in tract.de dictionibus in dictione* 249.

Tertiò, erit aduertendum, quod tempore d. laudi Dominatus Hanaù erat depredationibus, rapinis, alijsq; omnis Generis incommodis obnoxius, quare cum Vlricus de per se tunc ad Regimen inhabilis esset, fratres etiam ex eorum interesse prouidere cupientes, non vti Domini, sed vti Tutores, & Administratores ibi ad Vlrici fratris vitam constituuntur, & quando ipse Vlricus feudalem vnum, seu plures haberet hæredes, natu maximus filius ibi in Hanaù Dominus declaratur intantum, vt si adoleuerit, & ad legitimam ætatem peruenerit, ijdem Reinardus, & Ioannes fratres à tutela, & administratione excluſi sint, in casuq; obitus absq; hæredibus feudalibus, ibi declaratur feudum deuolui debere ad eosdem Reinardum, & Ioannem absque fraude, ex his enim non credo posse dici statutum, & formam succedendi non fuisse, obseruatam, nam ibi legitur adiecta modificatio, prout hactenus iuris, & consuetudinis fuit, & ipsi Vlrico de per se impotenti potuerunt, imò debuerunt Coadiutoresconstitui *Archid.in c.item obijcitur 2.q.7.do. And.in c.cum inter vniuersas de elect. Bald.in rub.C.3.an intertus, vel alius imperfectus nu.1. Tir.quæl.de primogenijs q.*
17 *23 n.2. cum seq.* & ex effectu subsecuto constat solum Reinardum Vlrico absq; filijs mortuo successisse, cui deinde successit alter Reinardus filius primogenitus, vt probatum fuisse legitur, & sic exposit obseruatum.

Ad quartum, verum successor ad bona post statutum acquisita sit admittendus, videtur minimè dubitari posse, nam ex statuto dispositum legitur, quod omnia acquisita, &
18 acquirenda comprehendantur, & id fieri potuisse, post *Alex.dixit And.de Pomate ad Bart.in l.si ex toto ff.de leg.1. & ibi Ias.nu.1.* dicens augmentum iudicari debere tam-

quam principale, tale igitur nomen Dominatus comprehendit nedum id, quod tempore conditi statuti erat, sed omne, id, quod ex post augmentatum fuit *Bart. & Doct. in l. si ita ff. de aura & arg. leg. Rub. Alex. x. cons. 95. nu. 14. Surd.* post alios *accis. 88. nu. 11.* dicens, quod augmentum vti accessorium sequitur naturam sui principalis, & quod idem est iudicandum, & *in tract. de alimentis tit. 1. q. 42. nu. 76.* & videmus,
19 quod nedum res aliena legari potest §. *non solum inst. de legatis*, sed etiam id, quod futurum est *l. quod in rerum natura ff. de leg. 1. & ibi Bart. Bald. Castr. & Ioson. num. 1.* operaturque, vt dixi, observantia subsecuta, & statutum, secundum eam est interpretandum, quamuis illius intellectui discreparet, in terminis nostris *Ang. cons. 184. col 1 Natta cons. 406. nu. 28. Cephal. cons. 272. nu. 244. Bec. cons. 101. nu. 49. Socin. cons. 145. nu. 2. & 3. lib. 1. Surd. cons. 297. nu. 8.*

Ad quintum, nunquid saltem legitima ex hoc feudo secundogenitis, debeatur, & ne-
20 gatiuè respondendum est, quia feudum est eius naturæ, vt ad primogenitos tantum deueniat *Host. Io. And. post glos. in c. licet ext. de voto*, prohibitaq; est Dominatus diuisio *Curt. iun. cons. 21. nu. 11. & 12. Paris. cons. 17. nu. 30. lib 2. Mari. Laud. Gulielm. de Cuneo*, & alij quos refert, & sequitur *Capic. decis. 2. num. 2. Castr. Alex. Ruin. Cuchus Valq. Clar.* & alij, de quibus per *Cras. in §. legitima q. 21. nu. 1. Cephal. Roland. Bertazol. Tiraquel. Lud. Serader. Pereg.* & alij, quos nouissimè sequitur, & commendat *Mangil. in tract. de imputat. & detract. q. 37 nu. 12.* dicens talia bona extra omnem defunctorum substantiam esse considerandа, subiungens, quod si aliter esset secundogenitus,
21 per indirectum haberet partem illius feudi, quam directè habere prohibetur, contra regulam cuipiam non esse concedendum, quod directè ei prohibitum est *l. quod di-*
22 *ctum ff. de pactis.* Sat. n. est, quod secundogenitus, & alij in vlteriori gradu habeant
23 vitam, & militiam, quæ est temporalis *Capic. d. decis. 2. d. nu. 2.* quare credo Co. Albertum præter vitam aliud consequi non posse, addendo, quod legitima peti non potest ab ijs, qui ab intestato non succedunt, *l. post humum §. si quis ex his ff. de inoff. test. l. am. l. quæritur, & l. parentibus C. eodem*, & adeò cò cum Co. Albertus non possit succedere, quia frater primogenitus habet feudum à lege, & à primis contrahentibus, & sic iure successorio feudali *Bal. in c. 1. de success. feudi*, ergo sequitur, quod ei ex hoc feudo legitima non debeatur.

Ad sextum, an saltem loco legitimæ alimenta illius loco debita in pecunia, vel in Territorijs, & Castris in feudo comprehensis assignari debeant, dicitur satis ex statuto prouisum esse, vt alimenta à primogenito cæteris fratribus præstentur secundũ digni-
24 tatem, & qualitatem, non simpliciter secundum suam necessitatem, habita semper hac consideratione, quod primogenitus honorificè Principatum, seu Dominatum regere possit *Host. Io. And. & Abb. in dicitur ext. de voto. Idem Io. And. in clem. vnic. de reg. iuris in sexto in Mercurialib. Iacobin. de S. Georgio in haec antiquioribus in 8. q. C. de iure delib. Tiraquel. de primogen. q. 4. nu. 33. Surd.* qui alios plures allegat *in d. tract. de alimentis tit. 1. q. 27. nu. 1. & in tit. 4. q. 18. nu. 26.* non tamen credo sufficere, si soluantur Floreni Iranc. forenses, de quibus Vlricus in statuto tali casu secundogenitis, & alijs fratribus prouidit, stante temporum variatione, & pretiorum rerum augmento *DD. omnes in l. ideò in arbitrio ff. de eo quod certo loco, & in l. prima rerum §.*
25 *nonnulla tamen ff. ad l. Falcidiam*, & in Dotibus, in quibus par est ratio, cum de vno ad aliud valeat argumentum *Roderic. in l. quoniam in prioribus in secunda limit. n. 10. C. de inoff. test.* tenuerunt etiam *Portius cons. 92. num. 102. vers. Nona quæritur. Grauet. cons. 291. nu. 4. vers. quinto Marziar. in sua epitome fiscalium assertia q. 48. nu. 76. Petra de fideicommissis q. 8. nu. 456. Amatus decis. Marchiæ 28. nu. 14.* & ratio est, quia si ipse statuens vinceret, & talia rerum pretia videret, sic disponeret, vt ibi *Amatus nu. 13.*

aduer-

aduertit, & quando alimenta in pecunia solui non possent, ex introitibus Castro-
26 rum, & aliorum bonorum Dominatui subiectorum soluenda essent, eo quod ex coniunctione sanguinis frater primogenitus fratres alere obstrictus est *Sard. d. quæst. 27. num. 7.*

Ad septimum, an transactio de anno 1604. 11. Ianuarij inter Philippum Ludouicum Comitem in Hanaù, & Co. Albertum eius fratrem cum obliget, seu saltem de nullitate, & læsione dici possit, creditur, quod non, nam idem Co. Albertus approbauit ordinationes, & statuta antiqua, in quibus cauetur in Dominatu, solum primogenitum succedere debere; ipseq; Co. Albertus ibi pro suis alimentis maximam consecutus fuit bonorum assignationem, ex quibus honestè, & secundum Natalium, & propriam dignitatem viuere potest, ab eoque hodie, vt mihi supponitur, talia bona de-
27 tinentur, & possidentur, ijs. n. stantibus, & solemnitatibus amplissimis, quæ in transactione leguntur, non poterit dici, nec de nullitate, nec de læsione *Rob. Alex. cons. 133. num. 18.* Nec facit, quod Co. Albertus sit minor, quia nihilominus transactioni stare tenebitur, donec de læsione doctum erit, ita per multos probat *Crauet. cons. 685. num. 16. & cons. 717. num. 29. lib. 4.* minusq; etiam transactionis nullitate suppositi est
28 audiendus, donec effectiuè omnia bona sibi assignata restituerit; nam conclusio est firmissima, quod minor petens aduersus transactionem, restitui omne id, quod occasione transactionis consecutus est restituere debet *Parisi. cons. 96. nu. 112. lib. 1. Nata cons. 371. Crauet. cons. 7. nu. 14. & cons. 747. nu. 7. Menoch. cons. 644. nu. 3. 4. & seq. lib. 7.* qui de communiori attestatur, etiam si contractus nullus appareret *l. prædior. & l. si prædium C. de prædijs minor.* idem *Crauet. a cons. 758. nu. 6. lib. 5. Rebuff. cons. 144. ad finem Gabr. cons. 33. nu. 10. lib. 1. Cephal. cons. 207. nu. 37. lib. 2. Scot. cons. 20. nu. 68. tomo 2. lib. 8. Rimin. iun. cons. 5. nu. 76. lib. 1. & cons. 452. nu. 57. lib. 4. Bertazol. cons. 13. nu. 4.* in ciuilibus, sed vt audiui, omne obiectum remouetur, ex quo dicitur probatum esse Co. Albertum tempore transactionis non fuisse minorē, sufficit. n. quod tunc vi-
29 gesimum quintum attingeret annum *l. qui filium §. Sabinus ff. ad trebel. l. 1. ff. de manumissionibus*, & ibi *Doct. Gratus cons. 57. nu. 9. lib. 1.* Addamus per quinquennium tacuisse, & per multos actus transactionem ratificasse *l. 1. & 2. C. si minor factus l. 3. §. 1. ff. de minor.*

Ad octauum, & vltimum, an Co. Filippus Ludouicus, & seu ex eo primogenitus teneatur d. Co. Alberto omnia instrumenta, & scripturas, quæ in Archiuio Dominatus conseruantur edere, & videtur regulam esse notissimam, Reum non teneri edere Actori, vt omnes affirmant *in l. 1. ff. de edendo, l. qui accusare C. eodem*, & si aliter diceretur, facillimè primogenitus fraudaretur, nam Dominatus secreta panderentur, & id non solum de iure communi procedit, verum etiam de æquitate, vt notant *in ead. l. qui accusare Aret. & Decius nu. 2. & 4.* & si quodammodo iniustum, & rigorosum videatur, eo quod maius malum esset, si Reus contra se edere cogeretur *l. nimis graue C. de testibus*, & ex quo Arma non sunt de Domo Rei sumenda, cum esset inconueniens, vt quis suo gladio se iugularet, & ne secreta facultatum pandantur *Decian. cons. 61. nu. 12. lib. 1. Ruin. cons. 69. nu. 14. lib. 4.* in hoc tamen non insisto, sciens regulam limitari in Communitate, quando est Rea *Veral. decis. 294. lib. 1. Riccius in Collect. collect. 240.* ex his, n. secundum sensum, meum omnibus octo quæstis mihi propositis respondi. Saluo tamen &c.

CONTROVERSIA LXXXI.

Pro Illust. D. Margherita Gallutia.

SVMMARIVM.

MAter transiens ad secunda vota, amittit successionem filij, nu. 1.
Declara vt nu. 2.
Filius tamen potest consentire tacitè, siue expressè, nu. 3.
Etiam si sit minor, num. 4. Imò impubes, nu. 11.
Vel si maritus dedisset licentiã nubendi, nu. 5.
Vel si vltra præsentiam, & taciturnitatem filij interuenirent alij actus positiui, nu. 6. 9. & 13.
Burat. in decis. 82. declaratur, nu. 7.
Statutum Bonon. in principio de successione ab intestato ascendentium, & collateralium declaratur, nu. 8.
Sarmient. lib. 10. select. sententiarum cap. 4. reprobatur, nu. 10.
Si filius non sit testatus, videtur tacitè remittere Matri pœnam, ne sibi succedas, nu. 12.
Iniuria non potest dici facta filio, dum Mater nobilissimo Viro nubet, n. 14.
In dubio est iudicandum Matrem non excludi ab hæreditate filij, nu. 15.
Religio non dat de iniuria, nu. 16.

Adsit Deus, & Virgo.

IN hac causa vertente inter Illust. D. Margheritam Galutiam Matrem, & Ill. D. Iuliam de Campagnis puellam eius filiam, crederem eamdem Matrem assequi posse portionem virilem hæreditatis Domini Francisci eius filij, & d. D. Iuliæ fratris, & si ad secundas transierit nuptias, nam licet Mater transiens ad secundas nuptias, amittat successionem filij ex primo matrimonio secundum aliquos quoad proprietatem, *per*
1 *tex. in l. famina §. illud C. de secundis nuptijs*, tamen dispositio d. legis à Matre non adimit hæreditatem alterius filij prædefuncti, intantum, vt possessionem virilis portionis & proprietatem retinere, & alienare possit, donec viuit, dummodo non in ex-
2 traneas personas, ita ibi declarant *Albericus Bald. nu. 1.* & alij dicentes, quod Mater habet fruitionem causalem, idest cum proprietate, donec viuit, & *Salucet. in d. §. illud nu. 3.* refert præcisa verba, *Nota, quod Mater, quæ iam secundo nupserat, non prohibetur succedere filio in omnibus*, id etiam affirmat *Sicard. ibi nu. 4.*

Addatur consensus filij defuncti, qui dupliciter considerari potest expressè, de quo non
3 est dubium, & deinde tacitè ex approbatione nuptiarũ, dum filius non dissensit, vel non reclamauit, nam ex eius taciturnitate resultat approbatio, intantum, vt eius soror non possit habere proprietatem, ita in terminis concludit idem *Sycard. in d. §. illud nu. 5.* id. n. sustinet ex *glos. in auth. de non eligendo secundo nubentes*, & ibi *Ang. nu. 8.* & sufficere tacitum consensum ad remittendam pœnam, etiam si filij sint minores, cum sufficiat, vt interuenerit consensus Tutoris, vel Curatoris, post *Mylingerium, &*
4 *alios* dixit nouissimè *Costa in tract. seu tit. aut scitebat, aut ignorabat allint. 52. cent. 2. num. 6.*

Et

Et in hoc casu crederem non obstare *decis. 80. p. 2. diuersor.* vbi *Reuerendiss. Merlinus* videtur affirmare tacitum non sufficere filiorum consensum, cum agatur de notabili præiuditio, & de renuntiatione benefitij in iure scripti, nam *primo Doctores* allegati *nu. 21.* id non affirmant *to n. de Garontius in rub. de secundis nuptijs nu. 7.* post enarratas pœnas secundò nubentium *nu. 112.* pro primo remedio ad illas euitandas dixit sufficere expressam, vel tacitam primi Mariti licentiam, & ita etiam affirmant plures allegati à *Trentacinq. in tit. de matrimonio lib. 3. resol. 5. nu. 22. & 23. vers. hæc conclusio, & Boer. decis. 185. nu. 20.* Quæ licentia videtur patens, dum ei reliquit amplum legatum, etiam si secundò nubat, imò eam substituit filijs deficientibus, idemq; *Garonus nu. 116.* approbat dispositionem *glos. in d. auth. de non eligendo secundo nubentes in verbo copulentur*, & sustinet idem resultare ex ratihabitione liberorum primi matrimonij subiungens esse notandum, cum alibi non viderit, & plures pro sua opinione comprobat ex auctoritatibus *Romani, Barbatiæ, præpositi Card. Alexandrini, Cremensis, Cepola, Bolognini*, & aliorum plurium primæ classis, considerat etiam illud verbum, forsitan, inferens, quod si filij consenserint, non contristantur de transitu matris ad secundas nuptias, & quamuis *Garonius* videatur *nu. 118.* sustinere non sufficere præsentiam, & taciturnitatem, id non affirmat, quando plures actus positiui cucurrerunt, id etiam videtur affirmare *Sanchez.* in allegato *lib. 1. de Matrimonio disputat. 89. nu. 44.* hic enim interuenit continua cohabitatio, & Comestio ad eamdem mensam, imò plura alia, ex quibus de consensu dubitari non potest *Fachin. lib. 3. contr. iuris cap. 65. concl. 1.* non excludit, quin posset interuenire secundum varias, & diuersas factorum circumstantias, & *Callitius* pariter allegatus *in tract. de vsufructu c. 2.* post relatas opiniones, & Doctorum disputationes *nu. 116.* videtur & ipse admittere, vt si vltra præsentiam interueniat aliquis actus positiuus filij primi matrimonij, videantur consentire secundis nuptijs, *& nu. 120.* dixit semper præsentem, & tacentem in sibi præiuditialibus haberi pro consentiente, maximè aliquo actu positiuo exteriore interueniente, *& nu. 125.* admittit signa, & ratificationis coniecturas pro sufficientibus. Minusq; videtur obesse huic intentioni, id quod habetur *ex Baratio accis. 82.* quæ est *decis. 638. p. 1. in recent.* nam vt ibi *nu. 9.* legitur, cohabitatio non erat in eisdem Mansionibus, sed separatim, etiam quoad mensam, & ibi approbat actus positiuos, & ad eum *Ferentil. in lit. E.*

Nec obstat *statutum vestrum in principio in rub. de succes. ab intest. Ascendentium, & Collateral.* nam loquitur, quando plures remanent ascendentes in illis verbis extantibus ascendentibus, & ratio est, cum non conueniat, vt pluribus extantibus ascendentibus illa succedat, quæ ad secunda vota transiuit, minusq; statutum excludit viduam ab vsufructu, etsi ad secundas transeat nuptias *Rota Bonon. 84. nu. 10.* & de tali statuto abundè loquitur *Laur. à Pinu cons. 31. nu. 3. 4. 6. & plurib. seqq.* & moriente ipsa filia, proprietatem esse matris, dixit *Manentes decis. 47. nu. 60. & 68.*

Nec pariter faciunt auctoritates mihi oretenus allegatæ *Martini Andreæ decis. 98. nu. 8.* post tractatum *Statilij de Saluiano, seu decis. 51. in libro suo, & Sarmenti libr. selectarum interpret. c. 4. per totum*, nam primò *Martinus And.* concludit, quod si cum præsentia, & taciturnitate interueniat aliquis actus positiuus, censeatur remissa iniuria ob transitum ad secundas nuptias, vt nu. 7. in casu autem suo per paucum tempus filia, cum Matre nupta secundò viro habitauerat, & quod mirum est, idem *Mart. And. in decis. 74. nu. 20. & seq.* admittit Matrem binubâ ad successis filiorum primi matrimonia, & sustinet non dici bona paterna, dum filij prædicti, & alijs fratribus mortuis successerunt, *& Surd.* ab eo allegatus *decis. 99. nu. 12.* dicit, quando longa fuit cohabitatio esse remissam talem iniuriam, & pluribus auctoritatibus id veriſſimam

reputat, *Sarmientus* verò est reprobatus *à Peregr.in decis.Patauina* 13.*nu* 10. afferentem rationem inconuincibilem, nam sicut non datur iniuriarum actio Hæredibus iniuriantis, multò minus dabitur contra Hæredes iniuriantis, & idcircò *Galerata de renunciat.tomo* 2.*cent.*1. *cap.*98.*nu.*11. *&* 12. non obest cum sit eiusdem *Sarmienti* relator, & in conlusione dixit cummuniter contra *Sarmientum* tenere omnes Doctores, & idcircò tacitum consensum sufficere dixerunt *Mysingerius cent.* 5. *obser.* 24.*nu.* 9. post *Bertrand.cons.*58.*lib.*1.*& Costa* in loco de quo supra *cent.*2.*distinct.*52. *& Facchinetus lib.*3.*contr.iuris c.*65.*vers.*4.*conclusio, & in vers.iam quid mihi Peregr.decis.*13. *nu.*10. *& seq.*

Minusque responsum videtur rationi vltimo loco per me adductæ, nempè, quod moriente filio absq; testamento sublata sit iniuria, & pœna aduersus mulierem secundò nubentem, vt affirmat *Roland.cons.*81.*nu.*15.*lib.*3. stat ergo firma conclusio, maximè accedente licentia sibi per maritum primum concessa, dum ei prælegauit, & in casu deficientiæ filiorum in hæreditate, substituit, vt fatentur *omnes in a.l. famina*, vt supra dixi.

Non est tamen prætercundum, quod d. D. Margherita nupsit secundo Illustris. D.Io. Galeatio Roscio de nobilissima familia, in qua plures Doctores, Comites, Patritij, & Senatores extitere, & fuit filius sororis Illustris. Senatoris Legnani, adeout non possit dici iniuriam Marito primo, & filio fuisse illatam, nam dignitas, & filij Nobilitas sibi à d. secundo coniugio fuit aucta, ita in terminis affirmat *Paul. Leon. cons.* 9. *nu.*9.*per totum, & Machel.* noster Conciuis *patroc.*29.*nu.* 10. vbi etiam dixit sufficere filij scientiam absq; conquestu, & in dubio declarandum est Matrem non debere excludi ab hæreditate filij *Gratian.in disceptat.c.*275.*nu.*24.*cap.*668.*nu.*2.*& cap.*971.*nu.* 49.*Ludouis.decis.*415.*nu.*6.

Et vt audio, d D.Iulia est professa in Monasterio S. Catherinæ, quo casu, si ita est, ita *Rota decis.*223.*nu.*9.*& seq.nu.*13. ex quo Religio non dat de iniuria.

Et ex his &c.

CONTROVERSIA LXXXII.

Pro D.Dominico Tiraferro cum D. Troilo de Vrsis

SVMMARIVM.

*Fideiussor debet indemnis conseruari à principali ex natura fideiussionis, nu.*1.

*Locator ad quo tenetur, nempè ad præstan.rem locatam, secundò efficere, vt conductor bonis conductis frui possit, nu.*2.

*Sequestratio impedit conductori perceptionem fructuum, adeout pro illo anno, quo fuit facta sequestratio non teneatur ad pensionem, nu.*3. *&* 6.

*Maximè si præcessit protestatio per conductorem facta locatori, nu.*4. *&* 6.

*Etiam quod conductor in se susceperisset omnes casus fortuitos, nu.*5. *Etiam si factum locatoris esset iustũ, n.*11.

*Liberato conductore, dicitur liberatus fideiussor, nu.*7.

*Quando fideiussor non fuit diligens, nec opposuit debitas exceptiones, soluens repetere non potest, nu.*8.

*Sed culpa sua fuit exactus, nu.*9.

Facta

Facta alteratione, consensus deficit, nu. 10.

Ante aduentum diei solemnitatis definitæ hippoteca exerceri non potest, nu. 12.

Emphiteota si impediatur possidere rem emphiteoticam, non tenetur præstare pensionem, nu. 13.

Adsit Deus, & Virgo.

DOm. Dominicus Tiraferrus, qui prædium conducebat ab Illust. D. Troilo de Vrsis, prætendit se liberatū ab affictibus illius anni, quo sequestrum in fructibus fuit factum, adeout nequaquam teneatur ad indemnitatem D. Caroli Burzani, qui mediante Procuratore soluit lib. 1626. tod. Tiferro Inscio.

Nam licet receptum sit in iure, quod fideiussor possit agere ad damna, & interesse contra debitorem principalem, quia de natura fideiussoris est, quod fideiussor indemnis conseruetur, etiam quod expressè non fuerit promissum *c. pernenit ext. de fideiuss. Bald. in l. in constitutionibus C. de vsur. decis. 222. n. 6. p. 6. dicit.* nam magna esset, iniquitas, quod fideiussor esset in damno, vt latè comprobat *Abb. cons. 60. vers. quantam satis abundè lib. 1.* vnde cum ex causa fideiussionis factæ pro Tiraferro fuerunt D. Vrsio solutæ pecuniæ summæ affictuum, videtur conueniens, vt pecunias solutas per fideiussorem ipse refundat pro conseruatione indemnitatis ab ipso Tiraferro promissæ in instrumento contractus locationis, & conductionis inter partes celebrato.

Attamen his, & alijs, quæ inferius proponentur, minimè obstan. dicitur d. Tiraferrum non esse obligatum, nam Vrsius locator ad duo copulatiuè tenebatur, nempè ad præstan. possessionem, siue fundum locatum, secundò efficere, vt conductor bonis conductis frui possit *l. ex conducto §. sivis Tempellatis ff. locati in princ.* & est recepta, & communis opinio, *vt ibi DD.* vnde cum Tiraferro conductori fuerit à D. locatore ablata facultas vtendi re locata, vt statim demonstrabitur, idcirco non tenetur ad præstandum, seu soluendum affictus, sed deber absolui pro eo anno, quo fructus fuerunt sequestrati, cum sequestratio sit actus, quo impeditur conductor vti re locata ad sui libitum, vt firmat *Menoch. de retin. possess. remed. 3. nu. 87. & plur. seq.* & ideò vti facto locatoris impeditus ad affictuum solutionem, non tenetur, maximè stante protestatione facta locatori d. de causa nempè nolle teneri ad affictus, nec amplius in locatione perseuerare *tex. elt in l. si fundus ff. locati, & latè Menoch. cons. 55. num. 11. 14. lib. 1.* ampliando etiam in casu, in quo Conductor in se susceperit omnes casus fortuitos, quia nunquam excluditur casus prouenies facto, & culpa locatoris, etiam si factum locatoris esset iustum, vt per *Io. de Anan. cons 74. nu. 2. Soc. in. cons. 120. nu. 3. lib. 5. Cravet. cons. 95. nu. 8. Anchar. cons. 414. num. 1. & 2.* & in puncto, quod per sequestrum factum ad instantiam locatoris conductor libertur à præstatione mercedis, probat idem *Menoch. cons. 246. nu. 33. & plenius cons. 531. vbi Anchar. cons. 248. vbi sub nu. 12.* comprobat, quod factum locatoris etiam iustum præstat ipsi conductori exceptionem, cum teneatur locator facere, quod conductor frui possit re locata *l. si quis fundum §. Imperator ff. locati l. cum proponas C. de naut. fœnore Alciat. resp. 689.* & eo magis, quia sequestratio de iure, & ex æquitate, vt concluditur est prohibita *l. vnica C. de prohibit. sequest.* accedente nempè protestatione sibi locatori facta per conductorem occasione d. sequestri, de qua supra fuit dictum, ex qua ab ipso con-

conductore excluditur omnis culpa, etiam in omittendo, & magis grauat locatorem, qui dictum impedimentum renocare non curauit *d.l.si fundus, vbi Glos. & DD. ff.locati*, & cum ex prædictis sit liberatus conductor, per consequens dicitur liberatus fideiussor *l.2.ff.de fideiuss.l.fideiussores magistratuum §.vlt.cod. tit.Socin. cons.* 273. *lib.*2. quia accessorium non potest stare sublato principali, ita concludit *Menoch. d. cons.*246.*nu.*3.*lib.*3.quę opinio plenius comprobabitur ex responsionibus dandis ad contraria, quorum primum supra firmatum, non obstat, quia procedit, quando fideiussor fuit diligens, & opposuit debitas exceptiones, alias soluens repetere non potest, vt factum est in casu nostro, in quo fideiussor non se defendit, proponendo ea, quæ supra deducta, & allegata sunt de impedimento dato à locatore, & vlterius appellando, quando opus esset, & ideò sibi imputetur *Bart. in l. exceptione nu.* 1. *& seq. ff. de fideiuss.* fideiussor.n. qui sua culpa fuit exactus, non recuperat à principali, qui exigi non poterat *l.si procurator §.si is ff.quod quisq; iur.* & ibi *Alex. & l.si procurator §.ignorantes ff. mandati*, quia fideiussor, qui omnibus exceptionibus suo principali competentibus soluit à repetitione excluditur, vt supra fuit dictum, cum culpa sua id acciderit, maximè cum sibi fuerit notificata, etsi protestatio locatori, vt superius facta fuerit, voluntate propria voluit soluere, nec tinè expectare *Dec. cons.* 74. *& cons.* 102.*nu.*2.*vers.vnde tunc denunciatio, & cit tex.l.vbicũq; ff.de fideiuss. & l.nouatione C. eodem l.cum in plures §.lege ff.locati Socin.cons.*62.*nu.*23.*lib.*4. & potissimum ratione, quia facta alterationc, deficit consensus, quo casu obligatio non tenet, ita ex regula correlatiuorum, & principalis, & accessorij est concludendum contra fideiussorem, maximè ex rationis indemnitate, & mutatione, seu alterationc obligationis ab ipso fideiussore facta cum D.locatore.

Nec pariter obstat dicere, quod sequestrum potuit fieri ex deterioratione Tiraferri conductoris, quia pro causa ciuili fuerat carceratus, vnde cum sequestrum concedatur ne fructus dissipentur, æquitas suadet legitimæ fuisse commissam, cum alium finem D.locator non haberet, quia quicquid sit de veritate huius propositionis in facto respondetur nõ iustificare sequestrationẽ, quia vt respondet *Menoch.d.cons.*246.*n.*33. *vers.nec ad rem facit* dictoq; Locatori fuerat abundè prouisum de fideiussore idoneo.

Vltra quod etiam si factum locatoris esset iustum, non tamen releuat, vt per *Menoch. d.cons.*55.*nu.*4.*lib.*1.quia impedimẽtum hoc facti ita probat excusationem, sicut impedimentũ iuris *Alba Mandel.cons.*118. *n.*26.*lib.*1. vltra quod superius fuit dictum non posse d.locatorem se excusare. Nec facit, quod Tiraferrus esset in mora, non soluendo affictus debito tempore, cum veritas sit in contrarium, nam sequestratio est facta die septima Iulij pro solutione facienda in vigilia Assumptionis Gloriosissimæ Virginis Augusti. Hinc sequitur de iure non iustificari sequestrationem, quod erat aliud partis fundamentum ex hippotecca, de qua in Instrumento contractus locationis, cum verum sit, quod ante aduentum diei solutionis destinatæ hippotecca exerceri non possit *l cum soluenda pecunia ff. de distract. pign.* ea ratione, quia ad hoc, vt hippoteca competere possit, requiritur, quod debitor in mora constituatur *Affict. decis.*12.*num.*7.*& seq.Tusch.in verbo Mora concl.*375. *nu.*2.*&* 376. *nu.*12. stante d. impedimento, d.Tiraferrus non tenebatur ad solutionem, prout dicimas de emphiteota, qui non tenetur præstare promissam pensionem, quando impeditus est possidere rem emphiteoticam, vt per *Dec. in auth. qui rem nu.*16. *C. de sacr. S. Eccl. & cons.* 58. *Clar. in §. emphiteosis q.* 8. *vers. sed quæro, alios etiam refert Menoch. d. cons.* 351.*nu.*15.

Cum igitur in facto plenè, & concludenter constet locatorem licet idonea fideiussione securum, non permisisse conductori vti, & frui re locata, & sic non impleuisse ex

parte

parte sua, priuando Conductorem commodo, & effectu ipsius possessionis, & ad quæ de natura contractus, & ex obligatione iurata promiserat meritò affictus ei non sunt præstandi, nec ab ipso Tiraferro, nec ab eius fideiussore, quos cum soluerit fideiussor repetere non potest à principali debitore, cum præstiterit, quod non tenebatur ex fideiussionis obligatione.

CONTROVERSIA LXXXIII.

Pro DD. de Zechellis.

SVMMARIVM.

STatutum Bononiæ in rub. de succeſſ. liber. aſcendentium deficientium condito Teſt. in §. fin. an habeat locum, quando ex filia remanent filij, nu. 1. declaratur, nu. 3. & nu. 9. & 12.

Statutum loquens generaliter, & indiſtinctè, indiſtinctè debet intelligi, nu. 2.

(Vel) verbum eſt reſtrictiuum, nu. 4. & aliquando limitatiuè, nu. 6. & aliquando fiat ampliatiuè, nu. 13.

Contrarietas ſemper eſt euitanda, n. 5.

Statutum Bonon. excludit filiam dotatam à legitima, nu. 7.

Itè & nepotes ex filia, nu. 8. & nu. 11.

Statutum prædictum de ſucceſſ. liberorum in §. fin. alio modo legitur in originali in Archiuio, quam quod ſit impreſſum, nu. 10.

(Quocumque modo) hæc dictio comprehendit omnes caſus expreſſos, n. 14.

Adſit Deus, & Virgo.

1 Viſo longiſſimo Conſulto Doctiſſimi Domini Albani, vbi ſupponitur condito Teſtamento *ſtatut. Bonon. in rub. de ſucceſſ. liberor. aſcendent. deficientium*, condito Teſtamento *in §. fin.* non comprehendere caſum, quando ex filia remanent filij, ſeu filiæ, & eò tunc dixit deberi legitimam ex bonis Aui Materni, ſtante maximè particula, vel, quater à dicto ſtatuto replicata, eo quod quattuor contineat deſcendentium ſpecies. Prima eſt, quando Teſtator decedit relictis filiabus vna, ſeu pluribus, ibi, *ſed ſolum.* Secunda, quando Teſtator deceſſit ſolum relictis alijs fœminis per maſculum deſcendentibus, ibi, *vel alijs fœminis.* Tertia, quando Teſtator deceſſit relictis fœminis per fœminam deſcendentibus, ibi, *vel per fœminam.* Quarta, quando Teſtator deceſſit ſolum relictis maſculis per fœminam, & tales ſpecies diſtinctas eſſe affirmauit, dicens in eis non comprehendi caſum, quando ex filia extat maſculus, qualis erat Nicolaus frater Aduerſariorum, contra quas agitur pro parte DD. Floriani, & aliorum de Zechellis vigore ſubſtitutionis factæ à Dominico Zechello Patruo magno, quod non obſtare credidi, nam contrarium probatur claris verbis ipſius ſtatuti, ibi, *maſculis per fœminam natis licet Teſtatoris talibus filiabus, vel alijs maſculis per fœminam natis ſubſtituere*, ex his. n. comprehenduntur etiam nepotes maſculi ex filiabus nati, & ſtatutum prædictum cum loquatur 2 generaliter

neraliter, & indistinctè, indistinctè debet intelligi *Gozad. in repet. l. omnes populi nu. 97. ff. de iust. & iure Barzius decis. Rotæ Bon. 25. nu. 37.* & cum talia verba sint in sepa-
3 rata oratione, non possunt applicari illis verbis, quæ exaduerso ponderantur, *in casu non existentium liberorum, ex decis. 52. inter statutarios Rotæ Bonon.* nam si rectè constituantur, & legantur talia verba in casu non existentium liberorum operantur, quando dos destinanda esset, & verisimiliter destinari deberet dd. liberis non extantibus, nec destruunt ea, quæ superius in statuto disposita sunt, id .n. patet ex illis verbis, *vel quæ verisimiliter deberet destinari*, scilicet in casum, in quem pater filiæ minorem, & incongruam dotem filiæ reliquisset, nam eo casu per coniunctos honesta dotis quantitas posset arbitrari *ad for. statuti* subsequentis, *in rub. de succeff. liberorum Patre, vel Matre, vel alys ascendentibus morientibus ab intest. in* S. *si verò aliqua prædi-*
4 *ctarum filiarum*, & illud verbum, videlicet, est restrictiuum ad dictam Dotis destinationem, cum de sui natura restringat *Bart. in l. quæstium* S. *si quis fundum nu. 15. ff. de fundo instructo Gratian. in decis. Auricthæ 44. nu. 7. Barbos. de Dictionibus dict. 368. nu. 1.* & fatetur eximius exaduerso scribens *ex Sacra Rotæ auctoritate*, & si dicta verba in casu non extantium liberorum comprehenderent totam d. statuti dispositionem de directo aduersarentur illis verbis, *vel masculis per fœminam natis*, & eadem dispositio duorum actuum contrariorum productiua subsistere non potest *Crauet. cons. 985. nu. 89. Monac. decis. Florentiæ 20. nu. 28. & decis. 28. nu. 5.* dicens eodem tempo-
5 re esse non posse constructio, & destructio, & contrariet atem esse euitandam, etiam recedendo à proprietate verborum, probatur *ex cap. inter dilectos* S. *cæterum ext. de fide instr. Surd. cons. 230. nu. 28. & cons. 279. nu. 14. Gratian in disceptat. forens. c. 946. nu. 28.* omnis igitur probabilis humana, aut verisimilis etiam minima occasio, vel distinctio est capienda, vt ea quæ videntur contraria concilientur *l. cum talla circa finem C. de iur. & facti ignor. Alba cons. 287. nu. 45. Surd. cons. 357. nu. 24. Dec. in l. vbi repugnantia ff. de reg. iur. Burat. decis. 266. nu. 14.* maximè dum agitur de contrarietate in-
6 continenti, & quamuis talis dictio (videlicet) pluribus modis possit vsurpari, & aliquando stet limitatiuè, tamen limitatiuè non potest dici posita, dum statutum circumstantias omnes exponit ad substitutionem necessarias, & si declaratiuè semper intelligenda est, habito respectu ad id, quod prius fuit dictum, ibi, *quod si aliquis*
7 *decesserit non relictis aliquibus filijs, vt supra.* Et cum ex statuto prædicto filia dotata possit à legitima excludi, vt ibi legitur, & comprobat *Giouagnon. cons. 99. per totum lib. 1.* per consequens ipsa excluſa, excluduntur omnes ab ea descendentes *Angel. in* S. *reliquum in auth. de hared. uenien. ab intest. Decius cons. 484. in prin. Menoch. cons. 172. nu. 31. & 32. Pereg. de fideicommissis post plures art. 27. nu. 18.* sustinens fœminam quouis modo ad successionem reintegrari posse, & sicuti filia ad successionem, & le-
8 gitimam non admittitur, ita nec Nepos ex filia natus, ex quo illa ratio, quæ viget in excludendo filiam fœminam, eadem viget in excludendo filios, & descendentes ex eadem filia, cum minimè venire possint, nisi matre, mediante qua excluſa ipsi quoq; pro excluſis haberi debent, nam ea, quæ sibi non sufficiunt, alteri per illam sufficere censeri non debent *Bero. post plures tex. in cons. 77. nu. 3. lib. 2.* subiungens, quod cum filia sit Agnata, & excluſa, absurdum esset, quod ea mediante is admitteretur, qui non est Agnatus, & in gradu remotiori, & id prius *eadem Bero.* dixerat *in cons. 38. in fine eod. lib. 2. Gozad.* post *Baldum, & alios cons. 59. nu. 17.* dicens & ipse cum alijs per eum allegatis eamdem militare rationem, & id etiam habetur *ex Alex. cons. 80. lib. 1.* sustinens, quod si statutum aliquem excludat, excludit etiam remotiorem, *vt nu. 6.*

9 Sed omnem cessare disputationem liquet ex verbis eiusdem statuti subsequẽtibus, quæ

modo

modo impresso in *statuto* non debent legi, ibi, *& si masculus, & femina fuerit*, tunc *in eo tantum, quod excederet dotes maternas, etiam si minus sit legitima, vis supra substituere possit*, sed sic debet legi; *si masculus ex femina*, qualis erat Nicolaus vita cum
Z declarant *Gionagnon. d. cons. 99. nu. 9. lib. 1.* vbi ad litteram dicit statutum procedere, quando filia est nupta, & filios suscepit *Cyprus in addit. ad dec. 14. inter dubitat. tutarias Rotæ Bonon. in littera D.* & in alleg. exad. *decis. 52. in verss. neque illud præ-*
10 *tereundum*, eo quod sic legitur in volumine originali statutorum, quod in Archiuio Bon. & Camera Actorum conseruatur, & id non apparuit Rotæ Bon. Audit. *in dict. decis. 52.* & idcirco & filiæ, & neptis, seu neptum, in statuto legatur perpetua exclusio, idcoque cessant ea omnia, quæ scripta fuere, nam statutum à persona legitimæ
11 excludens filiam, excludit etiam has neptes *Bal. in l. si vero §. de vitr. fil. mater.* cum alijs, de quibus per *Gratum cons. 53. nu. 6. & cons. 111. nu. 18. lib. 2.* Ex his igitur videtur responsum consulto sine studio à pluribus, mediante subscriptione approbato, cum satis constet statutum comprahendere casum nostrum.

Nec dicatur, quod in principio periodi, in quo statutum capit, loquatur alternatiuè,
12 & posita sit illa dictio taxatiua ibi, *solum filiabus*, quia subsequuntur intrascripta, *vel alys feminis per masculum descendentibus, vel per feminam, vel masculis per feminam natis*, & idcircò ibi comprehenditur casus, si Nicolaus tunc vixisset, & hodie viueret, additis his, quæ sequuntur; nam postquam statutenses locuti fuerunt de dote destinanda in casu non existentium liberorum, non tamen restringendo facultatem substituendi, de qua *sup. arg.* eorum, quæ tradit *Bald. in l. 1. nu. 3. C. de liber. præteritis*, addiderunt, *& si masculus ex femina fuerit, tunc & in casu tunc, quod excederet Dotes maternas, etiam si Dos sit minor legitima*, vt supra substituere possit, addatur illa
13 dictio (vel) per quam minimè dubitari potest, quin omnis casus etiam noster sit comprahensus, quocunq; modo verba construantur; est enim talis dictio (vel) ampliatiua præcedentis dispositionis, & trahitur etiam ad diuersa *Graue. cons. 326. num. 2. Rota decis. 69. nu. 5. par. 1. in recent. Barbos. de dictionib. diction. 360. nu. 1.*

Nec facit, quod statutum de substitutione loquens vtatur numero singulari, & non plurali, eo quod dictio ibi apposita, *quocunque modo*, ampliat, & comprahendit casus omnes expressos *Alex. cons. 95. nu. 44. & seq. lib. 7. & cum sit Dictio vniuersalis*, omnes casus comprahendere videtur *Gratian. in decis. Marchiæ 51. n. 17.* & quam verbum vniuersale, & prægnans ostendit plenam, & exactam intentionem voluntatem, vt ibi *Gratian. nu. 25.* & quod extendatur ad omnes modos etiam improprios, & maiores expressis, dixit idem *Gratian. in dd. disceptat. 781. nu. 37. & 38.* vbi loquitur de statuto, est. n. magis latæ significationis, quam sit Dictio (omne) quia illa consideratur tamquam vniuersalis, & ista vt generalis *Barbos. ibi dict. 280. nu. 2. Maria in tract. de clausulis* fecidum vltimam impressionem *clausula 140. p. 1. & clausula 57. p. 2.* idq; exquisito scribens videtur fateri in vers. & licet quandoq; non omittens in facto errasse, dum dixit Nicolaum in Testamento Dominici fuisse secundo loco substitutum, quia nullum verbum nec expressum, nec tacitum. Et sic per Excellentiss. D. Auditorem Generalem Trotum fuit iudicatum fauore DD. de Zechellis, ex actis Ser Dominici Pilæ. Et hæc salvo &c.

Vrsinus Vrsius I. V. D. Collegiatus visa supra scripta scriptura, inueni eam esse iuridicam, & ideò talem esse affirmo ego idem qui supra.

Visis supra deductis, & allegatis, illisq; fundatis, existimo Ego Franciscus Pedrinus I. V. D. Collegiatus iuridica esse, & legibus consona, & ita affirmo &c.

Consideratis, & attentè perlectis supra deductis cum ipso eruditissimo viro, in eandem

dem sententiam concurro Ego Franciscus Monarius I. V. D. & in publ. Bonon. Archigymnasio horis antemeridianis Iur. Can. professor &c.

Ea, quæ Excellentiss. frater meus iuridicè firmauit præsenti scriptura vera esse credo Ego Carolus Dulphus V.I.D. Collegiatus, & Lector publicus.

Stantibus allegatis, & deductis per ea esse iuridica Ego Hieronymus Bonfiolus I. V. D. Colleg. & pub. Lect.

Supradictam D. Consulentis opinionem iuridicam, & omnino iuri consonam affirmo Ego Prosper Policinus I. V. D. Colleg. & de mane pub. Ciu. Ord. Profess.

Supradictæ Excellentiss. D. Consulentis sententiæ libentissimè adhæreo Ego Carolus Gaggius I. V. D. & Lector publicus.

Florianus Dulphus I. V. D. Collegiatus Aduocatus, & publicus in Archigymnasio meo Patrio Bonon. de mane professor.

CONTROVERSIA LXXXIV.

Pro D. Flaminia Lucatella.

SVMMARIVM.

Linea appellatione continentur omnes descendentes, nu. 1. & nu. 7.

Dictio (tunc & eo casu) denotat extremitatem temporis, nu. 2.

Legitimatus venit appellatione lineæ, nu. 3.

Repetitio non datur, vbi viget diuersitas rationis, & personarum, n. 4.

Qualitas apposita in vna vocatione, non censetur repetita in alio capitulo distincto orationem perfectã habente, nu. 5. maximè si cognati præferentur agnatis, nu. 9.

Qualitas masculinitatis, & legitimitatis in separata Oratione non censetur repetita, nu. 6. & 10.

Testator censetur se conformasse cum dispositione iuris municipalis, n. 8.

Verba Testatoris impropriantur, dum constat de illius voluntate, nu. 11.

Adsit Deus, & Virgo.

1 NOn. n. in casu præsenti sunt vocati filij D. Flaminiæ Lucatellæ, cum non sit finita, & extincta linea masculina legitima, & naturalis D. Iuliani Testatoris, vt in Testamento disposuit, nam lineæ appellatione continentur omnes descendentes eiusdem Iuliani *l. cum ita §. in fideicom. ff. de leg. 2. Istemata ff. de gradib. affinitatis Io. And. in Comment. super arbore affinit. Anchar. cons. 95. n. 7. Menoch. cons. 585. nu. 30.* accedente nempè

2 verbo (tunc & eo casu) quod denotat extremitatem temporis *Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 3. tit. 14. nu. 10. Peregr. de fid. art. 29. nu. 28. alios plures referi nouissimè Barbos. in tract. de dictionibus in dict. 354. & in tract. de clausulis clausula 106.* vbi dixit conditionem debere existere antequam dispositio aliquid efficiat.

Cum ergo de linea exter M. D. Cæsar D. Ludouici Testatoris pronepos naturalis legi-

3 timatus, nihil in vim substitutionis de eis factæ poterunt filij D. Flaminiæ prætendere,

re, cum ipse veniat appellatione lineæ masculinæ legitimæ, & naturalis *Bart. in l. qui pro emptore nu. 29. ff. de vsucap. DD. in auth. licet C. de natur. lib. Bart. in fin. n. 3. ff. de his quibus vti indignis Curt. iun. cons. 247. nu. 14. & seq. lib. 3. Ial. in l. Gallus §. & quid si tantum ff. de liber. & posth. Ioannes de Ann. cons. 2. n. nu. 3. Gail. obser. 136. lib. 2. nu. 4. Franch. accil. 169. nu. 13. & reperitur decisum in Rota nostra Benoc. coram Excellentiss. D. Talia, vt legitur penes Giouagnonum post cons. 21. lib. 1. nu. 15. & 16. in nullo nu. differût legitimati à legitimè natis §. illud in auth. quibus modis nat. effic. sui §. quis igitur in auth. quibus modis nat. effic. sui legitimi.*

Est n. aduertere quod Testator noster non abhorruit legitimationem, nisi in filijs Fabij, cum posset considerare eum ex vita, quam ducebat posse habere naturales, quos in concursu natorum ex legitimo matrimonio nolebat ad hæreditatem admitti, quod non potest dici repetitum stante diuersitate rationis *Socin. iun. cons. 158. lib. 2. Mantica de conjectl. lib. 6. tit. 13. nu. 8. circa finem vers. & si aliquis*, vbi dixit Io. Fontisbonum I.C. optimum esse Aunnculum sic tenuisse. Item & diuersitas considerandæ est personarum *Mantica ibi nu. 9.* Item diuersitas graduum *Socin. cons. 63. nu. 19. lib. 3. & habetur in d. decis. Talce nu. 32.*

Accedat quod Testator in separata oratione dixit, *si verò accideret quandocunq; & futuris perpetuis temporibus finiri, & extingui lineam masculinam legitimam, & naturalem ipsius Testatoris, tunc, & eo casu substituit filios, & descendentes masculos legitimos, & naturales d. D. Flaminia*, quo casu qualitas apposita in vna vocatione non censetur repetita in alio Capitulo distincto, & claro orationem perfectam habente *Bart. in l. fure §. Caie in vers. sin autem dicta persona ff. de fundo instr.* vbi voluit quod in diuersis clausulis qualitas adiecta vni personæ non intelligatur repetita in alia persona, & melius in *l. in repetendis ff. de leg. 3. & in l. qua conditio ff. de condit. & demonstr.* & in termino vbi Testator dixit, si deficeret linea descendens hæredis mei eo casu &c. *Pancirol. cons. 169. nu. 11.* & post plures ibi aduertit *Mantica loco de quo supra*, & facit *decisio 199. p. 4. diuersor. nu. 8. Fusar. in tract. de fideicommiss. subst. q. 450. nu. 13.* & de qualitate masculinitatis nè censeatur repetita docte demonstrauit *Ferretillus ad Burattum in decis. 272. n. 19. litera B.* considerans quod Testator talem qualitatem adiecisset in alijs separatis orationibus, si voluisset *Barz. decis. 119. nu. 3.* & ex circumstantijs antecedentibus, & subsequentibus, & ex subiecta materia cognosci dixit *Cyriac. in contr. 400. nu. 64. p. 2.* & ex mente *Io. de Anan. d. cons. 22.* de cetbriori attestata est *Rota decis. 354. p. 2. in recent. num. 2. & 3.* eò magis cum probabilis ratio differentiæ reddi possit cur magis in vno casu, quam in alio expressa fuerit qualitas de legitimo matrimonio idem *Fusar. cons. 136. nu. 12.*

Nemo igitur inficiari poterit quin illa qualitas de legitimo matrimonio operetur tantum, ne nati à legitimo matrimonio excludantur per legitimatos, & sic Testatorem noluisse; vnde filijs, & descendentibus de legitimo matrimonio non extantibus non negabitur quin legitimati sint admittendi ex illo Capitulo separato, ibi: *si verò accideret quandocunque, & futuris perpetuis temporibus finiri lineam masculinam legitimam, & naturalem &c.* nam legitimati sunt descendentes, & hæredes *Bart. in l. 2. in princ. ff. de vsufr. & pupil. Bal. in l. eam quam C. de incestis.* & idcircò dispositionem Testatoris loquentis quando extant filij legitimi, & naturales non esse trahendam ad casum, quando non extant, quia est valdè diuersa ratio, licet ergo in filijs Fabij testator abhorruerit coitum reprobatum, vt ad nuptias inducerentur, tamen potuit non curasse in pro nepotibus distantibus in gradu remotiori, quia tanta ratio non fortiter militat & idcircò non dari repetitionem similis qualitatis de legitimo matrimonio sustinuit doctissimè *Socin. Sen. cons. 63. nu. 19. & 20. lib. 3.*

His.n. adiuuatur, nam & si linea legitima, & naturalis posita dicatur in conditione
7 nihilominus cum Testator voluerit in casu deficientiæ eiusdem lineæ bona peruenire ad filios Flaminiæ ex necessario antecedenti, dicitur onerasse omnes descendentes legitimos, & naturales ad restituendum bona dd. filijs, & descendentibus D. Flaminiæ, vt sæpè DD. considerant *Mantua conf. 22. nu. 56. lib. 1. Socin. Iun. conf. 110. lib. 3. nu. 18. Menoch. conf. 95. nu. 78. Decif. 105. nu. 5. p. 1. in recent.*

Maximè quia agitur de descendentibus cum qualitate masculinitatis. Item & est prohibita alienatio, & Testator circumspexit conseruationi agnationis *Grat. conf. 106. nu. 48. lib. 2. Rimin. iun. conf. 21. nu. 52. vers. & positi lib. 1. Crat. in §. fideicom. q. 14. nu. 4. & seq.* qui id dixit procedere etiam transuersaliter, & sic in fortioribus terminis *Surd. conf. 67. nu. 35. Seraphin. decif. 1373. nu. 2. & seq.*

Non enim parui pendendum esse credo, quod ab intestato eidem Testatori succederet D. Cæsar, & non filij D. Flaminiæ *exstatuto nostro* masculos, & descendentes ex masculis præferente, vt in *Rub. de succes. liberorum Patre, vel Matre, vel alijs, ascendentibus morientibus ab intestato*, & quod Testator censetur se confirmasse cum dispo-
8 sitione iuris municipalis, *Ripa in l. hæredes mei §. cum ita nu. 75. ff. ad trebel. Menoch. de præsumpt. 94. nu. 16. & præsumpt. 161. nn. 25. lib. 4.*

Et si aliter diceretur, sequeretur contrarium eius, quod desiderauit Testator, nam fauor tributus agnatis in odium retorqueretur, quia per filios D. Flaminiæ agnatio
9 non posset conseruari, & sic cognati preferentur agnatis, quo casu nullo modo dari repetitionem qualitatis præcedentis tenuit *Alciat. resp. 96. nu. 26. iuxta impressionem primam Lugdunensem*, & ita affirmauit post *Decian.* & alios dixi in Contr. mea & 23. *nu. 9. & ibi Decian. in conf. impressa nu. 41.*

Nec vnquam D. Iulianum fuisse intentionis excludere suam descendentiam legitimã, & naturalem patet expresè ex verbis eiusdem, dum post exclusionem legitimatorum filiorum Fabij dixit nolle posse fieri detractiones, & esse intentionis, & sic velle, vt bona semper esse debeant in domo, & familia ipsius Testatoris de gradu in gradum modo quo supra, & infra, & ex post infra dixit, *quod si accideret quandocumq; & futuris temporibus finiri, & extingui lineam masculinam legitimam, & naturalem Testatoris, tunc, & eo casu substituit filios, & descendentes Flaminia.* Noto enim d. dictionem (vt infra) quæ relationem habet ad inferius dicta *Menoch. cons. 86. nu. 9. & 71.* & per
10 consequens talis dictio ostendit Testatorem intellexisse de filijs legitimis, & naturalibus tantum, prout declarauit, vnde amplius non est considerandа vocatio de filijs, & descendentibus fabij non legitimatis *Gratian. in discept. cap. 575. nu. 28. & 29.* qui considerat potestatem declarandi, & alia plura, vt ibi videri potest.

Demonstratur etiam, quia dum substituit filios D. Flaminiæ non adiecit illam qualitatem legitimitatis, quo casu cognoscitur testatorem de filijs non legitimatis Fabij tunc intellexisse, & non de cæteris descendentibus, alias sequeretur absurdum, nam
11 minus dilecti essent melioris conditionis, quam magis dilecti *Greg. XV. decif. 315. nu. 7. & decif. 329. nu. 8.* Immò ad cuitan. absurdum voluntas Testatoris etiam contra propriam verborum significationem debet interpretari, *Mantic. polt alios de coniect. vlt. vol. lib. 3. tit. 7. nu. 3.* omnis, ergo interpretatio assumenda est, ne sequatur absurdum, iniquum, durum, aut impium etiam cum recessu à propria verborum significatione, & id probari etiã sine auctoritate, cum absolutè sufficiat simpliciter allegare, eo quod cum iudicio intellectus inducitur, vt post plures *volum Rufticus ad l. cum auus ff. de cond. & de monstr. lib. 6. cap. 12. nn. 55. & seq.*

Ex his igitur credo D. Cæsarem vti legitimum, & naturalem ad hæreditatẽ Proaui esse admitten. in vim fideicommissi eiusdem Proaui dispositionis. Saluo semper &c.

CON-

CONTROVERSIA LXXXV.

Pro Illustriss. DD. de Angelellis.

SVMMARIVM.

Monasterium dicitur exclusum, dum testator mandat bona permanere debere perpetuò in familia, nu. 1. etiam in vita Monaci, nu. 3. etiam si tacitè constet de mente Testatoris, n. 2.

(Semper) verbum comprehendit omne tempus, & omnem casum, nu. 4.

Monasterium S. Francisci Ord. Conuentualium de consuetudine non admittitur ad fideicommissum, etsi habeat priuilegium mare magnum vocatum, nu. 5.

Adsit Deus, & Virgo.

IN Testamentis olim Nobilium Francisci, & Alberti de Angelellis legitur ordinasse eorum bona quæcumq; semper, & vsquequo mandus durabit debere permanere in domo, familia, & Casata eorumdem DD. de Angelellis, quo casu dicitur exclusum Monasterium, & RR. Fratres S. Francisci bona assequi non posse, & si viuens sit Frater Franciscus, sed Nob. D. Io. Baptistam Fratrem Germanum admittendum esse *Dec. qui plures allegat in cons. 259. nu. 13. & 14.* dicens Testatorem talem legem imponere potuisse, alias esset valde durum, & iniquum, quod contra Testatorum voluntates bona Monasterijs acquirerentur, & satis dixit ex verbis prædictis apparere de voluntate Testatorum, respondendo *ibi nu. 4.* omnibus contrarijs *Paris. cons. 22. n. 9. lib. 3. Ripa in l. ex facto §. si quis rogatus (primo) n. 4. ff. ad trebel. Asinius Cæs. 109. nu. 14. vers. tunc autem Barbat. cons. 13. col. 2. & 3. lib. 1.* & alij, quos allegat, & sequitur *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 83. nu. 45.* & melius *cons. 722. nu. 32. Rebuffus in l. cum acutissimi nu. 45. C. de fideicommissis Alciat. in l. Gallus §. & quid si tantum n. 7. ff. de liber. & posth. Alex. Trentacinq. de substitut. p. 4. c. 7. nu. 26. & seq. de success. creat. lib. 3. §. 21. nu. 169. Caualcan. decis. 77. nu. 37. p. 3. Dilect. de arte Test. tit. 5. de substit. cautel. 18. nu. 3. prope finem,* & alij, quos allegat, & sequitur *Intrigliol. de substit. cent. 3. q. 63. nu. 41. & 42. Odd. qui multos ex antiquioribus refert de compens. substit. parte 6. art. 6. & vlt. nu. 26. & seq. dubio secundo Tancred. Beluis. Io. And. Bald. & Alex.* quos refert *Fantirol. cons. 114. nu. 5.* dicens satis Testatorem prohibuisse, ne bona deueniant ad Monasterium, dum dixit velle conseruari in familia, & melius, quam cæteri *Mantica, qui refert sic Decianum* exadverso allegatum, cum eo iudicasse *in tract. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 12. nu. 25. vers. sed ego puto, & numeris seq.* vbi multos *Doctores*, & rationes allegat *Peregr. de fideicom. art. 28. nu. 82. & in repet. cap. præsentia de exit. de probat. nu. 92. Couar. var. resolut. lib. 1. cap. 19. nu. 11.* qui multos Doctores enumerat *Paleaz. & Merlin. hac.* quos de communi refert, & allegat, & sequitur *Gutierez. lib. 1. can. iuuenil. cap. 32. n. 29. Put. decis. 53. nu. 3. secundum alios ibi*

sic etiam fuit decisum per Sacrum Conf. Neapolit. vt refert *Franc. decis. 29. nu. 7.* qui
1 plures in terminis adducit, inter quos *Bero in d. c. in præsentia q. 34.* subiungens *nu. 8.* id etiam procedere, quando tacitè constaret de mente Testatoris, & in Senatu Burdegalensi post longam disputationem refert fuisse decisum *Boer. decis. 354. nu. 6. & seq.* loquens de eisdem Fratribus S. Francisci, dicens *nu. 11.* ab omnibus teneri Monasterium tali casu esse exclusum, etiam in vita Monaci *Peregr. d. art. 28. nu. 83. Co-*
3 *nar. d. cap. 19 nu. 11. Intrigliol. in d. cent. 3. nu. 42. Mantica d. lib. 8. nu. 28.* & id non in consilijs, sed in iudicando pro conscientia tenuerunt ijdem *Peregrin. & Boer.* loco de quo supra. Ex his, n. videri potest, quomodo se ipsum decipiat *Caped. in alleg. decis. 133. p. 1.* dicens non reperiri, nisi decem Doctores pro exclusione Monasterij, & si postea ipse titubet, quando tacita, vel expressa Testatoris prohibitio intercenit, & *Mabrill. pariter exad. allegatus decis. 65. nu. 3.* admittit ex probabilibus coniecturis Monasterium dici exclusum *Roderic.* verò in relata *q. 78. art. 12. & 13. tom. 2.* loquitur; prout *Caped. in succes. maiorat.* & vbi non est expressa Testatoris prouisio, vt bona in familia conseruentur, & secundum statuta suarum regionum.

Enixa igitur dd. Testatorum voluntas, apparet, dum dixerunt semper debere bona permanere in familia, itaut tale verbum semper nullam comprehendat temporis
4 præfinitionem, sed comprehendat omne tempus, & omnem casum *l. semper ff. de iure immunit. & l. sæpè ff. sol. matr. Paris. conf. 90. nu. 28. & 29. lib. 2.* & continuationem temporis denotare dixit *Bart. in l. 1. ff. sol matr. nu. 21.*

Et licet per aliquos fuerit tentum Monasterium excludere substitutum, non tamen in casu hoc, dum Frater secularis potest conseruare familiam, sed concurrentibus remotioribus substitutis, vt per rationes allegatas notant supradicti Doctores.

Non est omitten. quod cum Fratres S. Francisci sint incapaces hæreditatum ex *c. 1.*
5 *exiui de paradiso in clem. de verb. signif.* & si habeant priuilegia, & *à Sixto IV.* mare magnũ vocatum, etsi sint Conuentuales, non excludunt tamen substitutum ex consuetudine, de qua in terminis attestatur *Boer. decis. 354. nu. 10.* & per priuilegium non reddi capax Monasterium, etiam si fit per priuilegium capax hæreditatũ, quando alij per fideicommissum sunt vocati, dixit *Rumin. iun. conf. 270. nu. 45. lib. 3.* qui plures ad hoc affert rationes.

CONTROVERSIA LXXXVI.

Pro Creditoribus olim Illust. D. Alexandri Serpæ cum Illustriss. Co. de Calderinis.

SVMMARIVM.

MVlieri etiam absenti ius quæritur fauore dotis, nu. 1.

Expressio valoris monetæ nõ tollit augmentum, nu. 2.

Augmentum scuti aurei non debetur, si aliud genus per edictum fuit prohibitum, nu. 3.

Et quando hodie non reperitur, nu. 4.

Sed debetur æstimatio de tempore contractus, nu. 5.

Nec minus debetur augmentum ex contractu conditionali, nu. 6.

Et non intercedente mora, nu. 7.

Mora non committitur ante liquidationem,

nem, nu. 8.
Qui habet iustam causam litigandi, excusatur ab expensis, nu. 9.
Debitor non debet pergrauari interesse, & augmento monetæ, nu. 10.
Minus augmentum debetur, quando post æstimationem fuit soluta alia moneta, secundum æstimationē prædictam, nu. 11.
Argentum recipit æstimationem ab auro, nu. 12.
Princeps non potest constituere valorem monetæ secundum suam voluntatem, sed secundum iustam, & naturalem proportionem auri ad argentum, nu. 13.
Accessorium non datur sine principali, nu. 14.
Æstimatio facit emptionem, nu. 15.

Adsit Deus, & Virgo.



Anno 1583. per bannum publicum fuerunt prohibita omnia scuta aurea non iusti ponderis, & quæ in pondere non essent Caratorum 17. & quinq; ex octo alterius Carati partibus.

Anno 1585. 4. Maij Illust. Co. Nicolaus de Calderinis soluit Illust. D. Alexandro Serpæ scuta mille auri currentis ad rationem librarum quattuor, & solidorum trium pro quolibet scuto, promisitq; etiam soluere scuta tria millia, & quingenta auri in auro currentia, vel illorum valorem ad rationem prædictam lib. 4. & solid. trium pro quolibet certis præstitutis temporibus, cum annua interim interusuriorum dotalium responsione, ipseq; D. Alexander confessus fuit alia scuta mille auri currentis similia habuisse, & hæc scuta quinquemille, & quingenta auri pro dote Illust. D. Thadeæ de Calderinis d. D. Co. Nicolai neptis, quam dotem idem D. Alexander restituere promisit in forma solemni in casu restitutionis, ex forma iuris, & Statutorum Bonon. debitæ.

Anno 1587. ipse D. Alexander asseruit habuisse ad computum lib. quinquemille, & centum octuaginta septem, & sol. decem in tot monetis auri, & argenti, & videlicet scuta mille, & ducentum quinquaginta ad rationem prædictam lib. 4. & sol. trium pro quolibet.

Anno 1588. fuit facta alia similis solutio scut. mille, & ducentorum quinquaginta in tot monetis auri, & argenti ad eamdem rationem lib. quattuor, & sol. trium pro quolibet scuto.

Modo cum euenerit casus restitutionis fuit dubitatum, an augmentum scuti aurei debeatur, & prima facie dicēdum videbatur, quod deberetur, maximè quia Dos promissa, & restitui conuenta debet restitui in eisdem monetis, non obstante æstimatione, eo magis fauore Dotis cum mulieri ex contractu ius fuerit quæsitum, etiam si
1 absens esset cum lex suppleat pro ea stipulationem *l. vnica §. acceant C. de rei vx. act. l. fin. in princ. C. de iure Dotium Bart. cons. 123. nu. 1.* loquens nu. 4. si Dos ab extraneo fuerit constituta *Natta cons. 316. in fine*, & videtur in terminis aliis *tex. in l. rei in Dotem data ff. de iure Dotium*, idq; correspondet iuri municipali in *stat. rub. de Dot. rest. in §. Item dicimus.*

Et licet fuerit expressum scutum esse debere ad rationem lib. 4. & solidorum trium pro
2 quolibet, non tamen videtur per hoc taxatum scutum ad dictam summam, minusq; data facultas soluendi illam æstimationem, sed id censetur appositum ad demon-

ſtrandum, pro qua ſumma tunc ſcutum curreret, & de quibus ſcutis partes intelle-
xerint *Cephal.conſ.*31.*nu.*6.*lib.*1. & ſic pluries reperitur *per Sacram Rotam* Deciſum,
nempè *Coram Robuſterio* in cauſa inter Clerum Bononiæ, & Montiſlas. Prædictis
tamen minimè obſtantibus, credo minimè in caſu iſto augmentum deberi, nam pri-
3 mò dd. ſcuta ad rationem lib. quattuor, & ſol. trium fuerant per banniti enta pro-
hibita, & toraliter vetita tamquam tonſa qualitatis imperfectæ, & ponderis iniuſti
*Mart.de Laud.in tract.de monetis nu.*12.*Rota deciſ.*217.*poſt Cencium in tract. de ren-
ſibus nu.*5. Ioquens de bannimentis ante contractum, vt hic, hoc.n. caſu ſufficit, vt
ſoluatur æſtimatio monetæ antiquæ ad rationem ſummæ expreſſæ *glef. in c. cum
Canonicus ext.de cenſibus, vbi Holt.in fine, Io.de Annan.nu.* 6. *Doct. in l.cum quid ff. ſi
certum pet.vbi Salicet.nu.*8. & ibi rectè diſtinguit *Angel.nu.*6. ſtante igitur tali repro-
batione facta per Principem non eſt quærendum de intrinſeca, ſeu extrinſeca boni-
tate ſcuti aurei *Io.And.in addit.ad Speculat.in tit.de oblig.& ſolut.*§.*nunc aliqua in fine
Alberic.in d.l.cum quid in vlt.col.Andr. Zoch in exercitatione legali* 18.*nu.*24.*Coll.
in diſtinctione* 63.*cent.*1.*in tit.aut ſciebat, aut ignorabat nu.* 39.

Facillimè igitur effugitur opinio eorum, qui dixerunt augmentum deberi ob bonita-
tem intrinſecam, ſeu extrinſecam, eo quod ſimilia ſcuta aurea tunc currentia ad ra-
4 tionem lib. 4. & ſol.trium non reperiuntur, & ſunt diuerſa ab illis ſcutis aureis de
tempore præſenti, nec ad hanc formam reduci potuerunt ex bannimentis de anno
1583. nec de illis poterat fieri contractus, non.n.poſſunt dici eadem in genere, &
bonitate, ſed diuerſa, ita poſt *Dynum, Alberic.& alios dixit Brun.in tract.de monetis
p.*1.*nu.*4. id extendens procedere, ſiue mutata fuerit moneta in materia, ſeu in liga,
ſeu in preciofitate, & bonitate intrinſeca, imò vbi variatum eſt pondus, quare ſo-
5 lutio erit facienda ad rationem æſtimationis antiquæ *Oldrad.conſ.*250.*nu.*1. dicens
ſolutionem eſſe faciendam de illa moneta, quæ currebat tempore cõtractus, vel de
noua, habito reſpectu ad valorẽ illius vilis monetę, minuſq; licuit Co. Nicolao ſo-
luere ſimilia ſcuta reprobata, ne debitor paſſurus eſſet damnum *Brun.in d. tract. in
part.*2.*prima partis nu.* 6. vbi plures *textus*, & *Doctores* alllegat, imò *Cyn. in cad.l.
cum quid*, tenuit ſtante d. reprobatione debitorem eſſe liberatum tamquam ſpecies
ſit perempta, & *idem Brun.nu.*4. dixit, quod ſi ſimilis moneta non reperiatur, de-
bet haberi conſideratio æſtimationis de tempore contractus, & rationem adduxit
*in quarta particula nu.*2. quia mutatio valoris minimè hodie ſciri poteſt, prout nec
curſus, & noſtrum non eſt illum taxare, alias eſſet diuinare *Rota deciſ.* 214.*poſt
tract.Cencij de cenſibus nu.*3.*& deciſ.*216.*nu.*6. ibi enim cum *Ant. Burgol. in t. allect.
extra de empt.* ſuſtinet ſolutionem eſſe faciendam iuxta valorem monetæ, quæ cur-
rebat tempore contractus, dum antiqua non reperitur, agitur etiam de contractu
conditionali, ſcilicet promiſſionis reſtitutionis ſi & quatenus caſus contigiſſet, quo
6 caſu non debere augmentum, dixit *Bart.in l.res in Dotem, & aly* etiam conſiderant
ff.de iure dotium, maximè vbi mora non poteſt conſiderari, prout in caſu noſtro,
7 cum debitari poſſet de qualitate debiti *Rota Genuæ deciſ.*118.*nu.* 2. & ante liquida-
8 tionem moram non committi affirmarunt *Bald.in l. acceptam C. de uſuris Alex. conſ.*
49.*lib.*2. *Afflict.deciſ.* 205. qui ſic iudicatum aſſerit, & ibi in additione *Vrſilus* ex
hac ratione, quia improbus non dicitur ille, qui ignorat, quantum ſoluere debet, &
9 quando quis habet iuſtam cauſam litigandi, eo quod petatur plus debito *Rota Ge-
nuæ deciſ.* 164.*nu.* 1. & ita per Sacram *Rotam fuiſſe deciſum affirmat Duranus deciſ.*
270.*nu.*11.*& deciſ.*364.*nu.*13.*p.*2. Ceſſante ergo mora, ceſſant ea omnia, quæ per
Doctores aſſeruntur circa augmentum monetæ, vt debeatur *Bart. in d. l. cum quid
nu.*17. *Ceuar.de numiſmate* §.*vnico nu.*4.

Nec

Nec deberi augmentum, quando annuatim soluitur interesse legitur decisum fuisse
10 per Summum Pontificem, vt refert *Pileus q. 15. lo. And. in addit. ad specular. in tit. de obligat. & solut. in* §. *nunc aliqua Purpurat. in d. l. cum quid nu* 168. *ff. si cert. pet. Brun. in d. tract. limit.* 5. *nu.* 1. & esse communem, & receptissimam opinionem refert *Thesaur. decis.* 174. *nu.* 2. asserens sic in Parlamento Parisiensi fuisse iudicatum, & hanc etiam opinionem defendit alter *Thesaur. iun. in tract. de augmento monetæ par.* 2. *nu.* 51. loquens in puncto de restitutione dotis, cum non possit induci, vt fiat restitutio de meliori moneta, quam quis tempore matrimonij recepit *nu.* 69.

Addatur aurum fuisse æstimatum, vt supra in facto annotatum fuit, quo casu augmen-
11 tum non deberi, dixit id. *Brun. in limit.* 8. *nu.* 6. *vers. tertiò quaro*, vbi sustinet, quod si scuta creuerint, debet minus solui, & ad rationem, de qua conuentum extitit, & si de Dote agatur, id etiam post alios affirmat *Couarruu. in d. tit. de Numismate* §. *vnico*
12 *nu.* 5. *vers. septima conclusio*. Iniustissimum etiam esset tale augmentum, non correspondens verò valori scuti aurei, nam si verum est, quod argentum recipiat æstimationem ab auro, vt refert *idem Thesaur. iun. in d. tract. de Augm. monetæ nu.* 6. 16. & 41. & experientia docet, & cognoscitur ex bannimentis expressis, vbi scuta argentea Florentiæ, & Mediolani æstimantur, & secundum talem æstimationem creuerunt in solidis sexdecim, vel circa pro quolibet scuto, quo casu, & proportionabiliter deberet augmentum scuti aurei admitti, nec facit declaratio valoris per Princi-
13 pem, cum non possit constituere valorem secundum suam voluntatem, sed secundum iustam, & naturalem proportionem auri ad argentum *Gabriel. Biel. de monetæ protest. concl.* 5. *dubio* 1. *in fine*, nec est seruandus abusus paulatim introductus contra iustam nummi æstimationem ab initio præfixam *Thesaur. iun. ibi p.* 1. *nu.* 33. poterit igitur dos restitui in monetis argenteis, dum erunt similis valoris, vel si similia scuta aurea non currant, vel non reperiantur secundum cursum, & valorem promissionis *Rota decis.* 149. *p.* 2. *in recent. in fine Guid Papæ q.* 493. *in pen. col. vers. non tamen nego*, & ratio est inconuincibilis, cum in bannimentis fuerint taxata scuta aurea, & omnes aliæ monetæ argenteæ secundum proportionem argenti, & auri, & ibi legitur ex duodecim vncijs argenti concedi, & æquiualere pro vna vncia auri,
14 & stante extinctione similium scutorum non potest disputari, an verba stent demonstratiuè, cum sine principali non detur nec augmentum, nec accessorium *l.* 2. *ff. de peculio leg. l. cum principalis ff. de reg. iur.* accedant solutiones factæ ad rationem
15 sol. octuaginta trium pro quolibet scuto aureo, nam videtur per talem æstimationem facta illorum emptio *l. si æstimatis* §. *æstimata ff. sol. matr.* & talis est iudicanda conuentio, qualis ostenditur facta solutio *Decis.* 221. *nu.* 3. *post Centum in tract. de censibus*, vanum igitur credo Hæredes d. D. Thadeæ posse prætendere incrementum scuti aurei, maximè, quia est facienda omnis interpretatio, quæ potius tendit ad extenuendam, quam ad augendam obligationem *c. in obscuris de reg. iur. 6.*

CON-

CONTROVERSIA LXXXVII.

Pro Illustriss. Dom. Cæsare Marsilio, cum filijs D. Marci Antonij Marsilij.

SVMMARIVM.

LEgitimati per subsequens matrimonium admittuntur ad successiones, nu. 1. declara, nu. 5. 14.

Et succedunt in feudis. Et in Nobilitate. Et possunt promoueri ad Episcopatum, nu. 1.

Testatoris voluntas principaliter est attendenda, nu. 2.

(De) dictio significat causam proximam, nu. 3.

(Ex) dictio denotat causam immediatam, nu. 4.

Quælibet legitimatio ad initium natalium protrahitur, nu. 6.

Testatoris verba debent intelligi secundum naturam, & veritatem, non secundum fictionem, nu. 7.

Extensio non est facien. de legitimatis per subsequens Matrimoniū ad præsidium in Matrimonio natorum, nu. 8.

Maximè dum testator se declarauit, nu. 9.

Qualitas adiecta verbo, debet intelligi secundum tempus verbi, nec sufficit, vt superueniat, nu. 10.

Legitimati ex subsequenti Matrimonio ex peccato orti sunt, nu. 11.

Copula omnium copulatorum requirit concursum, nu. 12.

Legitimatio de sui natura non retrotrahitur, nu. 13.

Laderch. cons. 24. reprobatur, nu. 15.

(Verum) verbum fictionem non admittit, nu. 16.

Aliud. n. est, vt de successione Ascendentis, aut transuersalis agatur, ad hoc, vt legitimati per subsequens matrimonium admittantur, nu. 17.

Tex. in c. tanta ex. qui filij sint legitimi declaratur, nu. 18.

Exæquatio est prohibita, quando verba requirunt veritatem, & non fictionem, nu. 19.

Tex. in c. cum in cunctis, & in c. innotuit extra de electione declarantur, nu. 20.

Excluso vno, censentur omnes excluſi ex eo, nu. 21.

Granatus non potest in fideicommisso præiudicare substituto, nu. 22.

Adsit Deus, & Virgo.

VErè legitimati per subsequens matrimonium admittuntur ad successionem, vt aduertunt *omnes Doctores per illum tex. in c. tanta extra. qui filij sint legitimi*, intantum, vt *Ant. de Butrio* dixerit neminem de hoc dubitare posse, nil
1 n. differunt à filijs post matrimonium conceptis *l. cum quis C. de naturalibus liberis*,

& suc-

& succedunt in feudis c. 1. S. *naturales tit. si de feudo fuerit controuersia inter Dominum, & Agnatum Vassalli*, & de communi attestatur *Afflict. in d. S. naturales*, & post plures *Gionagnon. cons. 59. nu. 1. & nu. 26.* & in nobilitate *Tiraquel. in tract. de nobilitate cap. 15. nu. 22.* talis etiam legitimatio sufficit ad effectum capacitatis ordinum *Cabaler. decis. 1. nu. 4.* & promotionis ad Episcopatum *glos. in c. innotuit ext. de electione in verbo coniugata*, & nouissimè affirmat *Ghirlenzonius cons. 103. nu. 75.*

His tamen minimè obstantibus, dico Domini Marci Antonij Marsilij per subsequens matrimonium legitimati filios non esse admittendos ad fideicommissa, ascendentium, qui substituerunt natos de legitimo matrimonio, eo quod natus ante matrimonium, non facit deficere conditionem, minus substitutum excludit, nam
2 primò est testatoris voluntas attendenda *l. non aliter in princ. ff. de leg. 3. l. si alij ff. de*
3 *vsufr. legato*, & illa dictio (de) propriè significat causam proximam *Decian. in puncto cons. 88. nu. 12. lib. 2.* nouissimè post alios *August. Barbof. de dictionib. dictione 61. nu. 6.* dicens cum alijs, talem dictionem (de) significare decisionem, & illa Dictio (ex)
4 denotat causam immediatam *l. eo tempore in fine ff. de peculio Bart. in l. 1. S. ex incendio nu. 1.* vbi plures textus allegat, dicens idem esse de eadem dictione (de) *Menoch. cons. 40. nu. 3. Bertazol. de clausulis instrum. clausula 24. glos. 10. nu. 1. decis. 507. nu. 10. p. 2. recent.* & in puncto loquitur *Pereg. de fideicom. art. 24. nu. 31.* prout idem *Barbos. in dictione 98. num. 1.* Sed sic est, quod legitimatus per sequens matrimonium, cum primum in lucem editus est, non propriè ex matrimonio, vel de matrimonio natus est, ergo secundum voluntatem Testatoris, quæ colligitur ex propria
5 verborum significatione, non potest admitti ad fideicommissa relicta fauore natorum (de) vel ex legitimo matrimonio. Nec obstat, quod matrimonium retrotrahatur ex dispositis in *d. c. sanctæ*, quia hoc est per fictionem, & quælibet legitimatio fingit retro, & ad initium nataliũ protrahitur *l. vlt. naff. de natalibus restituendis Bart. in*
6 *l. 2. nu. 10. ff. de vulg. & pup. substit.* sed & per fictionem tale non est propriè tale *l. lege Cornelia in fine ff. de Testam. l. 2. ff. de vsufr. earum rerum, quæ vsu consumuntur*, & verba testatoris debent intelligi secundum naturam, & veritatem, & non secundum
7 fictionem *l. vlt. C. de his, qui ven. ætatis impetr. Alciat. post alios in cons. 666. nu. 1.* & idcircò aliud est esse tale, aliud est haberi pro tali *l. mercis appellat. cum glos. ff. de verb. signif.* & ita in puncto reiectis supra pro contraria parte adductis tenuit Eminentiss. *Mantica in tit. de coniect. lib. 11. tit. 12. nu. 17.*

Secundò, cum plures sint filiorum species, & alij ex iustis nascantur nuptijs, alij ex coitu concubinario iure ciuili permisso, & alij ex coitu illicito, aliqui autem post natiuitatem legitimati, alij etiam sunt, qui per naturam filij non sunt, sed per ad-
8 optionem, dum ergo Testator vocat legitimè natos, & seu de legitimo matrimonio ad primam conditionem filiorum respexit, & ad alios non est facienda extensio ad præiuditiũ legitimè natorum, quoniã à persona non est recedendum. *l. si vnus S. ante omnia ff. de pactis*, & in puncto post plures affirmauit *Dec. cons. 88. nu. 13. lib. 2.* dicens, quod per talia verba vocationis ex legitimo matrimonio natis, satis constat, quod Testator noluit se referre ad legem circa hoc, qui filij sint legitimi, sed voluit se re-
9 ferre ad certum modum, quo fiunt legitimi verè, & naturaliter, videlicet per legitimum matrimonium, & quod in hoc casu cessant omnes præsumptiones, & interpretationes, cum clarè constet de voluntate disponentis, vt ibi per eum nu. 14. & ita videtur sentire *Pereg. d. art. 24. nu. 28.*

Tertiò, satis notum est qualitatem adiectam verbo debere intelligi secundum tempus
10 verbi *l. Titius ff. de milit. Test. l. ex facto S. pen. ff. ad Trebel. nec sufficere si superueniat l. quid ergo in princ. ff. de his, qui not. infamia l. in delictis S. si damnũ extraneus ff. de nox.*

act. Mantic. d. lib. 11. tit. 12. nu. 19. Peregr. d. art. 24. nu. 29. sed tempus verbi in hoc casu respicit ortum ipsum, imò virtualiter respicit conceptionis tempus *Bald. in l. Paulus ff. de statu hominum*, ergo matrimonij qualitas superueniens, non satisfacit verbis Testamenti requirentis, vt natiuitatis tempore Matrimonium legitimum fit,
11 & ideireò Testator voluit admittere eos tantum, qui ex verò matrimonio, & sine macula peccati mortalis procrearentur, quod non est in legitimatis per matrimonium, qui ex peccato mortali nati sunt, *ita aduertunt Rota in Decis. d. tit. 12. nu. 19. Peregr. d. art. 24. & Thesaur. decis. 196. nu. 4.*

Quartò, non potest negari, quin copula omnium copulatorum requirat concursum,
12 vt in puncto dixit *Surd. decis. 319. nu. 6.*

Quintò, legitimatio de sui natura non retrahitur *S. licet igitur in auth. quibus modis nat. effic. sui. legitimi.* adeoque cessante retractione, non possit quis dici legitime
13 natus, aut de legitimo matrimonio, vt post alios bene ponderauit *Peregr. loco de quo supra nu. 34.* ad hanc rationem sustinendam duodecim rationes adducens, omnes exadueršo rationes allegatas confutando *nu. 41.* & referens sic in Cultaro Patauij
14 fuisse decisum *nu. 46.* ita ad exclusionem legitimati per subsequens matrimonium tenuerunt *Bal. cons. 367. lib. 5. Alex. cons. 5. lib. 7. Rutil. Rumin. Ias. Curtius nov. Alciat. d. cons. 666. referens ex his, veluti Mediolani fuisse iudicatum Socin. Nella, Roland. Cephal.* & alij relati *per Mantic. d. lib. 11. tit. 12.* dicens hanc esse communem opinionem, addens multas rationes *nu. 19. & seq. Ant. de Butrio in d. per venerabilem in fine ex qui filij sint legitimi, Martin. Garat. de legitimat. nu. 138. Roffel. in simili tract. lib. 2. capitu. nu. 1. Zuchard. in rub. ff. de rerum permu. nu. 3. Grat. mor. 39. num. 45. lib. 1. Decis. cons. 614. nu. 4. Bero. cons. 167. num. 1. lib. 2. Menoch. cons. 273. num. 71. & 72. in tract. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 81. Rotæ cons. 98. cons. 99. & cons. 100. Surd. cons. 1. nu. 19.* & melius *decis. 319. Thesaur. decis. 196. nu. 4. vbi Gabr. & alios refert decens*, sic per Senatum Pedemontanum fuisse decisum in causa Vercellensi anno 1587. 15. Aprilis, & ibi *Adden.* dicens in fine sic de nouo, & ex post per eumdem Senatum fuisse iudicatum anno 1596. 10. Ianuarij, ita etiam tenuerunt *Boer. de Pond. Bertazol.* omninò videndus *cons. unic. 32. nu. 11.* & *seq.* referens infinitos *Doctores*, & alij plures, quos refert, & sequitur *Alex. Raudensis in lib. 1. de Analogis cap. 36. nu. 130.* dicens sic Ferrariæ fuisse decisum, & *nu. 131.* sustinuit *Alex.* cum alijs per eum relatis *cons. 5. lib. 7.* rectè pro hac opinione loquentem esse, non obstantibus Iudaicis, & mordacibus verbis ad eum addentis *Tusch. in literis L. cons. 229. nu. 7. & Cron. Beretta, Mantua*, & alij plures de communi, & magis communi attestantes, quos nouissimè refert, & sequitur *Fulvar. de subfeud. decem. q. 409. nu. 38. & seq. & num. 43.* dixit ab hac opinione non esse recedendum, & melius *in cons. 102. nu. 11.* vbi pariter de magis communi attestatur *Castel. quotidianarum controuers. lib. 4. primæ partis de conie-Cturis antiquatorum, vbi volumen 1. nu. 20. fol. 358.* & nouissimè diebus præteritis sic fuit decisum in hac *Rota Bononiæ* super Testamento olim Illust. D. Io. Andreæ Bolognini, cognitore Excellentiss. D. Bonioanne Vincio inter Nobiles D.D. Barthol. & Thadæum de Bologninis, & Reos bonorum possessores ab eis conuentos.

Nec facit auctoritas *Io. Baptistæ Laderchij Imolensis cons. 24.* qui fuit Accerroxis prædi-
15 ctorum oppugnator cum eius, & ab eo relatorum opinio confutetur, primò *à Regazuolo d. cons. 52. nu. 13.* vbi benè demonstrat malè Laderchium, seu Lapidellium scripsisse, *& nu. 16. & seq.* Docet multos per eum allegatos non loqui interminis, nam alij generaliter loquuntur, alij in feudo, alij in statuto, & alij id non dicunt, alij sunt varij, & alij vacillant, & ideò eò dixit eius, & relatorum ab eò auctoritates parùm pendendas esse *nu. 17. Alex. d. l. & Neuzanen. in Sylua nuptiali, tit. 5. n. 172.*

quos

quos allegat, *& nu. 23.* docuit multos per Laderchium allegatos contrarium sentire, *Cephal.* in eadem causa *Laderch. cons. 276. nu. 8. & seq. & cons. 364. nu. 18. & seq.* dicens allegata per *Laderchium* esse colorata dicta, subtiliter, & ingeniosè proposita, sed non esse vera, dicens sic iudicasse pro exclusione legitimati per subsequens matrimonium *Senatum Mediolani*, qui spiritu Dei regitur, vt in fine, & pariter in *eadem causa Remin. iun. cons. 322.* qui *Io. And. Franc. Ser. Niconit. Brunum, Barbatium, & alios allegat nu. 60.* & rectè respondet *Laderchio*, & idem relatis prædictis affirmauit *Pereg. d. art. 24. num. 14. 25. & seq.* Et ipse *Laderch.* videtur admittere hanc opinionem nostram, quando Testator expressè natos ante matrimonium à sua successione arcet, prout in casu nostro fecerunt D. Alexander Marsilius, qui etiam ex Matrimonio subsecuto legitimatos exclusit, & D. Ioannes Marsilius alter Testator, & id non solum semel dixit, sed geminauit, & triplicauit dictam qualitatem legitimitatis ex verò, & legitimo matrimonio, talia igitur verba denotant præcisam, & certam voluntatem, vt dixit *Decian. d. cons. 88. nu. 15. lib. 2.* nec stante expressa voluntate posse glosatorem admitti concluſit, & cum *Aug. & Decio* sic dixit, quod videns Testator, quod verba illa de filijs legitimis, & naturalibus poterant interpretari, & de natis ex legitimo matrimonio, & de nõ natis ex eo, sed legitimatis, ideò se ipsum declarauit, vt scilicet voluerit intelligere de verè natis, & conceptis ex legitimo matrimonio *Thesaur. post alios d. decis. 196. nu. 5.* & ideò non esse hodie dubitandum de legitimati prædicti exclusione, dixit post alios *Alex. Trentacinq. in lib. 1. var. resol. in tit. de legitimat. resol. 1. nu. 28.*

Et in casu hoc Testatores non fuerunt contenti verbo, ex legitimo matrimonio, sed addiderunt, ex vero & legitimo matrimonio procreatis; tale n. verbum verum fictionem non admittit *l. verum est ff. de verb. signif. Rebuf. in l. natura cauillationis eod. tit.* & illud verbum, procreatis, magis cnixam Testatorum ostendit voluntatem, vt dixi, & affirmat *Bal. d. cons. 367. & Cephal. vbi supra*, dicentes hanc opinionem neminem habere contradictorem *Manica*, qui eos refert *d. tit. 12. num. 25. Guido Papa decis. 482. nu. 4. Pereg. d. art. 24. nu. 48. Fusar. qui plures allegat in d. tract. de fideicomm. subst. q. 409. nu. 38. vers. altera via q. ad nu. 41. per totum & nu. 43. Rusticus in l. cum Auus post plures ff. de condit. & demonstr. lib. 2. cap. 16. nu. 184. & melius n. 207.* & eò magis cum agatur de hæreditatibus transuersalium secundum distinctionem *Alciati*, & aliorum, de quibus per *Randensem de analogis c. 36. nu. 131.* ex hac ratione, quia si agitur de descendentibus bona quasi eis sunt debita, & forsitan posset admitti legitimatus per subsequens matrimonium, si autem agitur de hæredibus extranei, & transuersalis, tunc semper talis legitimatus excluditur.

Facit etiam quia in separata oratione in defectum natorum de legitimo matrimonio, & non aliter, nec alio modo substituerunt naturales legitimatos, & sic Testatores apertè se declararunt in casu, in quo tales debent admitti ad eorum hæreditates *Menoch. cons. 215. nu. 71. Fusar. cons. 152. n. 3.* & sic etiam post *Grattianum* nouissimè tenuit *Rota Bon. in d. causa de Bologninis.*

Ex his igitur sustinendum puto D. Marcum Antonium exclusum esse à dd. hæreditatibus, & in totum spectare ad nostris temporibus, fortasse primum Equitem Bonon. D. Cæsarem de Marsilijs multis virtutibus præditum, quicquid scripserint *Laderch. d. cons. 24.* & eius opinionem approbantes, nam verba *text. in l. cum quis in fine C. de nat. lib. ibi, sed qui ex eisdem matrimonijs procreati sunt, simili professantur forma*, se referunt ad natos in matrimonio, non autem ad antenatos, & dictio illa (eisdem) non includit natos ante, quasi eadem sint matrimonia, nam matrimonium esse non potest respectu eorum, qui ante nati sunt, quia tunc non erat contractum, &

ipse

ipse *tex.* id declarat, dum eos appellat natos ante Dotem, si ante Dotem, ergo & ante matrimonium, vtitur enim Imperator ibi illa phrasi, qua vti solemus, dum semel alicuius rei mentionem facimus, quasi dicat ex eisdem matrimonijs, id est illis, de quibus supra facta est mentio ex illismet, quæ secuta sunt postquam natus erat filius.

Secundò, *tex.in c.tanta ex.qui filij sint legitimi*, non ita probat, nam in eo ponderanda
18 sunt illa verba post contractum matrimonium, ergo non ante, vt ponderauit *Lud. de Sardis de nat.lib. legitimatione, ac successione eorum in tit. legitimationis effectus nu.* 1.minusq; *textus* dicit retrotrahi, minusq; id iure probatur, cum de tertij præiuditio agatur *Alciat.lib.5.paradoxorum c.12.Peregr.d.art.24.nu.34.*

Tertiò, nec facit exæquatio inter legitimè natos, & hos legitimatos *d.l.cum quis, & in*
19 *S.reliqui in auth. quibus modis naturales eff. sui*, nam respondetur exequationem, quæ fit iuris interpretione cessare, quando verba requirunt veritatem, & non fictionem, & idcirco in casu nostro exæquatio locum habere non potest, cum verba Testatorum requirant veritatem, & sic differt, si fiat ex dispositione legis, vel ex dispositione hominis, quo casu sonus verborum debet attendi, vt diximus, *Ruin. cons.* 188.*nu.*2.*lib.*2.& alij plures, de quibus per *Peregr.abi nu.*42.

Quartò, dicitur non obesse *tex.in c.cū in cunctis, & in c.innotuit extr.de electione*, nā ipsi
20 non dicunt legitimatos per subsequens matrimonium debere ad Episcopatum admitti, ac si de legitimo matrimonio nati essent, sed tantum *glos. in d.c.innotuit* per dispositionem *d.c.tanta*, qui tex. vt diximus, id non probat, sed tantum dicit legitimatum per subsequens matrimonium pro legitimo haberi, & nos requirimus legitimè natum, non legitimatum, ita cum *Peregr.* aduersus *Laderch.* sustinet *Fachin. contr.iuris lib.*10.*c.*71.*per totum.*

Et hæc opinio nostra contra legitimatum per subsequens matrimonium, vt non admittatur, stante vocatione facta de filijs ex legitimo matrimonio, fuit canonizata in Sacra *Rota coram Rubeo in Caesaraugustana status de Moneta die* 22. *Martij* 1585. de qua meminit *Seraf.in.decis.*1000.*nu.*15.

Nec dicatur filios D.Marci Antonij esse ex legitimo matrimonio perceatos, & habere
21 qualitates, quia eis obest incapacitas Patris tamquam descendentibus à radice infecta *Mantica d. tit.* 12.*nu.*34. & vno excluso, omnes ex eo descendentes semper erunt excluſi *Peregr.de fideicomm.art.*27.*nu.*17.*&* 18.

Minusq; facit, vt alias idem D.Marcus Antonius fuerit admissus ad bona vnius ex dd.
22 fideicommittentibus in diuisione cum Patre d.Illust.D. Cæsaris, nam ipse D.Cæsar ei parere non debet, cum habeat causam non à Patre, sed à fideicommittente *Cravet.cons.*200 *nu.*5.& nouissimè post plures *Mangil.in tract.de imput.q.*36.*n.*37.

CONTROVERSIA LXXXVIII.

Pro Perillust. DD. Carolo, & Filijs de Seraphinis.

SVMMARIVM.

HÆres cum beneficio ll. & Inuentarij potest venire contra alienationem, & contractum factum à defuncto, nu.1.

Hæres sine inuentario non tenetur ratificare contractum iniquum.

Et defunctus, si viueret, posset (non obstante promissione rati) eisdem

re-

defensionibus vti, quibus potest ille, pro quo de rato promisit, nu. 2.

Imò sibi competeret restitutio in integrum, nu. 6.

Debitum Testatoris in hæreditate censetur compensatum in parte hæreditatis relictæ, nu. 3.

Dos amplius non dicitur dos, soluto matrimonio, nec fructus debẽtur, nu. 4.

Ex nominatione bonorum cognosc tur quid reliquerit testator, nu. 5.

Ad hoc, vt quis excludatur à restitutione in integrum, debet illi renunciare, aliàs erit locus petitioni, nu. 7.

Hæres potest contrauenire facto defuncti, ex iure superuenienti, nu. 8.

Hæres potest bona fideicommissis subiecta vendicare, & si vti hæres personali actione teneretur, nu. 9.

Clausulæ generales non alterant, sed se restringunt ad promissa in instrumento, nu. 10. & 13.

Dictio (maximè) recipitur aliquando pro dictione (tantùm) & sic pro taxatiua, nu. 11.

Clausulariũ Notariorum Bononiæ facit differentiam inter fideiussorem, & contrahentem, nu. 12.

Notarius rogatus de fideiussione non potest apponere renunciationem beneficij de fideiussoribus, nu. 14.

Non potest dici transactum super fideicommisso, si tantùm sit disputatio de creditis in hæreditate, cũ in restanti fideicommissum remaneat, nu. 15.

Non statur assertioni trãsigentium super prætensionibus in hæreditate, nu. 16.

Transactio incautè facta à patre non nocet filio, nu. 17.

Timor litis ad transigendum debet esse indubitatus, nu. 18.

Textus in l. nam, & si parentibus ff. de inoff. testam. & in l. statius Florius, §. Cornelio felici ff. de iure fisci declarantur, n. 19.

Fideicommissarius dicitur creditor spei, nu. 20.

Decisiones Sacræ Rotæ Romanæ in Signina Castrorum 292. & 320. p. 6. diuersi. declarantur, nu. 21.

Trãsactio ex læsione rescinditur, n. 22.

Spes radicata, & cõsiderabilis ex causa de præterito, potest æstimari, n. 23.

Accingendus de proximo habetur pro accincto, nu. 24.

Textus in l. de fideicomm isso, C. de transact. declaratur, nu. 25.

Surd. cons. 451. declaratur, nu. 26.

Læsio consideratur ex inæqualitate, nu. 27.

In cognoscenda læsione iudex ex officio (non concludentibus peritis) potest rerum determinare æstimationem, nu. 28.

Ad tollẽdam inæqualitatem nepotes positi in conditione, intelliguntur vocati, nu. 29.

Et etiam quando sumus in descendentibus, nu. 30.

Adsit Deus, & Virgo.

MVlta me mouent, ex quibus credo Transactionem aliàs, & de anno 1586. 6. Septembris initam inter Illustrem D. Paulam de Beroaldis vxorem Illustris D. Gabrielis de Seraphinis, ex vna, & Illustrem D. Smeraldam pa-

riter de Beroaldis ex altera, occasione testamenti, & fideicommissi instituti ab Illustri D. Philippo Beroaldo dictæ D. Paulæ Patre, & d. D. Smeraldæ Auo; non obesse Illust. D. Carolo ex d. D. Gabriele d. D. Paulæ filio, nec minus eius filijs d. D. Paulę nepotibus, & sic, & ipsos esse vocatos, & ad hæreditatē d. D. Philippi admittendos.

Et vt per ordinem procedamus, & de persona d. D. Caroli tractemus; Nemo de eius persona potest dubitare, quin sit vocatus; cum verbis expressis vti dictæ D. Paulæ filius sit in testamento scriptus, & sic ex persona propria ad hæreditatem d. D. Philippi venire; Ei minimè obstante transactione per d. D. eius Matrem facta, cum sit
1 illius hæres cum benefitio Il. & Inuentarij solemniter, etiam citata d. D. Smeralda, & præcedente decreto Iudicis, per d. D. Carolum celebrati ad formam *l. fin. C. de iur. delib. Peregr. de fideic. art. 33. nu. 12 & 13.*

Eique minimè crederem obesse, quòd d. D. Gabriel eius Pater dicto transactionis instrumento consenserit his verbis præcisis, *Con il consenso di detto Sig. Gabrielle suo Marito, quale è presente, & che alle dette, & infrascritte cose presta il suo consenso in ogni miglior modo, che di ragione si può, & per rispetto di d. Sig. Paola, tanto in suo nome proprio, & principale, quanto anco in nome del Sig. Carlo suo, & del detto Sig. Gabrielle figliuolo legitimo, & naturale, per il quale d. Sig. Paola, & Sig. Gabrielle promettono de rato in valida, solenne forma, che ratificara il presente instromento ad ogni volontà, & requisitione della d. Sig. Smeralda hor Suor Angela Vittoria; Altramente vogliono esser tenuti del suo, &c.* Quia talis consensus operari non potest ad præiuditium dicti D. Caroli etsi patris hæres absq; beneficio Il. & Inuentarij, vt asseritur, sit, vt doctissimè demonstrauit Excellentiss. D. Pontus, minimèque debuit, nec debet tale transa-
2 ctionis instrumentum ratificare ex hac etiam ratione, quia, & ipse D. Gabriel, si viueret, non teneretur ad id, nec ad aliquid ex dicta promissione à se facta. Considero enim, quòd ad talem transactionem, vbi legitur fideicommissi Philippi ab vtraque muliere facta renunciatio, tres decantari pro parte Smeraldæ prætensiones. Prima restitutio dotis Auiæ paternæ. Secunda restitutio librarum 7333. 6. pro pretio francationis bonorum Argelis, factæ à D. Georgio de Argile, eò, quòd dicta D. Smeralda prætendebat sibi per viam prælegati in testamento d. Philippi fuisse bona assignata. Tertia petebatur ipsi D. Smeraldæ per D. Paulam solui partem eidem D. Smeraldę contingentem librarum 15000. æris alieni testatoris, cuius solutio iniuncta per d. testatorem erat eidem D. Paulæ, & tamen eadem D. Paula non erogauerat in hanc causam totas integras lib. 15000. & sic ex residuo dimidia debebatur ipsi D. Smeraldæ per d. D. Paulam.

Hæc etenim prætensiones clarè apparent vanæ, & figmentatæ. Ad primam namque respondetur, quòd si de debito etiam constitisset, sublatâ esse ex his, quæ narrantur in tertia prætensione. Ibi. n. testator iussit ex lib. 15000. æs alienum solui, subiungens hæc verba, *Et si d. testator non haberet tempore mortis creditores pro tanta summa librarum 15000. non computando legatarios inter creditores, ea summa, quæ deficeret, & quanto minus solut debebitur huiusmodi creditoribus, id totum partietur inter dictam D. Paulam, & D. Smeraldam, seu earum successores, & d. D. Paula ex summa remanenti soluere debeat dimidiā d. D. Smeraldæ, vel eius filijs: Si vero creditores excederent summam, & creditum lib. 15000. ab inde supra hoc æs alienum per ipsos hæredes, seu successores æqualiter dissoluatur.* Hic enim inspicitur, quòd testator omne æs alienum in dictis libris 15000. comprehendidit ibi æs alienum suum.

Vel eò magis censeretur per testatorem remissum, vel compensatum debitum in parte hæreditatis relictæ, & sic onus super bonis Smeraldæ in testamento assignatis impositum, vt d. Excellentiss. D. Pontus fundamentis legalibus concluſit, & proba-

tur

tur ex *l.huiusmodi*, §.*cum pater*, *ff.de legat.*1. *& in l.si cum dotem*, §.*si pater*, *ff.solut. matrim.& ibi Odofr.Angel.Caltr. & Alex. in princ.* & alij aduertunt: Qui omnes dicunt institutionem, seù legatum fuisse factum animo compensandi cum debito necessario, prout erat illud dotis matris debitæ filiæ, & talem distinctionem facit *Peregr.in d.tract.de fideic.articulo* 33.*nu.*41.*& seq.*

3

Vana etiam est adiectio primæ prætensioni fructuum dotis à die mortis Auiæ, eo maximè, quia dos, vt in transactione legitur, consisteret in pecunia, & soluto matrimonio amplius non est dos, nec debentur fructus, vt affirmant, *Innoc. Hostien. & Ancar.propè fin.in cap.salubriter, extra de vsur.*

4

Secunda etiam prætensio restitutionis pretij ob francationem bonorum à D. Argile, est friuola, cum bona, quæ fuerunt per Smeraldam francata, eadem per Testatorem diuidentem fuerint assignata d.Smeraldæ, ea comprehendendo in institutione vniuersali, & cessentur tanrùm reliquisse ius, quod habebat dd.bona retro emendi, vt cum pluribus auctoritatibus d. Excellentiss. D. Pontus in suo elegantissimo Responso docuit.

8

Tertia etiam prætensio tollitur ex expressis ad primam, cui adijcitur d.D. Smeraldam renunciasse d.prætensioni pro residuo librarum 15000. his verbis *Dichiarando essa Sig.Smeralda, & hor Suor Angela Vittoria, con le Solennità, & autorità antedette desta Sig.Paola hauer intieramente adempito tutto quello era tenuta per tal conto nel detto testamento*. Quarè, cum satisfeciisset, clarescit simulata assertio, & affirmat nihil occasione prædicta tempore transactionis fuisse debitum. Patet enim ex prædictis iniquitas, & iniustitia d. transactionis, & d. D. Paulam remansisse læsam, renunciando fideicommisso clarissimo, etiam nomine d. D. Caroli eius filij, ac remittendo libras bis mille sibi, & marito debitas occasione residui suæ dotis, & alias lib. 800. diuersis fideicõmittẽtis creditoribus solutas, ac relaxando in manibus eiusdem Smeraldæ terrena per eamdem de facto occupata, cum in eius parte minimè comprehenderentur, eo quòd testator hæredes diuidendo, eidem Smeraldæ reliquisset illas duas possessiones, quæ cultæ erant per Mattheum Magonium, & Camillum Tuscum, ipsaq; terrena ab eis non culta inuasisset, & super hoc, quòd erat clarissimum ex hominatione & qualitate bonorum Smeraldæ in testamento assignatorum

5

ad not. in l. nominatim ff. de lib. & posth. legitur in instrumento factum compromissum in DD. Blancum, & Morandum, qui nunquam iudicarunt, & si testator cætera terrena relinquere voluisset, expressisset *Rota dec.*249.*nu.*14.*p.*6.*diuers.* & stat regula, quòd expressio vnius, exclusio est non expressi, quia qui de vno dicit, de alio negare videtur *c. nonnè, & ibi Doct. extra de præsumpt.* Verbaq; testatoris naturaliter sunt intelligenda *Rota vbi sup. dec.*179.

Ex his.n. cum constet de læsione ex parte D.Paulæ, & D. Caroli, eoq; magis, cum firmiores, & validiores essent D.Paulæ prætensiones, quàm essent illæ D. Smeraldæ;

6

D. Gabriel etiam viuens aduersus quamcumque promissionem in integrum restituendus erat, prout, & quemadmodum d. D. Carolus restitui potuisset, & debuisset *Ancar.cons.*330. *Asian. Clement. de patr. potest. effectu* 12. *num.* 17. & in puncto quando quis promittit pro aliquo minore, quòd quàm primùm ad legitimam ætatem peruenerit, ratificabit contractum eius nomine gestum, si factus maior nolit ratificare, sed contrauenire ob contractus iniquitatem; vt idem promittens de rato etiam sub pœna; possit vti omnibus defensionibus ipsius minoris ex *text.in l.cum minor ff.rem rat.haber.* quem singularem esse dixit *Roman.in ling.*557. *Ceph. cons.* 115. *nu.*1.*& plurib.seq. Natta cons.*50. *num.*24. vbi plures rationes adducit, *Gramat.decis.* 101. *nu.*55.*& post Dec. Ias.& Bertrand. de communi Gabran tit. de pactis concl.* 2. *nu* 1. *To-*

1. *Tiraq. in l. si unquam in verbo reuertatur in fine libri C. de reuoc. donat. nu. 6. Io. Vinc. de Anna in allegat.* 17. *nu.* 8. & post plures de magis communi vltimo loco *Philipp. Pascal. de viribus patriæ potest. cap.* 2. *num.* 106. & 107. qui, & ipse de magis communi attestatur *Afflict. dec.* 240. *nu.* 8. dicens verbis expressis, quòd illemet, qui fecit, & promisit, potest factum reuocare. Doct. enim ad euitandam restitutionem in in-
7 tegrum dant cautelam, vt ille, qui promittit de rato, promittat etiam restitutionem in integrum non esse petiturum, *Castr. ibi in d. l. cum minor nu.* 1. Iis enim non aduersantur ea, quæ scripta fuere per *Alex. cons.* 92. *nu.* 4. *lib.* 1. *Surd. cons.* 125. *Gabr. pariter cons.* 125. *lib.* 1. *per Phanuc. inter alios, de inuentar. q.* 242. *nu.* 67. & *Sacra Rot. in decis.* 365. *p.* 5. quæ est coram Reuerendiss. Qucipo 18. Martij 1630. Nam primo *Alex.* ibi hoc non affirmat, *Surd. Gabr. & Phanuctus* loquuntur in regula generali, de qua *l. cum à matre, C. de rei vendic.* & *decisio* in illa Florentina Oratorij *ibi nu.* 11. adducit aliam rationem ad dictam regulam, quæ facit pro D. Seraphino, scili-
8 cet quòd possit contrauenire ex iure superuenienti, quòd nunc est per mortem d. Sororis Angelæ Victoriæ vltimo loco secutæ, & ita post plures *tex. & ibi Surd. cons.* 15. *nu.* 26. & 27. *lib.* 1.

Nec credidi prohibitum, quòd D. Carolus possit vendicare, si etiam actione personali, vti hæres, teneretur, ex illa regula de quantitate ad speciem non dari compensationem per *text. in l. fin. C. de compens. & aduersus. Afflict. dec.* 278. & sic in fine
9 concludit faciens differentiam, an contractus rescindatur ob omissam solemnitatem, vel ex defectu causæ.

Vlterius ponderandum est non legi dictum D. Gabrielem in transactione obligasse eius bona ad obseruantiam contractus, & pro renunciatione fideicommissi, de qua in eo. Nam talis obligatio non legitur scripta in medio, & in substantialibus prout requiritur, sed in clausulis generalibus his verbis *maximè d. Domini coniuges de Seraphini renunciarunt beneficio nouarum constitutionum de fideiussoribus, & generaliter, &c.* & si primùm adesset, prout in clausulis generalibus, promissio obseruatio-
10 nis contractus, & bonorum obligatio, in tantum, vt omnia sint restringenda ad superius in contractu specificata, & ea non inducunt nouam dispositionem, sed secundùm promissionem in instrumento factam intelligenda, nec per Notarium alio modo extendenda dixerunt *Addens ad Alex. cons.* 28. *lib.* 2. præsumunturq; talia verba ex solito Notarij apposita in clausulis generalibus, in tantum, vt non sint considerandæ, maximè cum partibus fuerint ignota, & vti dispositionem alterantia, ad *Gabr. post alios cons.* 58. *num.* 51. *lib.* 1. Videtur etiam D. Gabrielem se restrinxisse ad renunciationem beneficiorum de fideiussoribus ex illa dictione *maximè*, quæ licet de sui natura sit implicativa; attamen in hoc casu intelligi potest pro dictione *tan-*
11 *tùm*, & sic pro taxativa, *text. est nec post translationem, §. vlt. extra de renunc. Alex.* qui plures alios textus allegat in *cons.* 116. *nu.* 16. *lib.* 2. & prout de dictione *præsertim* dixit *Calderin. cons.* 3. *de verb. sign. in Tusch. in verbo dicto, concl.* 309. *nu.* 6. & stare taxatiuè, & non implicatiuè, quando huiusmodi dictio adiecta est causæ finali dixit *Barbos. in dictione* 168. in fine, & quòd fuerint alteratæ clausulæ generales demonstrat idem transactionis instrumentum. Nam incipiunt hoc modo, *Quæ omnia partes, & contrahentes prædicta, & finiunt in omnibus, & per omnia secundum formam clausulary de anno* 1582. & in clausulario prædicto in clausulis generalibus non comprehenditur promittens de rato, nec fideiussor, vt in pluribus extensionibus
12 dicto *clausulario fol.* 9. & 10. nisi expressè in initio clausularum exprimatur, & ibi *fol.* 10. facit differentiam dictum clausularium de contrahente ad fideiussorem. Non. n. ergò consuetum, & licitum fuit sic extendere. Et quòd Notarius, qui ex-

ten-

13 tendidit, non posse alterare stipulationem dixerunt *Bald. in rubr. C. de renoc. his, qua in fraud. credit. nu. 6. vers. sed certè imò, & Adden. ad Alex. in dicto cons. 8. lib. 2. in verbo non potest, in vers. sic Notarius*, dicens, quòd Notarius rogatus de fideiussione, non potest apponere renunciationem beneficij de fideiussoribus, extensumq; minus, dicit d. D. Gabrielem obligasse bona ad obseruantiam, vt supposita fuit.

Transactio etiam ex se est nulla, eò quod non disputabatur, nec controuertebatur, an extaret, vel non extaret fideicommissum, vel an esset, vel non esset vocatio, & comprehenderentur in eo transigentes, sed tantum fictæ fuerunt pro parte dictæ D. Smeraldæ prætensiones super creditis, quæ quidem huiusmodi prætensiones non tollunt, neque extinguunt fideicommissum, cum hæreditas
15 semper maneat, & fideicommissum dicatur deducto ære alieno, *l. subsignatum, §. bona, ff. de verb. signif.* & sic diuersa erat prætensio creditorum exigendorum à prætensione fideicommissi.

Cum ergò super fideicommisso non adesset, nec esse posset lis, minusue litis probabilis timor, transactio dici non potuit, *l. 1. C. de transact.* & de his satis fuit
16 dictum, Addendo, quòd de dictis prætensionibus standum non erat assertioni partium in instrumento, sed probari debuisse dixerunt *Dec. cons. 351. nu. 3. & Io. Vinc. de Ann.* quos refert, & sequitur *Pastal. de viribus patr. potest. par. 1. cap. 2. num. 4. versic. Nam de hoc, Mantic. de tacit. & ambig. lib. 26. tit. 1. num. 13.* vbi latè *Natta. cons 543. nu. 40.* concludens cum *Baldo cons. 448. lib. 1.* transa-
17 ctionem factam à patre non nocere filio, dùm pater incautè, & imprudenter transegit, dicens superinde requiri maturam deliberationem, vt in fine, *Cucher. decis. 91. nu. 6.* dicens, & ipse non obstare timorem litis, si non sit instans, & ne-
18 mo est, qui non cognoscat transactionē fuisse procuratā ad fauorem Monialis, & D. Gabriel D. Caroli pater iuris ignarus non considerauit damnū filij, & valorem bonorum hæreditariorum Smeraldæ assignatorum *Angel. in l. cum hi nu. 3. ff. de transact. & in l. 2. C. eod. Mantic. vbi sup. num. 13.*

Nec facit id, quod dicitur, quòd erat dubius exitus fideicommissi, seù substitutionis cui renunciatum fuit in persona m eiusdem D. Paulæ, & filiorum, quia ita
19 cidere potuisset obitus Paulæ sine filijs, sicut potuisset Smeralda sine filjis decedere, neq; (quia extabat D. Carolus tēpore transactionis) potērat dici defecisse conditionem, quòd Paula moreretur sine filijs, prout, & Carolus. Nam primò id non probat *textus in l. nam & si parentibus, in princ. ff. de inoff. test.* prout legi potest, exprimit ibi *l. c.* Votum parentum esse, quòd hæreditas eorum ad filios transeat, non è contra, licet turbato ordine quandoq; sit contra. Illud in verbum *quandoq;* denotat regulam stare in contrarium *Barbos. dict. 257. n. 1.* minusq; id probat *textus in l. Rutius Hortus, S. Cornelio Felici ff. de iure fisci.* Nam excludit petitionem ante diem cōditionis fideicommissi ex hac ratione, quia quis potest prius mori ex illa dictione *interim*. Non ergò ex dicto *textu* excluditur futura petitio in die purificati fideicommissi, nec *textus* ex hoc approbat renūciationem, quādo casus euenerit, imò *glos.* ibi declarat *textum* loqui de hæreditate viuentis, nos autem loquimur de hæreditate mortui, & ita ibi affirmant
20 *Doct. inter quos Alter.* dicens fideicommissarium esse creditorem spei, licet nō possit ante diem agere, nec *Perez. in ord. 28. nu. 8.* aduertatur, nec minus in *cons. 52. nu. 6. lib. 4.* Nam, vt ibi, Actrix agebat de iure succedendi, & de iure quærēdo per mortem trium fratrum, in tantum, vt retorqueatur, cum Paulæ, & filij spes reduceretur ad certitudinem, & ex facto *Decij* explicito in *cons. 616.* constat

non potuisse dici de læsione, cum vltra ea, quæ prætendebantur, Monasterium
21 ex filia habuisset plura. Nec facit decisio in causa Segnina Castrorum, quæ est *decisio 292. par. 6. diuers.* Ibi enim præcesserat declaratio facta ab Excellentiss. Duce nolle acquirere, & repudiatio, vt num. 11 præcesserat cum clausula ex nunc, prout ex tunc vt num. 14. & ibi non erat ius radicatum spe certa nu. 25. & ibi interuenerat recompensatio scutorum vigintiquinque millium, vt in *decis. 320. nu. 40. & 41.* dicitur sibi condonatorum num. 40. & 43. & ibi admittitur spes succedendi, sed tollitur ex præcedenti repudiatione, & ipsemet repudians eo tunc præmebatur magno ære alieno, & timebat personalem executionem *d. decis. 320. nu. 41.* Mota enim fuit *Sacra Rota* ex præcedenti declaratione in instrumento iurato, quod idem D. Dux nolebat acquirere. Iste ergò casus diuersissimus est à nostro, & ibi disputabatur, an in actione requireretur insinuatio, prout requiritur in donatione.

Cum ergò ex prædictis constet de læsione, non erit ambigendum, quin etiam sup-
22 posita validitate transactionis, sit locus rescissioni, etiam supposito incerto, vt dicitur, litis euentu, vt in *l. 2. C. de resc. vendit.* dixerunt *Iacob. de Arena*, quem refert *Alberic. nu. 9. Castr. nu. 13* & de veriori, & communiori *Pinell. de rescind. vend. par. 1. cap. 4. nu 16. & Alex. Trentacinque var resol. lib. 3. instit. de transact. resol. 1. nu 2. & 4.* Nullum enim credo reperiri tam idiotam, qui non cognoscat etiam tempore transactionis interuenisse damnũ, & læsionem d. D. Paulæ, eò magis cum D. Smeralda (vt cum iuramento expressit) erat de proximo Religionem in Monasterio Sanctæ Mariæ de Angelis professura.

Valor deniq; & quantitas rerum, vel causæ, vel iuris competentis, etiam de futuro, sufficit ad transactionem rescindendam etiam si sit modica idem *Pinell. vbi supra nu. 27. qui nu. 23. & 25.* dicens ex his, seù eorum aliquo, doli præsumptionem resultare.

Nec dicatur secundò, quòd non erat spes certa, cum potuerint prædecedere Paula, & Carolus, & ideò spes non considerabilis. Nam certum est, quòd D. Smeralda, vt superius diximus, erat acceptata, & (vt iurauit) de proximo professura, prout professa fuit per paucos dies ex post, & forsan die sequenti; Qua-
23 re non potuit D. Smeralda acquisitionem, quæ euentu proximo debebatur, & sperabatur, deriuare in D. Paulam, & D. Carolum in alium deriuari facere, & nempè in Monasteriũ à testatore verbis rotundis excluſum, vt ex *textu in l. filiæ mea, ff. solut. matr. & in l. filia, ff. de diuort. dixit Ancar. cons. 430. nu 2. & 3.* Talis enim spes erat radicata, & considerabilis ex causa de præterito, etiam si penderet ex euentu, vt probat *text. in l. nec emptio, ff. de contrah. empt. Tusch. lit. I. concl. 629. nu. 4. Rot. cons. 204. nu. 4. lib. 1.* Sustinens similem renunciationem esse donationem, & sic requiri solemnitates, & eadem *Sacra Rota in illa Segnina* concedit spem succedendi esse æstimabilem, & per *doctr. Gabr. dixit cad. Sacra Rota in decis. 320. nu. 24. & in decis. 323. nu. 57. cad. par. 6. diuers.* Nec in casu nostro videtur adaptari posse id, quòd dicitur æstimandã esse hanc spem tanquã iactum retis. Nàm duplex est spes, ordinata scilicet, & causata à præcedenti causa, & talis non considerat ur, vti iactus retis, sed tantùm quando non est ordinata, nec causata à præcedenti causa *Doct. inter quos Bald. in l. ipsum, C. de donat.* exemplificans, vt si vendam tibi quicquid ex ludo continget me vincere, vel iactum retis. Nos autem sumus in spe successionis, quam Paula, & Carolus habebant per mortem Smeraldæ sine filijs, vel per ingressum Monasterij, stante huius à testatore facta exclusione, quam considerabilem etiam fatentur, *Franc. Arec-*

cons.3. propè fin. & Doct. omnes in l. 2. C. de rescind. vend. Inter quos in terminis, *Pantaleo nu.98. 188. & 189. Cagnol. nu. 174. & 175.* dicens æstimandam esse spem prædictam, quantum erit verisimile, *Bart. in l. is potest, ff. de acquir. hæred. nu.11.* dicens, quòd substitutus per fideicommissum habet spem, & potest petere cautionem, & deniq; quòd post mortem fideicommittentis habet talem ius
14 æstimabile, & stat etiam regula, quòd de proximo accingendus habetur pro accincto, vt in puncto de eo, qui de proximo erat ingressuros Monasterium dixit post *Bart.* quem approbat *Ias. in auth. si qua mulier num. 23. C. de Sacrosanct. Eccles.* dicens æquiparari ei, qui in effectu est in Religione, quando etiam (quòd non est admittendum, nec credendum) cum iam esset habitu Monacali induta, ad considerata per *Menoch. cons. 96.* Nihilominus interesse non erat æquale, nam Paula erat in matrimonio, & procreabat filios, & D. Carolum tunc habebat, *Bero. cons. 132. nu.2. lib.2.*

Minusq; operatur *tex. in l. de fideicommisso C. de transact.* vbi videtur permissa tran-
25 sactio super fideicommisso. Nam primo super fideicommisso non aderat lis, vt superius, & super fideicommisso inita dicitur esse, quando duo sunt, vel plures competitores super iure fideicommissi, & vterq; prætendit apertum fideicommissum, veluti, quòd vnus sit proximior testatori alter grauato, vel quia cum patruo concurrere intendat, vel quia dicatur filiorum appellatione nepotes contineri, vel an sit inductum fideicommissum, vel extinctum, & similibus modis, vt aduertit *Peregr. de fideic. art.52. num. 88. in quibus casibus nu. sequ. idem Peregr.* admittit transactionem super fideicõmisso, non autem quando sit transactio de re certa, vel satis clara ad diminuendum fideicommissum, ex quo tunc non interuenit bona fides per *text. in l. 1. §. quod si in lite, & §. & si transegit ff. si quid in fraudem.* Non enim legitur, quod pro creditis in bonis hæreditatis fideicommissum possit per transactionem destrui, cum fideicommissum, & hæreditas dici non possit, nisi deducto ære alieno vt supra *d.l. subsignatum, §. bona ff. de verb. signif.* & sic super fideicommisso non potuit dici facta transactio. Lis namq; super eo timeri non poterat. Quo iusto, & probabili timore cessante, transactio est inualida, & illius vigore nihil debetur *l. 2. & ibi Doct. C. de transact. Cranet. cons. 618. nu. 6.*

Minusq; debet attendi in casu nostro id, quod opponitur ex *Surd. in cons. 451. nu.*
26 *32. vbi Natta in cons. 340.* adducit ad validitatem transactionis ex euentu dubio. Nam loquitur in casu, in quo alter ex transigentibus poterat bona omnia alienare ex facultate ibi à testatore attributa, & multa alia leguntur, quæ in casu nostro nõ interueniunt. Secundò *Surd.* dicit non requiri tantam læsionem, quando pater, vt hic, incautè, & imprudenter transegit, & in casu suo nullam probatur interuenisse læsionem, computato tempore, quo vsufructuaria transigens viuere poterat, & ex alijs deductionibus hæreditas valoris scutorum 4000. remanebant scut. 1250. vt num. 39. & ex causa transactionis fuerunt soluti aurei 1200. & in casu ergo tali *Surd.* consulit, in tantum, vt retorqueatur, nec obsit D. Seraphino, & verissima sit ista opinio.

Tertiò, Non procedit, quando conditio non esset æqualis. Nàm quis lædi potest ex senectute, vel iuuentute, vel, *vt Bald. in d. l. de fideicommisso nu.1.* quòd vnus haberet filios, & alter non; vt affirmant ibi *Doct. & Aret.* in fine, dicens notandum esse. Disponit enim ibi *text.* remitti posse fideicommissum inter fratres ad tollendum votum captandæ mortis, & vt seruetur cõcordia inter fratres. Nàm vnus petebat per aliũ satis dari, vt *Alberic. ibi affirmat.* Non enim approbat inæ-

qua-

qualitatem, quæ in casu hoc interuenit, & est omni iure prohibita.

Ex his igitur, & alijs eruditissimè congestis per Excellentiss. D. Pontum, appa-
ret, an damnosa, & læsiua fuerit ex tunc, & nunc magis, transactio, quæ non
debet operari, vt quis tam enormiter lædatur, siue læsio prouenerit ex dolo
cum Paula transigentis, seu potius tunc agentium pro Smeralda, quæ incon-
tinenti Religionem professa erat, siue propter errorem, vt animaduertit
Cremen. in d. l. 2. C. de rejcind. vendit. nu. 30. post med.

Nec dicatur, quod periti æstimationem bonorum non concluserint. Nam Iudex
28 ex officio, tali casu, potest, & debet determinare æstimationē, inspectis qua-
litatibus rei, & bonorum, & dubio euentu, & alijs inspiciendis, vt post multos
Doct. ibi tenuit Cremens. nu. 111.

Non etiam erit ambigendum, quin filij D. Caroli sint ad fideicommissum voca-
ti, ex iam congestis per d. D. Pontum, eo quod sunt in eodem gradu, prout fi-
29 lij D. Smeraldæ, expressè vocati, ad seruandam æqualitatem, prout etiam ani-
aduertit *Rustic. ad l. cum Auus lib. 6. cap. 12. nu. 65. de condit. & demonst.* & id fir-
mat, etiam si agatur *de praiud. Ecclesiæ cap. 13. in princ.*

Addamus nos esse in dispositione ascendentis, vt post *Cyn.* & alios animaduertit
Fusar. in quæst. 320. num. 54. Hodieq; est in confesso apud omnes Doct. vt ap-
pellatione filiorum contineantur nepotes, vt dixit *Sacra Rota decis. 6. num. 29.*
par. 5. diuers. Et hæc &c. Saluo &c.

CONTROVERSIA LXXXIX.

Pro Excellentiss. D. Honorio Beato.

SVMMARIVM.

*MOlestia hæredi illata contra præ-
ceptum Testatoris, priuat sub-
stitutum molestantem, nu. 1.*

*Semper enim dicitur iniusta, quando
fit contra præceptū Testatoris, n. 2.*

*(Quoquo modo) dicto importat modos
etiam inexcogitabiles, & impro-
prios, nu. 3.*

*Si quis priuetur, vel remoueatur ab
aliqua successione, acquiritur illi,
cuius contemplatione est facta pri-
uatio, nu. 4.*

*Non facta liquidatione deductionum,
& melioramentorum, non potest
exequi sententia, nu. 5.*

*Promissio euictionis facta pro rata ex-
pressa, debet commensurari habito
respectu ad totum, nu. 6.*

*Collusione detecta inter Collitigantes,
iudicium dicitur nullum, nu. 7.*

*Fœminæ de agnatione post masculorum
mortem, dicuntur vocatæ, dum Te-
stator expressit nolle bona egredi è
domo, familia, & nomine suo, nu. 8.*

Adsit Deus, & Virgo.

DE pluribus in hac causa Excellentiss. D. Honorij Beati cum Petro Anto-
nio de Nuce, quærendum est.

Primò,

Primò, An Horatius Leonorius, à quo d. Petrus Antonius habet causam, possit prætendere fideicommissum, de quo in Instrumento donationis factæ per R. D. Leonem Leonorium D. Iacobo eius filio, auctoritate Apostolica dispensato, cum ipse Horatius, & Leonardus eius Pater contra expressam prohibitionem, sub pœna priuationis, ciuiliter, & criminaliter d. Iacobum donatarium molestauerint.

Secundò, an cuitio bonorum secura præiudicet d. D. Beato.

Tertiò, an cuitio debeat commensurari ad ratam promissionis, habito respectu ad pretium totius possessionis cuictæ.

Quartò, an iudicium contra Nob. DD. Zambeccarios, prædente inter eos, & Actorem pactione præiudicet d. D. Beato.

Item, an fœminæ sorores d. Horatij sint vocatæ.

Et ad primum, puto resoluram donationem, & omnes substitutiones factas ex verbis claris donantis, ibi, *in casu præmisso substitutionem de dictis Patruelibus, & eorum liberis ex nunc, prout ex tunc reuocauit, & reuocatam esse intendit*, & id habere voluit locum, si disposita in donatione quoquo modo in totū, vel pro parte refricarentur, nam à priuatione ad habitum naturaliter impossibilis est regressus, ex *Arist. in prædicamentis in c. de oppositis, & in puncto Socin tun. cons. 113. nu. 28. lib. 1. & peregr. de fideicom. art. 35. nu. 5.* nec dd. Horatius, & alij molestantes possunt se excusare, sub prætextu, quod illatæ molestiæ de iure sint permissæ, quia semper molestia, & vexatio dicitur iniusta, quando fit contra præceptum, siue Testatoris, siue donatoris, per quod iniustū efficitur id, quod (eius prohibitione circumscripta) iustum fuisset *Socin. Sen. cons. 113. nu. 36. & plu-*
ribus seqq. Bero. cons. 56. num. 44. lib. 3. Tiraquel. de retract. lignagier. §. 31. Glos. A. nu. 40. Menoch. de recup. possessione. 1. nu. 284. Rimin. iun. cons. 249. nu. 14. & 339. nu. 6. cum seq. lib. 3. Simon. de Pret. de interpret. vlt. vol. lib. 4. interpret. 2. quæst. 19. nu. 89. fol. 417. Gratian. in disceptat. cap. 758. nu. 34. eo magis addito verbo (quo quo modo) vt ibi *Gratian. aduertit. nu. 36. ad fin.* quia importat modos etiam inexcogitabiles, & improprios *Menoch. cons. 344. nu. 19. Barbos. de dictionibus dictorum. 286. nu. 7.* & ipso iure abliq; alia declaratione; & sub pœna caducitatis dicitur incurla *Bal. in l. vnica C. de his, quæ pœnæ nomine relinquuntur nu. 10. cum plur. seq. Magon. decis. Floren. 16. nu. 46.* extendens id procedere etiam in filijs, bona ergo statim Iacobi filij libera remanserunt *Peregr. in tract. de fideicomm. art. 11. nu. 133. & 134. Fusar. de fideicom. substit. quæst. 586. nu. 2.* & non est dubitandum, quod si quis priuetur, vel remouetur ab aliqua successione, acquiritur illi, cuius contemplatione quis remouetur *l. si legauerius C. de legatis. l. post legatum §. amittere ff. de his, quibus vt indign. Bart. & alij in l. Seruo legato §. si Testator ff. de leg. 1. nouiss. Gratian. cap. 942. nu. 20.*

Ad secundum, Excellentiss. D. Beatus promisit, & se obligauit dimittere bona per eū possessa, & quæ prætenduntur obligata hac adiecta pactione, si & quatenus iusta, & valida sequatur cuictio, sed non posse dici secutam, nam tres in hoc requiruntur sententiæ conformes, quæ non leguntur, vt omnes fatentur in rub. & in *l. vnica C. ne liceat in vna, eademq; tertia prouocare*, vltra quod ex prima sententia non conceditur immissio, nisi prius deducta legitima in bonis Iacobi debita, & melioramentis, quæ cum non fuerint liquidata, non potest dici ritè ad executionem deuentum *Surd. post alios cons. 186. nu. 11. Pas. decis. 461. par. 2. Mastrill. decis. 98. Pirouanus post Merlinum in tract. de legitima decis. 111. n. 4.*

Ad tertium, supposita cuictione, cum obligatio Dom. Ascanij Veciæ authoris

D. Beati

D. Beati fuerit pro defensione tantæ ratæ,& partis possessionis importantis in
sui pretio lib.8414. & possessio esset tornat.centũ triginta,& sexaginta octo tor-
6 naturæ tantum fuerint euictæ, dicitur bona tunc per Veciam obligata, & hodie
per D. Beatum tenta esse pro rata tantum dd. lib.8414. vinculata, habito respe-
ctu ad totum pretium, seu ad totam possessionem tornat. centum triginta *Bart. in l.1. ff. de euict. nu.1. & 3. Boer. decis.46. nu.8.* probatur etiam ex textu *in l. ex omni* §. *quoties, & in l. damni* §. *is qui ff. de damn. infect. To Baptista Cota de ratione ratæ præmisso 2. nu.1. & seq. & præmisso 3. nu.11. & in quæst. 124. nu.5. & seq.* Idq; etiam denotat ratio naturalis, & si aliter diceretur, verba illa pro tanta rata, & parte frustratoria dicerentur.

Ad quartum, non potest sustineri iudicium factum inter Petrum Antoniũ de Nuce
7 sub nomine Nobilium de Zambeccarijs, cum ad præiudicium Beati nouissimè
fuerit detecta conuentio, quod tale iudicium nequaquam dd. DD. Zambecca-
rijs obesset, sed tantum eidem D. Beato Veciæ successori, quare prætensæ sen-
tentiæ eorum fauore non debent attendi,sed ex integro iudicium est faciendum
Alberic. in rub. C. de collus. detegenda, & ratio est,quia in iudicio debet esse iustus
contradictor, alias iudicium non sustinetur *l. cum non iusto, & ibi Alberic. & alij
ff. eod. de collus. detegenda, Goffred. in summa eod. tit. num.2. Gigas de pens. Ecclesiast.
quæst.42. num.3. & 4.* dicens cum *Ioanne de Annania* ad probationem collusionis
sufficere præsumptiones, & coniecturas. Certè si D. Beatus talem pactionem
sciuisset in causa eumdem DD. de Zambeccarijs Procuratorem non constituis-
set, sed per alium Procuratorem se defendisset, parum enim dd. DD de Zam-
beccarijs intererat, quod Iacobus Iapellus eorum, & Beati Procurator eos in
d. lite defendisset, & cum ipsi non possent aliquod pati damnum, sat dicitur ad
præiudicium Beati probata collusio, & iudicium fuisse nullum *Scaccia* nouissimè
post alios *de sententia, & re iudicata glos.11. nu.38. & glos.14. q.12. nu.3.*

Ad quintum, dicitur Petrum Antonium hæredem Horatij à fororibus d. Horatij
esse exclusum, & consequenter d. D. Beatum earum Cessionarium ex earum
personis esse absoluendũ, eo quod Leo donans post substitutionẽ de Leonorijs,
adiecit hæc verba, à qua Domo, familia, & nomine nollit bona recedere debe-
re, cũ talis fuerit, & sit illius intentio, quo casu nemo dubitat, quin post omnem
masculorum mortem non veniant fœminæ *l. pronunciatio* §. *familiæ ff. de verb. sign.*
& in terminis *Roland. cons.7. nu.24. & seq. lib.3. Cephal. cons.252. num.3.* eo magis
cum talia verba sint prolata per modum dispositionis *glos. in l. codicillis* §. *instituto
ff. de leg.2. Guid. Papa cons.203. Alex. cons.26. in fine lib.2. Greg. XV. decis.464. nu.1.
& seq.* & quia non legitur Donatorem vocasse liberos masculos patruelium, sed
simpliciter expressit liberos, quorum appellatione fœminæ comprehenduntur
l. liberorum l. cognoscere §. *liberorum l. non erit sine liberis ff. de verb. signif. l. fin. ff. de
pollicitat. Dec. cons.12. nu.16.* dicens magis propriè comprehendi fœminam sub
voce liberorum, quam sub voce filiorum, nam vox filius, vt aliqui dixerunt, non
comprehendit propriè fœmininum sexum, & plures alias allegat rationes, & sub
nomine liberorum comprehendi filiam naturalem, nec posse ad masculos fieri
restrictionem dixit *Adrian. Negusant. resp.300. nu.36. Mantic. de coniect. vlt. volunt.
lib.11. tit.14. nu.11. & 24.*

Nec facit statutum Bonon. fœminarum exclusiuum, quia ad hoc, vt excludat, neces-
8 se est, vt loquatur in dispositione Testatoris, seu vt hic Donatoris *Seraphin. decis.
1216. nu.8.*

PRI-

PRIMA DECISIO
Sacræ Rotæ die 9. Iunij 1632.

In causa pretensi fideicommissi de Leonorijs.

LEo Leonorius de anno 1572. donauit irreuocabiliter inter viuos omnia sua bona præsentia, & futura Iacobo eius filio cum reseruatione vsusfructus durante illius vita, & cum prohibitione alienationis, & hippothecæ, nisi de Commissariorum consensu, cum conditione tamen, quod in euentum in quem d. Iacobus delictum perpetraret, & sine filijs masculis decederet, agnati succederent. Commissarijs vero amplam facultatem dedit alienandi, & vendendi, præsertim domum habitationis donantis, cum alijs domunculis, ad effectum inuestiendi pretium in tot stabilibus ad commodum Iacobi, & illius hæredum, & successorum, vt latius in instrumento donationis continetur.

Mortuo dicto Leone de anno 1573. Iacobus tunc minor, cum facultate Commissariorum vendidit domum magnam cum domunculis, & quoddam prædium pretio lib. 46000. quod fuit inuestitum de anno 1579. in emptione prædij Argilis tornat. 277. pro summa lib. 40000. Postmodum vero Iacobus, & Theodosius de Sacchis de anno 1590. vendiderunt prædium Argilis tornatur. 120. quod in communi possidebant Paulo de Zambeccarijs cum promissione de euictione DD. Adurni Fabæ, & Ascanij Veciæ.

Vita functo Iacobo de anno 1608. sine filijs, & descendentibus, Horatius, & alij de Leonorijs tanquam vocati ad bona fideicommissaria supradicti Leonis iuditium mouerunt coram A. Gener. Bonon. super vendicatione prædij Argilis, vsq; de anno 1590. venditi contra Zambeccarios tertios possessores, & de anno 1610. sententiã fauorabilem reportarunt nempe factum fuisse locum fideicommisso ad fauorem illorum de Leonorijs, ipsosq; fore immittẽdos in possessionem supradicti prædij Argilis, & prædicta sententia in gradu appellationis confirmata in Rota Bonon. quarum vigore emanauit postea sententia executorialis duarum conformium, à qua inter alios appellauit D. Honorius Beatus, qui medio tempore prædium Sancti Ægidij emerat ab Ascanio Vecia fideiussore euictionis. Et dato dubio an constaret de re iudicata DD. affirmatiuè responderunt, quia de iure habent pro se supradictæ sententiæ præsumptionem validitatis, & iustitiæ, *l. Herennius* §. *fcto ff. de euict. cap. in præsentia de renunc. Alex. conf.* 30. *nu.* 7. *vol.* 5.

Et de iustitia satis constat, quia validitas non controuertitur, eo quod Iacobus prædium Argilis subiectum fideicommisso Leonis Patris contra illius prohibitionem alienauit, vnde alienatio remansit nulla, & inualida *Glossin l. cum Pater ff. libert. verbo alienarent, & ibi Castr. & DD. ff. de leg.* 2. *Surd. conf.* 116. *nu.* 18. *l.* 1. Præsertim quia facta fuit contra duplicem prohibitionem legis, videlicet, cum de iure eo ipso, quod sint bona subiecta restitutioni, ex eo solo sunt inalienabilia, *Sec. text. in auth. resq; C. comm. de leg. l. filius fam.* §. *diui ff. de leg.* 1. *l. Marcellus* §. *resq; ff. ad Trebell. Mol. de primog. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 32. Et Hominis expressa, quæ iuncta prohibitione legali regulariter operatur, vt alienatio fieri non possit, etiam in casibus à iure permissis, *Natt. conf.* 481. *nu.* 17. *l.* 3. *Mantic. de tacit. lib.* 22. *tit.* 21. *nu.* 12. *& lib.* 23. *tit.* 26. *nu.* 5. *& 6. Greg. Dec.* 529. *nu.* 13. *&* 14.

Et

Et licet prohibitio alienationis in contractu, non impediat dominij translationem, quin transeat in emptorem, nec reddat alienationem nullam, quamuis aduersus alienãtem detur actio ad interesse, *l. ea lege C. de cõd. ob causam l. si ita quis* §. *ea lege ff. de verb. oblig. DD. in l. filius fam.* §. *diui, vbi Bart. nu.* 14. *Rip. nu.* 85. *Soccin. nu.* 173. *ff. de leg.* 1. *Surd. Dec.* 254. *nu.* 9. *Pereg. de fideic. art.* 51. *nu.* 22. *Fusar. de substitut. q.* 674. *ex nu.* 4. Attamen prædicta Regula limitatur, vt non procedat quoties concurrit, vt in præsenti legis, & Donantis prohibitio, quia tunc alienatio erit nulla, Dominijque translationem impediet, etiamsi in contractu, & non in testamento facta fuerit prohibitio alienationis, *Gloss. magn. ad finem in l. fin. C. de rebus alienis non alienan. Ias. in d. l. filius fam.* §. *diui num.* 23. *vbi Rip. nu.* 89. *ff. de leg.* 1. *Zuarez. allegat. 9. col. fin. tellus. Fernandez. in l.* 27. *Taur. nu.* 2. *quos refert, & sequitur Mol. de primog. lib.* 1. *cap.* 12. *nu.* 32.

Non obstat, quod in prædicta Donatione non legatur specialis Hippotheca, sed generalis dumtaxat, quæ non est sufficiens ad impediendam translationem Dominij, cum non requiratur specialis, *Surd. cons.* 399. *nu.* 4. *Couar. lib.* 2. *var. resol. c.* 15. *nu.* 3. *Peregr. & Fusar. vbi sup. Seraph. Dec.* 477. *n.* 4. Nam contrariam sententiam vti veriorem, & magis communem amplexi fuerunt DD. nempè, quod sufficit generalis, quam tenet *Alex. in l. qui absenti* §. 1. *ff. de acq. poss. & cons.* 59. *nu.* 6. *lib.* 5. *per text. in l. si Creditor,* §. *fin. ff. de distract pign. Corn. cons.* 321. *vol.* 2. *lib.* 4. *Roland. cons.* 62. *n.* 25. *lib.* 2. *Nat. cons.* 474. *nu.* 15. *lib.* 24. *Gratus qui de communi cons.* 95. *nu.* 12. *lib.* 1. *Soccin. qui de magis communi tenet cons.* 118. *nu.* 29. *vol.* 2. *Couar. vbi sup. num.* 13. *Glutin. in repet. l. nemo potest nu.* 43. *Parlador. lib.* 2. *rer. quot. cap. fin.* 4. *p.* §. 5. *nu.* 71. *Ant. Gomez. lib.* 2. *var. cap.* 3. *num.* 9. *Roi. dec.* 2. *in fin. de empt. & vend. in antiq. quos refert, & sequitur Aym. cons.* 381 *num.* 2.

Vlterius considerabant DD. Leonem Donatorem omnia sua bona Hippothecæ generali subiecta reliquisse pro obseruatione ibi, quæ omnia, &c. quæ clausulæ sunt communes tam Donanti, quam Donatario, quo casu generalis Hippotheca non distinguitur à speciali, vt tradit *Claud. Aquensis Glossat. antiquus in d. l. qui absenti* §. 1. *quem sequitur Nat. cons.* 474. *nu.* 14. *Gabr. de pign. concl.* 1. *nu.* 9. *Fusar. q.* 674. *num.* 12. *vers. Et specialis Hippotheca.*

Quare cum Eleonorij petierint, & obtinuerint immissionem in bonis vinculatis, non potest dubitari, quin illis competeret actio realis, & non personalis, stante prohibitione reali de non alien. cum obligatione bonorum ipsius Donantis, qui vt dixi respicit Donantem, & Donatarium ad substinen. pactum in Donatione appositum.

Quo verò ad identitatem prædij Argilis emptum à Iacobo ex pretio bonorum venditorum Donantis, & illorum loco subrogatorum, DD. dixerunt non esse ex hoc capite, nisi melius diuersitas corporum fuerit probata à re iudicata receden.

Et ita, &c.

CONTROVERSIA XC.

In eadem Causa Excellentiss. Beati.

SVMMARIVM.

Concessio facta Commissarijs, & seu Executoribus testamẽtarijs, vt possint bona hereditaria vẽdere dicitur directa, & expressa, nu. 1. *&* 3.

Dicitur

Dictio (nisi) est exceptiua, & est huius naturæ, vt permittat, quod erat negatum, nu. 2.

Promissio facta de relaxando bona petita, casu quo sequatur ista, & valida euictio, non operatur, nisi tres sententiæ diffinitiuæ proferãtur, nu. 4. & 13.

Et debent esse conformes, nu. 5.

Clausula deducta prius legitima, & seu melioramentis operantur, vt ante has deductiones executioni minimè fit locus, nu. 6.

Saluianum secundum Rofredum, Sarmientum, Menoch. & Thesaur. non procedit, nisi aduersus colonum, & inquilinum, nu. 7.

Sed nouissimè per Sacram Rotam decisum est operari contra debitorem ex quauis causa, nu. 8.

Nec Saluianum potest intentari, dum agitur ex Instrumento, in quo adsit constitutum, nu. 9.

Nec dicitur intentatum, dum non adest in libello hæc clausula petens sibi ius, & iustitiam ministrari, nu. 10.

Euictio non habet locum, quoties auocatur sola possessio, siue per hypothecariam, siue per Saluianum, nu. 11.

Collusio quomodo detegatur, nu. 12.

Verba debẽt inseruire intẽtioni, & non intentio verbis, nu. 14.

Quis non præsumitur velle iactare suũ, nu. 15.

Citatio requiritur, dum agitur de alterius præiudicio, nu. 16.

In pœnalibus, & odiosis non fit repetitio, nu. 17.

Prohibitio facta filio ne alienet, non extenditur ad collaterales, nu. 18.

Molina de primogenijs lib. 1. cap. 12. nu. 32. declaratur, nu. 19. & 21.

Prohibitio alienationis in contractu non operatur ibi, & nu. 23.

Nisi ratione maioratuum, eod. nu. 19.

Maximẽ si agatur de donatione contra tertium possessorem, nu. 20.

In Principe non deficit voluntas, & potestas, nu. 22.

Ad hoc, vt prohibitio alienationis in contractu operetur, requiritur specialis bonorum hypotheca, nu. 24.

Lex creditor §. fin. ff. de distract. pignorũ exorbitat à regula, de qua in l. si ita quis §. ea lege ff. de verb. obligat. nu. 25.

Generalis hypotheca in clausulis generalibus censetur apposita ex stilo Notarij, nu. 26.

Substitutus excluditur, dum contra prohibitionem molestat donatarium, nu. 27.

Familiæ appellatione veniunt fœminæ, saltem post masculos, num. 28. 31. 36. & 39.

Maximè dum simpliciter donans vsus est verbo liberorum, nu. 29.

Statutum Bonon. exclusiuum fœminarum non procedit, nisi ab intestato, nu. 30. & 35.

Quando substitutio est coarctata ad vnicum tantum gradum, non dicitur contemplata ratio conseruãdæ agnationis, nu. 32.

Dictio vt supra repetit præcedentia, cũ omnibus suis qualitatibus, n. 33.

Valdè periculosum est à verbis dispositionis discedere ob subtiles interpretationes coniecturales, nu. 34.

Licitum est possidenti ex vna causa, si nouus titulus superueniat mutare sibi causam possessionis, nu. 37. & ei debe-

debetur manutentio, nu. 41.
Si tamen titulus sit validus, nu. 38.

In transactione continetur tacita conditio, quatenus nō adsit error, nu. 40.

Adsit Deus, & Virgo.



Rederem facillimè posse recedi à Decisione in hac causa facta de anno 1632. 9. Iunij coram Reuerendiss. Pampilonense: Nam licet Leo donans prohibuerit alienationem bonorum suorum, Commissarijs suis amplā facultatem dedit alienandi, & vendēdi, ibi. n. subiunxit, nisi bona de eorū cōsensu, eo quod talia verba sunt permissiua alienationis, si sequatur assensus, prout euenit DD. Commissariorum; quare non videtur hodie posse agi ad bona donata aduersus emptores, etsi soli Iacobo in vita
1 donatoris alienatio esset prohibita, & propterea non dicitur concessio tacita à contrario sensu, sed directa, & expressa *Bart. quæ ab omnibus approbatur in l. actione nu. 1. & in nouæ additione C. de transactionib. & ibi Dec.* post plures *nu. 5. & 6.* vbi de magis communi *Socin. iun. cons. 163. nu. 36.* dicens & ipse, quod dictio, *nisi*, cum sit excep-
2 tiua huius est naturæ, vt posita post orationem negatiuā ponat, & permittat illud, quod erat negatum *Bero. cons. 84. nu. 17. & cons. 133. nu. 3. lib. 2.* & de Iudice, qui non admisit appellationem, nisi si & in quantum de iure, vt censeatur eam admisisse, si sit de iure, post *Bald.* tenuit *Surd. cons. 71. num. 6.* qui & ipse hanc sustinet opinionem, & multos allegat *Gratian. in discept. cap. 416. num. 4.* vbi loquitur in puncto de
3 prohibita alienatione, nisi cum consensu executorum *Vulpel. in tract. de propositionum aduerbiorum, & coniunctionum significatione in dictione (nisi) in princ. Seraphin. decis. 343. nu. 3. decis. 96. p. 1. in recent, nu. 1. Cabaler. decis. 77. nu. 1. & 7.* nouissimè *Barbos. dict. 284. nu. 2. & 3.*

Nec faciunt duæ sententiæ, & sententia executorialis super eo, quod euenerit casus fi-
4 deicommissi, nam minimè obsunt D. Beato, qui cum vexaretur super prædio S. Ægidij, promisit illud relaxare, casu quo sequatur iusta, & valida euictio, perinde ac si per tres sententias conformes fuisset condemnatus. Nam primò non videtur secuta euictio, cum liceat bis appellare, & tres sententiæ requirantur, vt omnes fatētur *in rub. & in l. 1. C. ne liceat tertio pronocare*, ille verò duæ non sunt conformes, eo
5 quia secunda Rotæ Bonon. concedit immissionē, cum clausula, deducta prius legiti-
6 ma debita Iacobo in bonis donatis, & etiā melioramentis, quę clausulæ operantur, vt ante has deductiones executioni minimè sit locus, vt ait *Surd. cons. 186. nu. 16. Put. decis. 271. nu. 1. & 3. lib. 2.* secundum antiquam impressionem *Mastril. decis. 98. nu. 3.* Reuerendiss. *Pirouanus* post *Merlin. in tract. de legitima decis. 111. num. 4.* talis enim liquidatio prius erat facienda *Homded. qui duas decis. Sacræ Rotæ* allegat *cons. 72. nu. 6. lib. 1. Odd. de iudicom. q. 38. nu. 121.*

Nec facit in hoc Saluianum, quasi semel appelletur etiam *ex stat. Bonon.* cum remedium sit possessorium; nam licet forsitan posset sustineri Saluianum non procedere, nisi aduersus colonum, & inquilinum, prout loquuntur *textus*, vt in S. *interdictum quod; Saluianum Inst. de interdictis*, & habetur in *toto tit. ff. & C. de precario, & Saluiano*, & licet *text. in l. 1. ff. eod.* videatur permittere hypothecam, loquitur de hypotheca, quæ ortum habuit ex conductione, & idcircò *Sarment. in tract. de reddit. Eccles. p. 2. cap. 2. nu. 20.* dixit nescire, ex quo capite extendatur, cum non competat, nisi locatoribus, & ita vagetur, cum nec legibus, nec etiam auctoritate Doctorum probetur, & ita videtur tenere *Menoch. in tract. de adipis. possess. remed. 3. nu. 20. verb. cæterum*,

dicens

dicens illùd verbum *textus* ibi debitoruè intelligi debere de conductore, qui verè est debitor, licet sit geminatum, & ad id *Accursium* allegat, *& nu. 22.* subiungens *Gordian. Imper. in d. textu* non fuisse locutum, nisi de debitore ex causa conductionis, dicens etiam talem opinionem veriorem esse, & in iuditijs obseruandam, & hæc fuit etiam opinio *Rofredi in tract. de libellis in tit. de interd. Saluiano*, & in talem opinionem inclinauit Senatus Pedemont; vt post plures Doctores attestatus *est Thesaur. decis. 176. nu. 10.* sed quicquid sit de hac opinione, cum multoties à triginta annis, vel circa
8 contrarium reperiatur *decisum* per Sacram Rotam, vt per multas decisiones post *Statil. in tract. de Saluiano interdicto*, sustineri tamen poterit, in casu nostro non procedere,
9 primo in Instrumento donationis adest constitutum, per quod est translata possessio, & Saluianum interdictum est adipiscendæ possessionis, vt per *Salicet. in rub. C. de precario, & salu. interd.* & sic cum remedia sint contraria, non possunt inuicem cumulari propter malignam naturam incompossibilitatis, & contrarietatis §. *ideo autem in. Inst. de interdictis*, & post *Salicet. & alios* tenet *Nicol. Bellonus cons. 34. nu. 8.* dicens absolutè, quod vbi adest constitutum, non potest, aliter habere locum Saluianum, *& nu. 9.* assignat rationem, quia Saluianum auocat possessionem alienam, non suam, & sic post longam disputationem, & plures Doctores tenuit, & approbauit *Statil. de Saluiano interd. in specie. 1. c. 3. num. 19.* dicens & ipse esse remedia contraria habere possessionem, & denuò eam adipisci, & de magis communi attestatur *nu. 20.*

Secundò in libello non est intentatum Saluianum, nec legitur clausula petens sibi ius, &
10 iustitiam ministrati, per quam diceretur intentatum *Cranet. cons. 201. num. 45. & Grat. cons. 119. nu. 5. lib. 1.*

Tertiò, quia D. Beatus non tenetur, nec vigore constituti, nec agi potest contra eum vigore Saluiani, cum bona non fuerint in posse donantis, sed tamquam tertius, ipse Beatus obligauit, quatenus sequatur iusta euictio, quæ euictio non habet locum, quo-
11 ties auocatur sola possessio, siue per hippothecariam, siue per Saluianum interdictum *Bart. in l. ratio nu. 1. ff. de act. empt. & vend. Bald. in l. 1. nu. 11. C. de pericul. & commodo rei vendit.* dicens, & ipse, quod non dicitur res euicta, cum nuda possessio, & non Dominium euincitur per *tex. in l. si eum venditor in princ. ff. de euict.* & admonet emptorem, vt sit cautus, & stipuletur de euictione tam proprietatis, quam possessionis *Soc. sen. in cons. 199. nu 8. lib. 2.* vbi plures DD. & rationes allegat, etiam si agatur hypothecaria, & in puncto Saluiani dixit post alios *Cabalin. in tract. de euict. §. 3. n. 152.* & melius § *quinto nu. 44. vers. decimus quintus casus est*, & facit *Decius in causa Serenis. Ducis Parmæ* Eminentiis. *Blanchet.* post *Statutum lib. 1. impresse 153. num. 5. fol. 544. Maur. in tract. de diuinsortibus in tit. de hæcusque euictionis cap. 18. alias 27. nu. 9. & 10.* & etiam fuit decisum per *Buratum* in Perusina bonorum 17. Aprilis 1617. vt affirmat *Beltramin. ad decis. Gregory Decimi quinti 88. nu. 15.*

Quartò, quia possessio reperitur penes DD. de Zambeccarijs, vt D. Beatus probauit, &
12 cum eis Petrus Antonius collusit, fingens euictionem secutam *Mastard. concl. 322. nu. 8.* & vtitur nomine DD. de Maluitijs, & de Blanchinis authorum suorum, quos promisit non molestare, dummodo eorum nomine in iuditio, posset vti, & interuenientes in hac causa ab ipso Petro Antonio, & non ab eis sunt salariati.

Quintò, d. Beatus se obligauit, & intellexit rem debere euinci per tres sententias confor-
13 mes, dum expressit se velle teneri, ac si tres sententiæ conformes essent latæ, & sic apparet de mente, & intentione *c. intelligentia e vt. de verb. signif.* vbi *glosa* dicit verba
14 debere inseruire intentioni, & non intentio verbis, imò verba impropriè essent, vt seruiant intention *Dom. de Sancto Hieminiano cons. 127. nu. 2. vers. nec obstat.*

Addatur, quod ante obligationem erat lata vna sententia, & secundæ sententiæ prætendi-

ditur executio, in tantum, vt promissio Beati non fuisset de euictione, sed de parendo primæ sententiæ, & incontinenti soluendo, & bona dimittendo, nec præsumitur quê
15 velle iactare suum *vulg. l. cum in debito ff. de probat. Menoch. præsumpt 17. nu. 9. lib. 5.* Sed omnis obligatio est strictè interpretanda *glos. in l. tres fratres ff. de pactis*, & in *l. veteribus ff. eodem, & in c. quia extra de priuil. & in cap. super hac extr. de renuntiat.*

Addatur D. Beatum non fuisse citatum, prout requirebatur, cum non susceperit litem
16 in se, sed tantum se simpliciter obligauerit, quatenus sequeretur euictio iusta, & valida, eadem *Sacra* Rota penes *Coccinum decis. 81. nu. 6. Cabal. decis. 353. nu. 2. in fin.* Citari. n. debebat, dum agitur contra eũ de executione *Rota decis. 584. nu. 2. & 4. in fine, & decis. 759. nu. 1. p. 2. in recent.*

Nec admittitur, sed controuertitur validitas sententiæ, etiam ex cap. notoriæ iniustitiæ ex supradictis, & infrascriptis.

Neq; legitur prohibitio alienationis bonorum Argelis, sed bonorum à Leone tempore donationis possessorum, si & quatenus non interuenisset assensus Commissariorum,
17 qui cum interuenerit non est prohibitio, sed permissio, vt supra dixi, & in pœnalibus, & odiosis non fit repetitio *Rutn. post alios in conj. 127. nu. 4. lib. 2.* dicens, quod qualitas, quæ inest dispositioni principali, non censetur repetita in dispositione pœnali, &
18 accessoria, & prohibitio facta filio non extenditur ad Collaterales vltimo loco *Odd. in tract. de fideicommissis qu. 15. nu. 94.*

Nec dicatur, quod ex eo solo, quod sint subiecta restitutioni sint inalienabilia, ex *Mo-*
19 *lin. de primogen. lib. 1. cap. 12. nu. 32.* & alios allegatos, nam id procedit in prohibitione alienationis in contractu ratione maioratũ, qui casus est diuersissimus, & si aliter diceretur, destrueretur regula differentiæ inter contractus, & vltimas voluntates, quãuis n. in his lex vetet alienationẽ rerũ restitutioni subiectarum, vt ibi per *Molin.* tamen lex id non statuit in contractibus ex *tex. in l. hita quis* §. *ea lege ff. de verb. obligat. vbi Bart. nu. 3. & 7. Imol. in princ. & nu. 8. vers. circa secundum, & vers. secundo casu. & Iason. latè nu. 19. & seq. & in l. filius fam. S. Atui ff. de leg. 1.* vbi *Bart. nu. 14. vers. quarto Ialon. n. 115. & seq. Ripa nu. 84. Opizon. nu. 149. Loazes nu. 84.* & tradunt *Baid. & Salicet. in l. ea lege C. de condit. ob causam*, & rationem differentiæ affirmant ibi in *d. S. Atui DD.* nempè *Ias. nu. 115.* quia solus titulus contractus, & fic sola voluntas contrahentium non sufficit ad translationem Dominij, sed in vltimis voluntatibus ipso iure absq; rei traditione Dominium transfertur *l. si tibi homo* §. *cum seruus ff. de legatis 1. glos. in l. cum pater* §. *libertus ff. de leg. 2.* & in terminis an detur actio subsituto in donatione aduersus tertium possessorem, etiam non obstante constituto, tenuit *Rota Florentina, vt per Ma-*
20 *gon. in decis. 71. p. 1. nu 7.* & in *decis. 102. nu. 16. & 17.* loquens in puncto, & subiungens, nec minus ex donatione dari actionem in subsidium contra tertium possessorem, & facit *Dec. R. D. Rambaldi in Rom. domus 20. Nouembris 1624.*

Nec prohibitio ab Homine legitur facta, vt asserebatur.

Nec minus faciunt *Suarez. allegat. 9. col. fin.* & alij, quos refert, & sequitur *Molin. de pri-*
21 *mogenys lib. 1. c. 12. nu. 32.* Nam *Suarez.* quem magnificat *Molin. allcg. 9.* loquitur in donatione facta à 9. Rege Ioanne, vt videri potest in principio, & sic loquitur de Principe donante, quo casu impeditur translatio Dominij, vt omnes fatentur *Rub. Alexandrinus conf. 149. nu. 9. Menoch. conf. 264. nu. 42. in fine*, & nouissimè affirmauit *Manticain tract. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 30. n. 22. & 25.* vbi plures rationes allegat,
22 & inter alios eam adducit, quia in Principe non deficit voluntas, & potestas, sed in priuatis, licet nõ deficiat voluntas, deficit tamen potestas, & ipse *Suarez* opinionem nostram approbat ibi *nu. 15.* loquens, quando donans prohibuit alienationem, & vltra alienationis prohibitionem fuit inter Donantem, & Donatarium conuentum, quod

bona,

bona, seu villa, de qua ibi agebatur, esset Regiæ Coronæ, & quod nunquam ab ea exire posset, sed deberet semper manere, sub Dominio suo, & pro Regibus successoribus suis, & licet in vltima columna videatur asserere, id ad quod allegatur notandum est, quod supponit Dominium translatum in substitutum, sine alia traditione, non de iure eommuni, sed de iure particulari, ibi, vt *in l. partite*, quæ erat propria illius Regni, de quibus legibus partitis meminit *supertius* propè *num.* 4. & ea, quæ in d. col. sequuntur fundantur in valida subiectione rei concessæ restitutioni fideicommissi, quæ validitas in donatione priuati non admittatur, & videtur *idem Suarez* multos allegasse opinionem nostram approbantes in *l. posit rem iudicatam ff. de re iudicata in declarat. legis Regni in §. quæ las complades nu.* 10.

Nec facit *Surd. cons.* 399. *nu.* 14. nec minus alij allegati, quod nõ requiratur specialis obligatio, quoniam contraria opinio videtur verior, vt specialis requiratur hyppotheca
24 *Bart. in d. §. diui*, & ibi *Iason. Ambroxius, Opizonius, Ferdinandus, Loazes, Alciat. sub nu.* 36. & alij *Salicet. in d. l. ea lege C. de condit. ob causam Iaf. in d. l. si taquis §. ea lege ff. de verb. obligat.* post *Molin. ibi sub n.* 8. vbi, & idem *Alciat. nu.* 5. *Cagnol.* de communi *in l. 2. nu.* 137. *ff. de pact. inter empt. & vend. Didacus lib. 2. var. resol. c.* 15. *verl. vltimo* est ad hæc vbi de crebriori *Negusant. de pign. p. 2. membro 1. nu.* 5. *Gabriel. cons.* 66.
25 *nu* 9. & 10. *lib* 1. *Serafin. decis.* 437. *nu.* 4. *Magon. decis Lucens.* 21. *nu.* 5. qui plures de communi allegat confutando *Socin. & Gratum*, & alios tenentes pro contraria parte, & ita in puncto tenet idem *Alex. in l. si filio familias §. si vir in quinquennium nu.* 4. *ff. sol. matr.* non obstãte textum in *l. conditor §. fin. de distract. pignor.* dicens eamdem opinionem esse veriorem, eo quia textus *in d. l. creditor* exorbitarã regula *d. l. si ita quid §. ea lege ff. de verb. obligat.* & ideò non debere attendi generalem hyppothecam subdens menti esse renendum, & idem tenuit *in l. qui absenti §. si quis ff. de acquir. possess. num.* 6. & ideò sibi magis credendum est in lecturis, quam in consilijs, quicquid in eis dixisse prætendatur *Foler. in praxi censuali in §. Nicolaus hic quintus nu.* 91. *Laderch. cons.* 92. *nu.* 17. & quod requiratur specialis, & sit receptior, & verior opinio fatentur *Christophorus de Castilione inter cons. diuers. vltim. volunt.* 58. *num.* 50. *lib.* 1. *Ant. Gabr. in tit. de pignor. conclus.* 1. *nu.* 3. & in iudicando, & consulendo a tali opinione non esse recedendum dixit *Stluester, Aldobrand. cons.* 106. *nu.* 13. & 14. *Mantica de tacitis, & ambig. lib.* 4. *tit.* 30. *nu.* 12. 14. & 15. & *Peregr. in tract. de fideicommissis art.* 5. *nu.* 77. *Surd. cons* 399. *nu.* 4. vbi alios de magis communi refert *Veg. cons.* 51. *nu.* 34. *vers. nam duabus, Gutterez. post alios in repet. l. nemo potest nu.* 58. *ff. de leg.* 1. *vers. contrariam tamen sententiam*, subiungens hanc esse magis communem, nec minus specialem sufficere ad impediendam translationem dominij dixerunt *Bald. in d. l. ea lege nu.* 5. & *Salicet. nu.* 7. *in decima tertia oppositone.*

Nec facit illa consideratio d. D. Leonem omnia sua bona hyppothecæ generali subiecta reliquisse pro obseruatione contractus ibi, quæ omnia &c. sub obligatione bonorum
26 &c. Nam talis obligatio legitur in clausulas executiuas, & non in corpore scripturæ, quo casu censetur apposita ex stylo Notar. j, & non ex pacto inter partes deliberato, & sic non operari, dixit *Dec. in l. non omnis nu.* 11. *ff. si cert. pet.* & etiam de iuramento oppositio in clausulis dixerunt *Rim. Iun. cons.* 670. *nu.* 60. & 68. *Tiraquel. in præfatione l. si vnquam C. de reuocandis donationibus nu.* 126. 171. & 172. vbi loquitur, & ipse de alijs clausulis *nu.* 173. *Menoch. cons.* 84. *nu.* 45.

Remanent etiam alij articuli discutiendi, per quos actor excluditur.

Primò lis, & impugnatio d. donationis facta per Leonorios substitutos, à quibus acto
27 prætendit habere causam, cum verba in donatione legantur clara *Socin. Iun.* qui loquitur de prohibitione molestiæ cum eadem dictione, quoquo modo, *cons.* 113. *nu.*

28. *lib.* 1. *quem approbat Peregrin. de fideicommissis art.* 35. *nu.* 5. nam dictio (quoquo modo) comprehendit modos etiam excogitabiles, & improprios *Menoch. cons.* 344 *nu.* 19. *Cepol. cons. crimin.* 14. *nu.* 11. & 12. *Decian. cons.* 21. *nu.* 90. *lib.* 1.

Secundò principaliter ante omnia omninò viden. D. Petrum Antonium excludi à dicto D. Beato Cesionario filiarum d. Donatoris Patruelium, cum Donatarias vocauerit, ibi, *A qua domo, familia, & nomine intentio ipsius D. Leonis fuit, & ell, quod ad. bona*
28 *non egrediantur*, & sic venire fœminas *l. pronunciatio* §. *familia ff. de verb. signif.* saltem post masculos *Roland. cons.* 7. *nu.* 24. *& seq. lib.* 3. *Cephal. cons.* 252. *nu.* 12. eò magis cum talia verba sint prolata per viam dispositionis *glos. in l. codicillis* §. *instituto ff de leg.* 2. *Guid. Pap. cons.* 203. *Alex. in cons.* 26. *in fin. lib.* 2. *Greg XV. decis.* 464. *nu.* 1. *& seq.* & videtur cessare omnis dubitatio, ex quo Donator nō vocauit liberos masculos Pa-
29 truelium, sed simpliciter liberos, quorum appellatione etiam fœminæ comprehēduntur *l. liberorum, & l. cognoscere* §. *liberorum l. non erit sine liberis ff. de verb. signif. l. fin. ff. de pollicitat. Dec. cons.* 12. *nu.* 16. *lib.* 1. dicens magis propriè cōprehendi fœminam sub voce liberorum, quam sub voce filiorum, nam vox filius, vt aliqui dixerunt, non comprehendit propriè fœmininum sexum, & alias rationes ibi allegat, imò sub nomine liberorum comprehendi etiam filiam naturalem, adeout non possit dici factam esse restrictionem ad masculos *Adrian. Negusant. resp.* 300. *nu.* 36. *Mantica de conject. vlt. volunt. lib.* 11. *tit.* 14. *nu.* 11. *&* 24.

Nec facit *statutum Bonon.* exclusiuum fœminarum, quia ad hoc, vt excludat, est necesse,
30 vt loquatur in dispositione Testatoris, seu Donatoris *Seraphin. decis.* 1216. *nu.* 8. & sic in successione ab intestato, de qua loquitur, non potest applicari casui nostro.

SECVNDA DECISIO
Reuerendiss. D. Carrilli in eadem Causa.

Veneris 2. Martij 1640.

IN Donatione irreuocabili inter viuos facta per Leonem de Leonorijs Iacobo eius filio naturali legitimato de omnibus suis bonis præsentibus, & futuris cum reseruatione vsus fructus dumtaxat, fuit constitutum perpetuum fideicommissum ad fauorē filiorum, & descendentium masculorum dicti Iacobi Donatarij, illisque deficientibus substituti fuerunt Paulus, & Leonardus de Leonorijs patrueles, & eorum liberi superadditis postea verbis, ibi, *à qua Domo, Familia, & Nomine intentio Donatoris fuit, & ell, quod dicta bona non egrediantur, sed in illa conseruentur; Primò mediantibus dicto Iacobo, & eius descendentibus masculis prædictis, & de quibus supra, deindè dictis substitutis, vt supra*, prout latiùs in Donatione Summario Monialium nu. 1.

Per obitum Donantis, & Donatarij sine filijs fuit factus locus substitutioni dictorum Pauli, & Leonardi; quorum alter scilicet Paulus obijt pariter sine liberis, Leonardus verò tres post se reliquit filios nempè Horatium masculum, & duas fœminas hodie Moniales.

At quia d. Horatius, & ipse quoquè decessit sine filijs, instituto sibi hærede vniuersali Petro Antonio de Nuce extraneo, insurrexerunt contra istum dictæ Moniales vti filiæ dicti Leonardi, prætendentes ad earum fauorem per obitum d. Horatij fratris fuisse
31 purificatum fideicommissum per dictum Leonem ordinatum. Ideoq; dubitaui, an constet de fideicommisso etiam ad eorum fauorem, & affirmatiuè in hac secunda causæ positione fuit responsum.

Nam

Nam præsupposita existentia fideicommissi ad fauorem dictorum Pauli, & Leonardi de Leonorijs purificati vltimo loco in personam dicti Horatij, vt constat ex sententijs de partibus in fauorem eiusdem Horatij prolatis, & in duabus decisionibus huius Tribunalis canonizatis coram R. D. meo Pampilonen. quarum altera extensa fuit sub die 9. Iunij, & altera sub die 3. Decemb. 1632. vt in d. Sum. nu. 2.

Visum fuit Dominis per obitum prædicti Horatij sine filijs fuisse purificatum fideicommissum etiam ad fauorem dictarum fœminarum Sororum dicti Horatij, & filiarum pariter eiusdē Leonardi: quia & si Donator Iacobo Donatario substituerit eius filios, & descendentes masculos, attamen illis deficientibus substituit dictos Paulum, & Leonardum, ac eorum liberos absque aliqua mentione masculinitatis; quo casu fœminæ succedunt, cùm & illæ quoq; veniant appellatione liberorum, vt expresse decidit *in l. cognoscere* 56. §. *liberorum, & l. non est sine liberis* 147. *ff. de verb. signif. l.* 1. *ff. de condit. instit. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib.* 11. *tit.* 14. *nu.* 11. *Peregr. de fideicom. art.* 25. *nu.* 8. *Caphal. cons.* 527. *nu.* 42. *lib.* 4. *Fusar. de substit. q.* 326. *num.* 1. *Surd. decis.* 66. *nu.* 3. *Rot. decis.* 614. *p.* 3. *nu.* 8. *& decis.* 215. *nu.* 1. *p.* 6. *recent.*

Quod procedere dictum fuit etiamsi fideicōmittens in prima substitutione expresse vocauerit filios, & descendentes masculos dicti Iacobi Donatarij; quia postea in subsequenti substitutione vocauit tantùm Paulum, & Leonardum Patrueles, & eorum liberos, quorum appellatione veniunt, & censentur vocatæ etiam fœminæ post extinctam lineam masculorum primo loco vocatorum, vt bene aduertunt *Bero. in cons.* 82. *nu.* 4. *& seq. & cons.* 87. *nu.* 7. *vol.* 2. *Socin. Sen. cons.* 227. *lib.* 2. *& cons.* 51. *nu.* 4. *& 5. lib.* 4. *Curt. Sen. cons.* 64. *nu.* 11. *in fin. & nu.* 12. *Corn. cons.* 203. *per tot. lib.* 4. *quos sequuta fuit Rota apud Reu. D. meum Decanum in decis.* 294. *nu.* 4. 5. 8. *& 9. inter eius impress.*

Nec obstare existimatum fuit, quod fideicommittens respexerit conseruationem agnationis, quam fœminæ conseruare non valent *l. pronunciatio* 195. §. *familia ff. de verb. signif.* & ideò exclusè dicantur *Crauett. cons.* 306. *num.* 5. *Honded. cons.* 75. *nu.* 17. *lib.* 1.

Quia placuit responsio, quòd scilicet obiectum procederet extantibus masculis, vel quādo fœminæ fuissent ab initio excluſæ, cuius contrarium constat in præsenti, stante dicta secunda substitutione facta verbis communibus, vt egregiè defendit *Peregr. in cons.* 58. *per tot. vbi sub nu.* 8. *& seqq. declarat Crauett. Honded.* & alios, qui in contrarium allegari solent, & idem repetit *in cons.* 149. *nu.* 23. 24. *& seqq. & rursus in cons.* 159. *nu.* 14. *vers. tertius casus lib.* 5. *Fusar. de substit. q.* 311. *nu.* 34. *& q.* 352. *nu.* 12. *cum seqq. & sensit Rota apud Buratt. in decis.* 272. *nu.* 15.

Præterea fuit consideratum, quòd fideicommittens habuit rationem conseruandæ agnationis dumtaxat in prima substitutione facta ad fauorem filiorum, & descendentium masculorum dicti Iacobi, & propterea mandauit dotari fœminas ex illo, & illius linea descendentes; in secunda verò substitutione vocauit simpliciter dictos Paulum, & Leonardum, ac eorum liberos nulla facta mentione masculinitatis, nec ad vlteriores substitutiones progressus fuit, ex quo discretiuo modo loquendi sæpiùs repetito deprehenditur D. Fideicommittentem illud sensisse in prima substitutione, & aliud in secunda *argum. l.* 1. §. *sin autem ad deficientes C. de caduc. tollen. Becc. cons.* 11. *nu.* 44.

32 *Soccin. Sen. d. cons.* 227. *& Soccin. Iun. cons.* 3. *num.* 7. *& cons.* 114. *nu.* 19. *vol.* 1. *Surd. cons.* 466. *vol.* 4. *Rot. decis.* 336. *lib.* 2. *nu.* 5. *par.* 2. *recent.* & quod quando substitutio est coarctata ad vnicum tantum gradum, non dicatur contemplata ratio conseruandæ agnationis notat *Gabr. cons.* 97. *nu.* 7. *lib.* 1. *Cephal. cons.* 600. *nu.* 37. *Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib.* 6. *tit. vlt. nu.* 5. *& 6. Rot. coram Greg. XV. decis.* 464. *nu.* 17. *& in recent.*

recent. decis. 151. *nu.* 12. *par.* 5. & contemplatio conseruandæ agnationis in vno casu, & in certis personis non debet extendi ad alios casus, & personas non expressas *Riminald. iun. cons.* 117. *num.* 71. *Molin. de Hispan. primogen. lib.* 1. *cap.* 5. *nu.* 37. *& lib.* 3. *cap.* 5. *nu.* 17. *& seq. Fusar. de subst. q.* 458. *nu.* 15. *Greg. XV. decis.* 433. *num.* 18. *Seraph. decis.* 1023. *nu.* 9. *Rot. decis.* 195. *nu.* 10. 11. *&* 12. *par.* 5. *recent.*

Idq; locum habere dixerunt Domini, etiamsi fideicommittens in dispositione superaddiderit verba illa ibi, *à qua Domo, Familia, & nomine intentio Donatoris fuit, & est, quod dicta bona non egrediantur, sed in illa conseruentur*, quia non inde sequitur, quod fuerit contemplata conseruatio agnationis in perpetuum, sed tantùm in prima substitutione descendentium masculorum dicti Iacobi Donatarij, in qua semper fuit repetita qualitas masculinitatis, prout declarant verba subsequentia, ibi, mediantibus dictis Iacobo, & eius descendentibus masculis prædictis, deinde dictis substitutis, vt supra, cùm relatio fieri debeat ad præcedentia singula singulis congruè referendo iuxtà *glos. in l. si negocium ff. de negoc. gest. Cyriac. controuers.* 262. *nu.* 5. *Surd. cons.* 336. *num.* 20. *vol.* 3. & natura dictionis, vt supra est referre præcedentia cum eisdem qualitatibus *l. talis scriptura* 30. *§. fin. ff. de legat.* 1. *Alex. cons.* 59. *circa finem vol.* 3. *Mari. de claus. par.* 1. *claus.* 201. *num.* 1. *& 2. Barbos. dict.* 441. *num.* 1. quibus stantibus cessat causa conseruandæ agnationis in secunda substitutione, vt declarat in specie *Simon. de Prat. de interpret. vltim. volunt. lib.* 3. *fol. mihi* 156. *nu.* 71. *in* 1. *&* 2. *declarat. solut.* 11.

33

Verba autem illa *à qua Domo, Familia, & nomine &c.* verificantur etiam in fœminis eiusdem familiæ, quæ & ipse quoq; sunt de agnatione licèt ea conseruare non valeant *d. l. pronunciatio §. familiæ ff. de verb. sign. §. item veteres instit. de hæred. quæ ab intest. deferunt. Iaf. cons.* 142. *nu.* 3. *vers.* 6. *facit lib.* 2. *Soccin. Sen. d. cons.* 227. *num.* 5. *vers. sed contra præmissam lib.* 2. & in terminis similium verborum idem censuit *Rota coram Greg. XV. in d. decis.* 464. *nu.* 2. 3. *&* 4. *& facunt notat. per adden. ad eundem decis.* 293 *nu.* 23.

Hinc q; patet non applicari *decis.* 203. *&* 217. *par.* 1. *recent. & coràm Buratt. d. decis.* 272. in quibus fuit responsum pro exclusione fœminarum etiamsi non adesset concursus masculorum, quia illæ, & aliæ in contrarium adductæ loquuntur in disertis terminis, nempè quando Disponens habuit expresè rationem perpetuò conseruandæ agnationis, & nunquàm vocauit fœminas sub verbis communibus, sed potiùs concurrebant verba, ex quibus colligebatur fœminas semper fuisse exclusas ex mente Fidecommittentis, vt patet ex earum lectura, quando autem contrarium deprehenditur ex mente Testatoris Rota admittit vocationem fœminarum, vt dixit apud *Greg. XV. in d. decis.* 433. *nu.* 18. *in fin. & in d. decis.* 151. *num.* 2. *par.* 5 *recent. Decisiones verò Manticæ* 305. *&* 351. in causa Nucerin. fideicommissi loquuntur in casu, quo fœminæ concurrere vòlebant cum Agnato substituto ex descendentibus Testatoris, vt legitur *in prima sub num.* 15. *& in secunda sub num.* 2. *vers. secundò*, quod Pompilius, & ideò eo minùs aduersantur.

Prout nec etiam aduersari visum fuit, quòd Fideicommittens in secunda substitutione mandauerit dictis Paulo, & Leonardo substitutis, vt dotarèt filias fœminas primo loco vocatorum; vnde inferri prætendebatur ad exclusionem filiarum fœminarum eorumdem Pauli, & Leonardi substitutorum ex verisimili mente disponentis; Quia vltrà quod fœminæ primi instituti ex eius linea descendentes hodie non extant, illæ fuerunt exclusæ propter Dotes ad effectum conseruandi agnationem, cuius ratio non fuit habita in secunda substitutione facta ad fauorem DD. Pauli, & Leonardi, ac eorum liberorum, immò ex quo in hac secunda substitutione facta separatim nomine collectiuo, & verbis communibus non fuit repetitū idem onus dotandi fœminas, clarè colligitur, eas fuisse vocatas sub illo verbo liberi, quod magis exprimit fœminarum inclu-

sionem,

fionem, cùm in prima substitutione disponens semper vsus fuerit verbo filijs *Rustic. in l.cum duus 102. lib.6. c.8. nu.12. ff.de condit.& demonstrat. Soc.Sen.& conf. 227. lib.2. Dec.conf.567.nu.3. Peregr. de fideicom. d.art.25.nu.34.vers.& eo magis Fusar. de substit. q.403. nu.13.*

Alias enim sequeretur, quod adhuc superstitibus liberis substitutis dd.Pauli, & Leonardi, quales sunt istæ fœminæ, bona, quæ fideicommittens voluit conseruari in eius familia, transferentur in extraneos, quod de directo repugnaret voluntati Disponentis, cuius propterea verba, dum sunt clara, non est admittenda voluntatis quæstio *l.ille ait 25. ff.de legat.3.* cùm valde periculosum sit à verbis dispositionis discedere ob subtiles interpretationes coniecturales, vt inquit *Bald.quem sequitur Dec. conf. 89.nu.1.in* 34 *fin.* maius quidem signum voluntatis illud est, quod verba denotant *Rota d.decis.151. nu.7.par.5.recent.*

Reliqua, quæ adducebantur pro exclusione harum fœminarum, ex Statuto Bononiæ non fuerunt habita in consideratione, quia illud excludit fœminas ab hæreditate dotantis, & illius ascendentium temporaliter, scilicèt extantibus masculis *Monterent. ad ipsum Statut.tit.de success.ab intest.ascend.& collat.in §.agnatis namque in verb.Sororibus fol.198.* cum cuius Statuti dispositione fideicommittens se voluisse cõformare præsumitur, vt notat *Surd.decis.95.nu.24.* Vndè cum simus in casu deficientiæ lineæ masculinæ, fœ- 35 minæ istæ tàm ex dispositione Statuti, quàm ex vocatione Fideicommittentis succedere debent in bonis fideicommissi, de quo agitur, vt consuluit *Peregr.in conf.42.nu.10. & d.conf.159.nu.14.vers.Tertius casus circa med.& sensit Rota in decis.317.nu.18.par. 3.recent.* & tanquam vltimo loco vocatæ possunt de bonis fideicommissarijs liberè disponere iuxta *l.insolidum 88.§.prætia, & l.cum pater 77.§.liberis in fin.ff. de legat.2.*

Et ita vtraq; parte informante fuit resolutum &c.

TERTIA DECISIO S.R.R. coram R.mo D. Bichio in eadem Causa.

Veneris 22. Iunij 1646.

PRædium nuncupatum S. Ægidij, quod olim Ascanius Vetia hippotecauerat pro indemnitate Adurni Fabæ in euentum molestiarum, quas idem Adurnus pateretur ex causa fideiussionis de euictione alterius prædij nuncupati Argele per Iacobum de Leonorijs venditi Zambeccarijs.

Deuenit ad Petrum Antonium de Nuce vti hæredem Horatij Leonorij mediante transactione inita inter ipsum Petrum Antonium, & Zambeccarios, alioſq; nempe Maluetium, & Blanchinum ex Iuribus dicti Adurni venientes. Dedit autè transactioni Causam lis contra Zambeccarios super Prædio Argelis mota ab Horatio Leonorio, qui illud vendi non potuisse asserebat, cum esset suppositum fideicommisso ad sui fauorem purificato; quapropter Zambeccarij Iudicium mouerunt contra bona Adurni fideiussoris de euictione possessa à Maluetio, & Blanchino, & hi contra bona Ascanij verè promissoris indemnitatis, scilicet contra Prædium Sancti Ægidij tunc possessum ab Honorio Beato.

Vt enim lites huiusmodi extinguerentur Petrus Antonius de Nuce Iura fideicommissi super Prædio Argelis purificati ad fauorem Horatij Leonorij eius Authoris cessit Zambeccarijs, & reportauit Iura, quæ super Prædio Sancti Ægidij competebant Adurno

Fabæ,

Fabæ, siue ex eius persona Maluetio, & Blanchino, & ad hanc transactionem deuenturn fuerit cum supposito, quod Petrus Antonius cedere, ac libere disponere potuerit de Iuribus fideicommissi, eo quod illud expirasset in personam Horatij Leonorij ipsius Authoris.

Erroneum verò fuit hoc suppositum, quia fideicommissum non expirasse in personam Horatij Leonorij, sed per eius mortem purificatum fuisse ad fauorem fœminarum Monialium in Monasterijs S. Michaelis Terræ S. Ioannis in Perficeto, nec non Terræ Car-
36 pi, decidit *Rota in alia Bononien. fideicommissi de Leonoris 2. Martij 1640. coram R. P. D. Carille*, postquam eædem Moniales nondum certioratæ de d. fideicommisso tanquam creditrices d. Petri Antonij de Nuce fuerant ex vtili Saluiano interdicto immissæ in possessionem Prædij Sancti Ægidij.

Hinc Beatus, cui dictæ Moniales possessionem primò captam ex Saluiano, deinde etiam Iura fideicommissi solemniter cesserunt moto iudicio contra hæredes Petri Antonij de Nuce declarauit velle se prædium S. Ægidij, quod prius possidebat vigore Iurium Saluiani interdicti sibi à Monialibus cessorum possidere Iure proprio ex fideicommisso sibi deinde cesso ab eiusdem Monialibus, & proposito hodie dubio, an illi licet mutando Causam possessionis possidere Iure proprio Prædium Sancti Ægidij, eiq; sit dan-
37 da manutentio, Rota affirmatiuè respondit.

Nam licitum est possidenti ex vna Causa, si nouus titulus superueniat ex eo possidere, mutãdo, sibi causam possessionis *Leccrè §. Iulianus sit, & ibi notãt DD. ff. de pracar. l. non solum §. quod vulgo ff. de vsucap. Achill. de Grass. decis. 4. per tot. Ad Caul. poss. & propr. Crescent. decis. 5. nu. 3. ac reil. spol. Mant. decis. 245. nu. 4. Corcin. decis. 130. nu. 6. Add. ad S. Mem. Greg. XV. decis. 546. sub nu 15.* Imo, & cumulare Causas possidendi; ac possidere ex pluribus Causis *l. 3. §. ex pluribus ff. de acquir. poss. Manent. decis. 36. nu. 18. & seqq. Sesse decis. 25. nu. 49. Rota decis. 305. nu. 5. & 6. par. 4. tom. 2. recent.* itaut si plures Causæ possidendi sint inter se compatibiles ex omnibus, si verò incompatibiles ex digniori possessio retenta dicatur *Crescent. decis. 5. nu. 3. de restit. Spoliat. Auden. ad Gregor. XV. decis. 546. nu. 15. Rota in Camerinen. Spoly 15. Iuly 1609. Coram bo. me. Cardinali Sacrato, & in Romana Casalis 21. Iunij 1630. coram Reuerendiss. Vrgellen. inter eius impress. decis. 269. nu. 11. & 12.*

Requiritur quicem ad hunc effectum, quod titulus superuenions sit validus *Menoch. cons. 381. nu. 40. Surd. decis. 51. nu. 14. Rota decis. 205. nu. 2. par. 1. diuers. decis. 97. nu. 6.*
38 *par. 1. recent.* cuius; scientiam possessori habuerit *Pur. decis. 287. nu. 4. lib. 3. in correct. D. Vrgellen. d. decis. 269. nu. 14.* sed vtrumq; concurrit in Casu nostro, quo negari non potest, quin Beatus sciuerit sibi fuisse à Monialibus cessa Iura fideicommissi, cum cessionem ipsemet reportauerit, & hodie produxerit, prout nec dubitari potest de eiusdem cessionis validitate, cum facta sit solemniter, ac roborata confirmatione Apostolica, & Moniales, post quas nemo alius ad fideicommissum vocatus reperitur, vtiq; potuerint Iura fideicommissi cedere *Icum Pater §. Libertus. Iquit solidum §. penult. ff. de leg. 2. Bald. in l. 2. in fin. C. quando dies legat. ced. Tiraq. de retract. lignag. §. 26. glol. 1. nu. 10. Peregr. de fideic. art. 14. sub nu. 49. & art. 52. & num. 2.*

Nec obstat, quod fideicommissum non cadat super Prædio Sancti Ægidij fuerit alias per transactionem translata in Petrum Antonium de Nuce vti hæredem Horatij Leonorij, quia vt dicebatur initio, translatio huiusmodi fuit correspectiua ad cessionem, quam Petrus Antonius fecit Prædij Argelis tanquam ad se spectantis ex hoc ipso fideicommis-
39 so, quod in personã Horatij, eiusq; Authoris extinctum supponebatur, cumq; hoc suppositum fuerit erroneum, quia ad fideicommissum post mortem Horatij vocatæ erant Moniales Auctrices Beati, corruit ea transactio cum omnibus inde sequutis ex defectu

con-

consensus, quem error excludit *l. ex fallis C. de transact. Manent. cons. 140. nu. 26 & cons. 149. nu. 84.* vbi quod nec valet, vt pactum *Surd. cons. 37. sub nu. 11.* vbi quod transactio
40 continet tacitam conditionem, nisi adsit error *Grattan. discept. 788. nu. 2. & 3.* vbi loquitur in termino transactionis factæ per errorem de re tanquam libera, cum esset fideicommisso subiecta *Rota decis. 80. nu. 1. par. 6. recent. & in Bononien. nullitatis concordia 12. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Cerro.*

Adeo quod attendenda solum sit cessio iurium fideicommissi facta Beato à Monialibus vltimis vocatis, quorum vigore cum posset Beatus agere ad Prædium S. Ægidij subrogatum loco Prædij Argelis fideicommisso subiecti, si existeret penes alios, multò magis possidet *l. per retentionem C. de vsur. Bocc. cons. 72. nu. 15. Surd. cons. 4. nu. 5. & decis. 253. nu. 11.* eiq; desuper est danda manutentio, quæ competit etiam ei, qui ex nouo
41 titulo superueniente mutauit, vbi Causam possessionis *Grattan. discept. 954. nu. 1. Caual. d. 284. nu. 2. Rota d. 546. nu. 1. coram Sa. Me. Greg. XV. & in alijs relatis per Modern. Perusin. de manut. obseru. 54. nu. 23.*

Atq; ita decisum informante solum Beato, citatis dd. de Nuce per contra dictas, iuxtà stylum, propter eorum contumaciam.

CONTROVERSIA XCI.

Pro Illustris. DD. de Maluitijs.

Dubia Reuerendis. D. Dominici Odofredi Vicarij Generalis Eminentis. Archiepiscopi.

Dirige me Domine in viam veritatis &c.



IDominus Alexander de Maluetijs delegasset simpliciter Patri Montarsellio, & D. Gregorio Maluetio, electionem legatarij, seu legatariorum Possessionis de Gaiana intrare possent obiectæ difficultates per Dominū meum Albanum, sed dum adiecit conditionem nominationis fiendæ secundum suam intentionem, de qua dixit illos fuisse plenè informatos, hoc pacto reputatur validum huiusmodi legatum, quia non est commissum libero arbitrio ipsorum, sed secundum arbitrium ipsius testatoris iam declaratum, qui eo pacto nominauit succedere debentes in legato, & solummodo prædictis commisit accidentalia ipsius legati, scilicet conditiones seruandas circa ipsum legatum, vt per *tex. in l. Theopompus ff. de dote præleg.* docent *Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 4. tit. 3. nu. 13. Peregr. de fideic. art. 33. & 58. Bart. de successionib. lib. 2. tit. de capt. at. instit. sub nu. 1. vers. duæ sunt limitationes Fusar. de substit. q. 503. nu. 56.* & alij ab eis allegati affirmantes standum esse iuramento asserentium voluntatē testatoris ita sibi fuisse apertam.

Quæ conclusio tantò magis à DD. recipitur, quando legatum manifestatur in fauorem piæ causæ secundum receptiorem opinionem apud *Vasq. de success. lib. 2. §. 17. num. 80. Gross. in §. legatum q. 46. nu. 11. Conar. in c. cum tibi nu. 12. de testam. Clar. in §. testam. q. 6. vers. 4. infertur*, vbi in vers. seq. satis probari ait legatum, seu institutionem esse ad piam causam, ex quo distributio bonorum alteri est commissa, qui omnes testantur de communi, de quo etiam *Tiraquel. de priuil. piæ causæ priuileg. 64.*

Et

Et quod obijcitur inualidam fuisse nominationem vniuersitatis, ex quo non contineatur sub nomine personæ, vltra quod non legitur restricta nominatio facienda ad personam, seu personas; Ex hoc eodem capite fauoris piæ causæ resultat comprehensio vniuersitatis sub nomine personæ, cum sit fauorabilis *l. sunt personæ ff. de relig. & sumpt. fun.* & in fauorabilibus appellatione personarum venit Collegium, & vniuersitas, vt plenè docet *l. 1 ff. in l. si quis maior nu. 7. & leqq. de transf. Cessan. cons. 1. præsupposito 5. nu. 39. Felin. in c. cum te sub nu. 15. ad medium de rescript. Ferret. cons. 71. num. 2. lib. 2. Conzal. sub reg. 8. Cancell. glos. 38. nu. 36.* vbi de pia causa mentionem facit.

Et quod validè sint omnes testamentariæ dispositiones fidei alicuius tertij secreto cõmendatæ non solum legata, sed etiam institutiones vniuersales, quæ fiduciariæ nuncupantur, notissimum est, quotidieq; practicantur tamquam validissimæ, vt constat præsertim ex *decis. 365 per totam par. 2. recent.* cum ibi allegatis.

Nec dici potest, quòd Pater Ferdinandus, & D. Gregorius non iurauerint, cum in Instrumento cessionis expressè legatur eorum iuramentum non solum promissorium, verum etiam assertorium super veritate commissionis habitæ à testatore ad fauorem nominatorum, ibi, *prædicta; omnia, & singula vera fuisse, & esse &c.*

Quæ dicta sint per modum tantummodo dubitandi, vt veritati magis via aperiatur ijs respondendo &c.

SVMMARIVM.

Legatum non potest conferri in apertam alterius voluntatem, nu. 1.

Bonorum semel ab Ecclesia facta legitima apprehensio nulla potest esse spes caducitatis, nu. 2.

Vniuersitas nunquam moritur, nec desinit esse, nu. 3.

Si testator non expressit piam causam, Executores Testamentarij nequaquã possunt causam prophanam in piam conuertere, nu. 4. 8. & 11.

Eleemosina de alieno non est facienda, nu. 5.

Fides Executorum testamentariorum est diligenter examinanda, nu. 6.

Nec datur declarationi eorum, etiã cum Iuramento, quando non sunt personæ fideles, & honestæ, nu. 7.

Textus in c. cum tibi extra de Testamentis, declaratur, nu. 9.

Item & Innocentius ibi nu. 10. & 12.

Causa pia debet esse expressa, nu. 12.

Personæ appellatione regulariter non venit vniuersitas, nu. 13.

Verba Testatoris sunt intelligenda secundum propriam verborum significationem, nu. 14.

Iuramentum in clausulis generalibus, & executiuis præsumitur appositum ex stilo Notarij, nu. 15.

Nec trahitur ad ea, quæ exprimi, & specificari debent, nu. 16.

Executores Testamentarij, quibus commissa est declaratio voluntatis Testatoris, debent declarare citatis hæredibus, & possessoribus, nu. 17.

Adsit Deus, & Virgo.

IN hac causa inter Illustris. DD. Aurelium, & Carolum de Maluitijs ex vna, & Illustris. Assumptos Parochiæ S. Cæciliæ, omissis disputationibus, & motiuis doctissimè

per

per Reuerendiſs. D meum excitatis in puncto illo primo , an potuerit per ol. Illuſtriſs D. Alexandrum Maluitium committi in ſecretis Monterſelio , & Nobili D. Gregorio Maluitio declaratio,& nominatio legatarij, ſeu legatariorũ poſſeſſionis de Gaiana, cũ ſatis ſuper illo per in Iure conſumatiſſimum, & Sapientiſſimũ D. meũ Albanum fuerit
1 ſcriptum, cuius dicta videntur approbari à *Couar.in c.cum tibi de Teſtam.nu.7. verſ.ex quibus*, vbi dixit receptiſſimam eſſe omnium ſententiam, legatum non poſſe conferri in apertam alterius cuiuſq; voluntatem , ſum firmæ opinionis declarationem ab eis factam fauore Parochiarum S. Cæciliæ , & S. Sigiſmundi fuiſſe de directo contrariamenti, & diſpoſitioni Teſtatoris, imò vitioſam, & ipſo iure nullam. Primò enim conſidero voluntatem Teſtatoris nullo modo poſſe adaptari ſimili declarationi , cum ex Teſtamento non poſſit deſumi, quod dd. Parochiæ ad legatum eſſent admittẽdæ,quod vt conſideratum fuit , potuiſſet exprimi per Teſtatorem , nec erubuiſſet , quo caſu non fuiſſet neceſſaria talis declaratio. Secundò, nullum verbum reperitur, quod tendat ad ſimilem poſſibilem declarationem , imò contrarium clarè apparet , duni voluit in caſu cadentiæ , & finis ſuccedere debere Illuſtriſs. DD. Aurelium , & Carolum de eiſdem Maluitijs ab eo vniuerſaliter hæredes inſtitutos , quod vnquam euenire poſſet , ſi talis
2 ſuſtineretur declaratio , ex quo capta ſemel per Eccleſiam poſſeſſione , nulla poteſt
3 ſubeſſe ſpes caducitatis *Clar.in §.emphiteuſis q. 33.* & quod vniuerſitas vnquam moriatur, nec deſinat eſſe, probat *glo.in c.denique 7 q.1. Dominicus de S.Heminiano conſ.65. nu.10.verſ.non obſtat. Fed.ric.de Senis conſ 295.in fin.Grattan.in diſcept.c.131.num.23.*
4 & alias dixi in controuerſia 76. & cum Teſtator non expreſſerit cauſam piam per prætenſos executores teſtamentarios , ſeu potius Miniſtros , aut Commiſſarios in piam non potuit conuerti cauſam,vt conſiderat in puncto *Pariſ.conſ.38.nu.22. & 23.lib.3.* vbi aduertit verba non poſſe trahi ad diſpoſitionem piam , ſed prophanam , vt in caſu noſtro fit reincidentia, & finis in dd.DD. Aurelium , & Carolum , & poſt *Rutcium Thomas de ſpecialibus, vel priuilegijs pia cauſæ tit.2.cap.58.nu.114.* non ideò conſiderari poteſt fauor piæ cauſæ,quando repugnat mens Teſtatoris *Ang.conſ.328.nu.5.* loquens contra executores Teſtamentarios, & dicens Inſurgere iniquitatem, ſi contra , vel præter Teſtatoris propoſitum auſu temerario vellint bona Teſtatoris in pium vſum con-
5 uertere, quoniam nec eleemoſina de alieno eſt permiſſum facere , & poſt *Mantuam* , & alios dixit *Gratian.in diſcept.c.662.nu.14.& 15.*

Secundo conſidero, quod de tempore Teſtamenti reperiebatur deciſio fauore D. Gregorij prætendentis vnam poſſeſſionem ab Illuſtriſs. D. Protheſilao Maluitio, & dd. DD. Aurelio, & Carolo ſuis filijs, prout probant Deciſiones *Cabalery* 465. *&* 564. & melius penes *Virilium deciſ.* 164. *p.5. diuerſorum* , & cum poſt mortem d. D. Alexandri fuerint tales deciſiones reuocatæ d.D.Gregorius cœpit odium habere erga dd.DD.Aurelium , & Carolum , & ex hoc motus fuit ad ſecum in Domo Inducen. Monterſelium , vt talem contra intentionem D. Teſtatoris ambo facerent declarationem , vltra quod eorum fides etiam ex alijs videtur reprobanda ex productis nouiſſimè in proceſſu, & notiſſimum eſt Reuerendiſs.D.meo & vt oretenus dicetur , & cum proceſſu probabitur , & Monterſelium fuiſſe ex à ſe commiſsis ad Triremes deſtinatum à Reueren-
6 diſs. D. meo tunc Iudice , fides ergo eorum diligenter eſt examinanda , prout probat *tex.in l.3.* & ibi affirmant *Doctores ff.de teſtib. Maſcard.in concl.1127.nu.6.* & in terminis ne ſtandum ſit declarationi factæ ab executore Teſtamentario etiam cum Iuramento, ſi non ſit perſona fidelis, & honeſta probat *Bald. in l.captatorias C. de Teſt.militis nu.8. per tex.in l.ſi quis in conſcribẽdo C.de Epiſc.& Cler.& ibi not.per Cynum.* Ita etiam *Bened. Capra in tract.de executoribus vltimarum volunt.membro 6.nu.136.* vbi plures allegat facit etiam *Cabal.deciſ.377.nu.4.* & ex capite ſuperuenientis inimicitiæ, vt ipſo iure dicatur talis executor Teſtamentarius remotus,affirmauit ipſe *Capra membro 7. nu.37.* &

fat est, quod aliqua infamiæ macula fuerint dd. Executores notati *c. inter dilectos extra de excess. iud. prælatorum l. neq; C. de dignit. lib.* 10. & ibi *Andreas de Barulo, & cæteri*, & affirmat idem *Capra in d. suo tract. de Executorib. vltimarum voluntatum, membro secundo nu.* 24. Addatur quod detegitur malitia eum dd. Executores ad talem facien. declarationem steterint per decem, & octo menses licet incontinenti post Testatoris mortem facere debebant, ne ij, qui debebant possessionem consequi damnum paterentur, talis .n. declaratio dicitur pars Testamenti, quod ex verbis *Diui Pauli* in morte confirmatur, & in puncto, quod per negligentiam executoris Testamentarij committatur peccatum, & dicatur esse in dolo, post plures *Nauar. in compendio omnium operum in verbo negligentia nu.* 3. ex quo remedia accidentalia liberãt animam defuncti à Purgatorio.

Et idcircò videtur tolli id, quod dicitur legatum fuisse manifestatum in piam causam, quia nedum supra annotata id tollunt, verum Doctores allegati non videntur posse trahi ad casum nostrum *Couar. autem in c. cum tibi de Testam. nu.* 12. *qui plures allegat*, prout omnes alij loquuntur, quando clarè, & apertè constat de mente Testatoris, quod causam piam voluerit instituere, seu ei legare, & in alterius voluntatem conferri disposuerit, ita etiam *Graf. in §. legatum q.* 46. *num.* 11. qui *Couar.* & alios memorat, & ita etiam *Clarus in §. Testamentum q.* 6. *nu.* 5. *vers. quarto infertur.* Nec dicatur, quod in vers. sequenti nu. 6. *Clar.* dixerit, quod licet expresse non appareat Testatorem voluisse testari ad pias causas, sufficiat, quod commiserit dispositioni Titij sua bona, nam primo ipse pro d. opinione adducit *tex. in d. c. cum tibi de test.* qui *textus* nullo modo id probat, verba enim *Textus* sunt hæc, *cum tibi de benignitate, & infra in 2. q. dicimus, quod qui extremam voluntatem committit non videtur decedere intestatus*, nec minus in *glos.* aliquod verbũ, quod id significet, ibi enim Sũmus Pontifex sciens de Iure Ciuili improbatam vltimam voluntatem, quæ in arbitrium tertij committitur, sic in *textu* declaravit, quando nempè quis committit omnia bona sua alterius dispositioni, nam videtur cum hæredem instituere, vt in pias causas conuertat, ne intestatus videatur decessisse, sic omnes in *d. c. cum tibi*, inter quos idem *Couar. nu.* 10. *Ancar. nu.* 1. dicens *textum* procedere, quando quis ponit animam suam in voluntatem alterius, nam videtur iubere omnia dari pro anima, subiungens *nu.* 2. *ex.* loqui in voluntate distributoria, non in institutoria, & dispositiua, & in casu *d. c. cum tibi* apparet non esse conditum Testamentum, sed de benignitate Canonica concedi id, quod ibi est dispositum. vt post *glos.* affirmat ibid. *Ancar.* Nec operari dixit id, quod *Innoc.* quem refert *Abb. in d. c. cum tibi nu.* 4. nempè, vt proferens verba generalia, de quibus in tex. videatur velle decedere testatus ad pias causas, primo enim dicitur D. Alexandrum Testatum esse, & cessare disputationem, de qua in *textu*, nec *Innocentium* fuisse locutum, nisi quando expresse Testator iubet omnia eius bona poni in causas pias, vt ibi *Ancar.* adnotat *& Socin. senior in l. Vtrum §. cum quidam nu.* 4. *de reb. dubijs*, nec *tex.* loqui de laico, sed de Clerico affirmat *Ia. de Ann. in d. c. cum tibi nu.* 1. *&* 5. & sic conciliat Ius Canonicum cum Ciuili, & si dicatur *Innoc.* dixisse, in quadam additione per *Abb.* relata, sed per me non visa in libro meo, quod quando quis dicit bona sua esse distribuenda, & non exprimit, cui, vel quibus, quod debeat intelligi de pauperibus, id minimè potest casui nostro applicari, nam satis ex verbis Testatoris id apparet expressum DD. Executoribus, seu legatarijs quid facere vellet de possessione, & sic non sumus in verbis generalibus, sed specificis, Et si ipsi Executores de directo fecerunt contra mentem ipsius Testatoris, vt intra dicetur, nec minus operatur auctoritas *Cornei cons.* 156. *lib.* 2. nam dixit disposita in *d. c. cum tibi* habere plures, & diuersas intelligentias per eum annotatas in *d. l. captatorias de Test. militis*; & ideo *Corn. cons.* 302. *lib.* 4. ab ipsomet *Clar.* allegatus post Innocentij factam

11 mentionem in *d. c. cum tibi in fortioribus terminis* sustinuit, quod nec verba in fine Testamenti prolata per Testatricem, de qua per eum, scilicet *si quæ bona sua fuerint recommissit*

misit animam suam d. Test. eisdem Hæredibus in eleemosinis, & alijs eorum arbitrio dispo-nendis non operari legatum pium *nu.* 4. *vers. tamen his non obstantibus & nu.* 8. & re-spondet ad ea, quæ dicta sunt per Doctores in *d. cum tibi*, dicens ibi fuisse commissam dispositionem bonorum generaliter, nec potuisse interpretari respectu quantitatis, seu qualitatis, vt in casu nostro, & sic *Corneus* retorquetur contra allegantes.

Nec minus obest *Tiraquel. de priuil. pia causæ priuil.* 64. nam primo supponit constare de institutione in piam causam dicens non operari si sit captatoria allegans *d. c. cum tibi*, & alios plures *textus*, *& Doctores* more suo, in contraria refidet opinione ibi *in*
12 *vers. contrarium* tenet, & in fine se remittit ad *Imolam in l. alla institutio ff. de hæred. Insti. qui nu.* 13. *in verbo limitat*, requirit, quod causa pia sit expressa, & pariter dicit videri esse *Bertachin. in tract. de Episcopo 4. p. 4. libro qui nu.* 91. primo declarat *Innoc. in d. c. cum tibi*, vt loquatur de distributiua voluntate, & non de dispositiua, & sic non posse executorem Testamentarium facere hæredem, & idcirco nihil operari allegatos in motiuis creditur ex prædictis satis probatum esse, ex quibus etiam videtur tolli id, quod dicitur, scilicet appellatione personæ venire Vniuersitatem fauore piæ causæ, licet id non probetur ex *l. sunt personæ ff. de religios. & sumpt. funerum*, & licet *Flor. de S. Petro ibi nu.* 6. & alij ex eo *textu* desumant semper fauen. esse piæ causæ, exprimunt tamen si expresse de causa pia constet, & si videatur *Ias. in l. si quis maior C. de transact. nu.* 7. *& seq.* loquitur semper, quando interuenit iuramentum specificum *Felin. verò in c. eam te nu.* 15. *extra de rescript.* videtur potius tenere contrarium, & in fine ante vers. *scriptum fuerat*, cum *Baldo*, *& Alex.* decidit appellatione personæ non venire vniuersitatem ex
13 sex rationibus per *Felin. ibi alleg. & Gonzalez. super* 8. *reg. Cancel. de mensibus, & alterna-siua glos.* 37. id limitat, quando materia non exorbitat à lure communi, & quando materia subiecta sit apta, & proportionabilis ad comprehenden. vniuersitatem, & potius contrarium determinat *num. seq.* Et videtur etiam determinari per *Cassaneum cons.* 1. *præsupposito quinto nu.* 39. nam cum *Romano* tenet, quod si statutum faciat mentionem de concordia faciēda inter quascumq; personas, non venire vniuersitatē, licet statutum sit fauorabile. Considero etiā, quod vniuersitas non potest venire nomine personæ, nisi fictè, cū verè non sit persona, prout post plures *textus Bald. & alios tenuit Mantica de tacitis, & ambiguis lib. 7. tit. 14. nu. 4.* sed verba Testatoris non fictè, sed secundū propriam
14 significationem sunt intelligenda *l. non aliter ff. de leg* 3. *Cravet. cons.* 149. *nu.* 7. ergo &c.

Nec per me lecta diligenter *decis.* 365. *p. 2. in recent.* potui comprehēdere, quod supra scripto obsit, nā loquitur in casu, in quo clarè apparebat de dispositione fauore piæ causæ.

Nec facit quod dicatur in clausulis extare iuramentum, nam requirebatur specificum, &
15 quod iurassent sic fuisse, & esse mentem Testatoris, vt fundamentaliter scripsit idem D. Albanus, imò, & specificum de per se non operari in tali declaratione absq; cōcursu coniecturarum, vel præsumptionum, in puncto dixit *Corneus in l. captatorias C. de Test. militis nu.* 28. *ad finem*, hic autem nedum non extant aliquæ coniecturæ pro valida, & iusta mentis declaratione, sed potius non dicam præsumptiones, sed & probationes in contrarium, quo casu non debere stari iuramento eorū, affirmat *Vrsil. ad Asflict. decis.* 371. *n.* 4. & id elucescit ex geminata vocatione dd. DD. Aurelij, & Caroli, & talis declaratio voluntatis d. D. Alexandri Testatoris debuisset esse rationabilis, vt affirmat *Rot. decis.*
16 365. *nu.* 5. *p.* 5. *diuer.* Imò iuramentum generaliter præstitum non trahitur ad ea, quæ specificari, & exprimi debent. Ita post plures nouissimè *Gratian. in disceps. c.* 852. *num.* 4. 5. *& 6.* Addatur clausulas generales censeri appositas ex stilo notarij, non autem de voluntate dd. executorum, eo magis, cum nihil promiserint, nulla poterat apponi pœna, nihil obligauerint, alicui beneficio non renunciauerint, nec promittere, nec obligare, nec renunciare tenebantur, prout nec iurare, & idcirco Doctores faciunt diffe-

rentiam, an Iuramentum sit in corpore Instrumenti, an in clausulis generalibus executiuis, quo casu dixerunt non censeri appositum ex deliberata mente contrahentium *Rimin. Iun. cons. 670. nu. 60. & 68. lib. 6. Tiraquel. in præfat. l. si vnquam C. de reuocan. donat. nu. 171. & 173. Menoch. cons. 84. nu. 45. Curt. Iun. cons. 56. nu. 3. lib. 1.*

Et alias dixi in lib. primo mearũ *Controu. Iuris contr. 1. nu. 41. & 55 & ibi in Addit. Monac.* qui fuit vir Doctiss. *nu. 92.* & quod notarius cẽsetur apponere Iuramentum potius de consuetudine, quam de voluntate contrahentium post *Barbat. & Gozad. dixit Seraphin. de priuil. iuramenti priuil. 22. nu. 107.* non ergo tales clausulæ potuerunt alterare naturam d. declarationis inualidæ *Burat. decis. 89. nu. 11. decis. 266. nu. 18. p. 5. diuers.* & nedum dd. Executores non iurasse, sed nec ausos esse simplici verbo exprimere talem fuisse Testatoris voluntatem demonstrat idem D. Albanus *in 1. respons.* §. & vltra.

Nec debet omitti, quod talis declaratio etiam ex alio capite est nulla, cum DD. Aurelius, & Carolus nedum hæredes vniuersales, sed & possessionis legatę possessores debuissent tempore declarationis prædictæ moneri, seu citari, vt in puncto declarationis commissæ per Testatorem dixit *Ancar. omnino viden. cons. 373. in princ.* eo quia talis declaratio potest esse (prout hæc) non regulata, & alio modo facta, ab eo declaratur nulla, & ab ea dari recursum ad arbitrium boni viri dixit *Afflict. decis. 371. num. 8.* & si legatur rectè talis declaratio continet impossibile, eo quod quolibet anno deberet in vim illius solui id, quod ex redditibus d. possessionis exigi non potest.

Et ideò res remanet clara additis considerationibus d. D. Albani in vltima scriptura, vbi clarè constat in multis dd. DD. Executores in declaratione defecisse, intantum vt dd. Illustriss. DD. Maluetij in possessione d. possessionis legatæ non sint vexandi, & molestandi.

Et hæc saluo &c.

Sic etiam fuit decisum per d. Reuerendiss. Vicarium, absoluendo dd. Illustriss. de Maluetijs.

CONTROVERSIA XCII

Pro D. Ioanne de Ruprè Gallo.

SVMMARIVM.

IVdex non constito de delicto potest procedere, nu. 1.

Et procedit etiam in delicto furti, nu. 2.

Etiam si Iudex procedat ex officio, nu. 3.

De Delicto extra Territorium suum Iudex non potest cognoscere, nu. 4.

Ex assidua contrectatione noua non nascitur actio furti, nu. 5.

Denunciationi factæ per Birruarios non attenditur, nu. 6.

Dicto vnius non est standum, nu. 7.

Testibus contrarijs non creditur, nu. 8.

Quis non debet torqueri pro suspecto, nu. 9.

Animus sine effectu non punitur, n. 10.

Ad hoc, vt conatus puniatur necesse est, quod fuerit deuentum ad actum proximum maleficio, nu. 9.

Ad-

Adsit Deus, & Virgo.



EX pluribus dico D. Ioannem repertum cum ducentum duplis aureis, & alijs pecunijs esse excarcerandum.

Primò enim non constat de delicto aliquo, adeout minimè Iudex procedere possit *Marsil.in prax.in §.principium nu.5.& seq.per Text.in l.1.§.*
1 *illud autem ff.ad Silleni.num.& in cons.8.nu.1.cons.12.nu.34.cons.14. nu.13.* & in alijs multis consilijs, & vltimo loco *Farinac.de Inquisit.q.*
2 *2.nu.1.* qui concludit, quod nec ad examinandũ reum Iudex potest deuenire. Et hoc in dubium à nemine controuertitur, procedit; etiam in delicto furti *Boerius decis.164. nu.8. Bertrandus cons.257.vers.& quamuis vol.3.in antiquis, & idem cons.124.col.1. vers.& primo quidem vol.2.Paris.cons.153.col.2.vers.antequam vol.4. Bertazzol.cons.*
3 *40.nu.17.Farinac.d.q.2.de Inquisit.nu.14.Mascard.* infinitos cumulat *concl.829.nu.1.* idque procedit etiam Iudice procedente ex officio per viam inquisitionis, quia intelligitur succedere in locum accusatoris, & ideò idem tunc seruandum est, quod existente accusatore, seruari deberet per ea, quæ notat *Bart.in l.2.§.si publico nu.13.vers.tertio quæro n.14.vers.quæritur, vtrum contra Iudicem inquirentem, & n.16.vers.vlterius quæro ff.ad legem Iuliam de adulteris*, quem sequitur *Alex.cons.64.nu.3.vol.1.* & in terminis, quod quando procedit ex officio per Inquisitionem curia non probante delictum, absoluendus sit inquisitus, dixit modernus *Cabal.in tractatu variar.resolut.crim.resolut.* 200.*nu.*111.& 112.

Secundò, de delicto commisso extra territorium non potest inquiri, quatenus constitisset de aliquo delicto per regulam, de qua *in lege fin.ff.de iurisdictione omnium iudicum*, vbi traditur, quod iurisdictio Iudicis non extenditur ad delicta commissa extra territorium in terminis terminantibus in Ciuitate Bonon. consuluit idem *Marsil.cons.14.nu.*
4 *9.& in cons.67.n.63.Et licet Bart.* fuerit contrariæ opinionis, quãdo reperitur fur cum re furata *in l.si Dominium ff.de furtis*, attamen contra cũ est communis opinio, vt consuluit *Collegium Bonon.& Collegium Patauinum*, prout refert *Bertazolus cons.40.nu.3.lib.*
1.*Aug.de Arimin.ad Ang.* quem refert, & sequitur *Bos.in prax.in tit.de furtis nu.18.* qui dicit sic seruari fecisse in Senatu Mediolanensi, & ante eos tenuerunt contra *Bart. Io. de Lignano Bart.de Salyc.Sanctes de Dansijs And.de Presbyt.Franc.de Rampon.Balth. de Calder.Ang & Bald.de Perusio*, quos refert, & sequitur *Cepola cons.crim.58.nu.26.*& mo-
5 ti fuerunt, vt idem ait istis rationibus, quia ex assidua contractatione noua non nascitur actio furti *l.ei qui in principio ff.de furtis*, ergo nec Reipublicæ, quia vbi non competit ius agendi, ibi, *nec ius quærendi l.non solum §.quamquam cum tbi not.ff.de furt.* hanc eamdem opin. approbauit *Bal.in cons.154.lib.1.& cons.47.lib.3.Papien.in prax.in for. Inquisit.in verbo contractando nu.3.* qui reprobat opinionem *Bart.* licet æquam, vt compescantur delinquentium malefitia, cum non sit per modernos de iuris subtilitate approbata multosq; & infinitos contra *Bart.& sequaces* allegat *Clar.in q.38.vers.tu scis*, eamdem opinionem multos referendo secutus est *Farinac.in tit.de inquisit.q.7.num.7. vers.sed contra Bart.* qui concludit, vna cum *Claro* in loco supra citato, quod fur debet
6 eijci de loco, vbi fuit captus, & liberè dimitti; Quod verò reperti fuerint grimaldelli, non probatur plenè, nam primo non creditur denuntiationi factæ per Birraarium, & Gabellarium, nam minimè faciunt probationem, vel inditium, nisi in læuibus delictis, *secundum Bart.per illum tex.in l.diuus la seconda in 3.quæst.ff.de custod.reor. Alex.in cons.*
1.*in 3.volum 3.col.vers.hæc etiã. Angel.in tract.malef.in verbo, nec non ad denuntiationem*

n.21.vers.quaro an Index, quos Marsc. refert in pract. in §. principium nn. 19. & 20. de communi. Farinac. cons. 100. nn. 29. lib. 1.

Nec minus facit atteſtatio Gaſparis de Fanano, nam deponit de quibuſdam ferris, non de Grimaldellis, & eos è Sacha D. Ioannis, vt ſupra excauatos minimè depoſuit, nec recognouiſſe potuit, ſed tantum vnum, quod oſtendidit Gabellarius, nec aliquis deponit illud Gallum habuiſſe, nec minus facit atteſtatio Lucretiæ, nam minimè vidit dd. Grimaldellos, niſi in manibus Gabellarij fol. 35.

Nec minus Sabatinus, qui dixit Birroarium dixiſſe ferra fuiſſe reperta apud ſatellitem, ſed non fuiſſe ad principium, adeout remanet tantum dictum Io. Baptiſtæ, qui depoſuit ex faceulo D. Io. fuiſſe habitos duos grimaldellos, & triuellum, nam dicto vnius non ſta-
7 tur, quoniam nec Euangelium, nec vlla diuina, humanaq; lex vnius Teſtimonio etiam idoneo, quempiam condemnat, vel iuſtificat *cap. admonere 33. q. 2.*

Adſunt enim variationes inter dd. Birroarium, & Gabellarij, nam deponunt in actu, quo fuerunt reperti grimaldelli adfuiſſe Annibalem de S. Agata, Fananum de Fanano, & Lucretiam, qui examinati dixerunt non inter fuiſſe, & tanquam inter ſe contrarijs non
8 creditur *Farinac. in tractatu de Teſtib. q. 65 p. 1. nu. 1.*

Sed ſi probatum eſſet habuiſſe dd. grimaldellos nihil facit, nam nulla lex vetat illos portare, nec ſunt tales, vt ingenioſas clauſuras aperire poſſint, vt retulerunt periti.

Ex quibus inſtatur pro illius excarceratione &c.

CONTROVERSIA XCIII.

In eadem Cauſa.

CRedebam ſatis reſponſum in cauſa D. Ioannis nempè non potuiſſe capi, minimeque procedi, & ex reſponſionibus virtualiter conſtare nõ poſſe torqueri, ſtante argumento à multo magis. Attamen ſubtilizando more iuſtiſſimi Iudicis, Excellentiſs. Dom. meus dubitat, an ſtante grimaldellorum delatione, d. D. Io. poſſit torqueri, ad effectum interrogan. quidnam vellet cum eis facere, & quatenus cõfiteretur furtum committere voluiſſe in Ciuitate, an poſſit puniri. Ego diligentiſsimè vidi ferè omnes Criminaliſtas in multis titulis, nempè *Ang. & Gand. de maleficijs. Marſ. & in praxi, & in tit. ff. de quæſt. Boſſ. Clar. Foler. Carer. Peguer. Cabal. & Farinac.* qui dum loquun-
9 tur de tortura quoquis modo, ſemper ſupponunt aliquod conſtitiſſe delictum, nec admittunt, quod quis torqueatur pro ſuſpecto.

Etſi poſſet dici, imò fateretur habuiſſe animum furandi, non per hoc animus ſine effectu
10 puniendus eſſet, eo magis cum non ſimus nec in hæreſi, nec in atrociſſimo de generali conſuetudine *Speculat. in tit. de accuſatore §. 1. n. 7. in fine*, quem refert *Alex. conſ. 15. poſt n. 2. lib. 1. & conſ. 140. n. 2. lib. 2. Iaſon in l. 1. §. fin. in fine ff. quod quiſq; Iuris. Boer. Deciſ. 316. n. 3. Carer. in pract. crimin. fol. 186. n. 8. Gandin. de Maleficijs in tit. de reb. non portan.* circa finem, qui allegat rationem, quia ſtatuta requirunt actũ conſumatũ *Bal. conſ. 361. in fine lib. 1. & conſ. 443. n. 3. lib. 3. & in l. is qui cũ telo C. ad l. Iul. de ſicarijs Angel. in d. l. §. fin. & conſ. 14. n. 3.* vbi dicit, quod iſta conſuetudo eſt approbata per totũ mundum, quem refert *Maranta in ſpeculo fol. 26. nu. 54. Catald. de ſindic. q. 198.* vbi ſubdit, quod cum hæc ſit generalis conſuetudo non indiget probatione *Gramat. deciſ. 2. nu. 8.* referens, ita iudicaſſe in cauſa veneni *Afflict. ſuper prima parte conſtitutionum Regni Rub. 41. in prin. nn. 6.* & ſuper prima parte *Rub. 11. nn. 2.* vbi loquitur etiam in atrociſsimis *Machel.*

Bo-

Bonon. in patrocinio 10. *nu.* 1. cum statuta Bonon. requirant, casum verum, prout in *statutis de panaſuris, & rerum raptoribus*; legitur & non casum fictũ, & licet aliqui ex prædictis videantur loqui de statutis, per quæ sublatæ sunt leges punientes conatum, est tamen absolutum, quod etiam absq; statutis, ita est generali consuetudine totius mundi introductum, vt in specie attestatur *Angel. in loco allegato Ioseph Fontanella inter conſilia criminalia diuerſorum conſ.* 97. *nu.* 9. *& ſeq. lib.* 2. de communi, quos cum multis alijs refert *Clarus in practica criminali q.* 92. *num.* 1. *verſ. quaronunquid conatus in principio*, vbi dixit pluries vidisse in Senatu iudicari, & in specie de eo, quæ puellæ nubilis lectum ascenderat, & pectus tetigerat, neq; vltra progressus fuerat, qui fuit absolutus.

Et si prædicta limitari possent secundum aliquos, in delicto atrocissimo semper intelligendum esset, quando fuisset deuentum ad actum proximum maleficio, vt ibi in fine de communi declarat idem *Clarus in fine* hic autem omnia sunt remota, & fuit captus in ingressu ad Ciuitatem *Claudius Bertazolus in additione ad conſ. Bartholomæi Bertazoli conſ.* 123. *lib.* 1. *verſ. quartam, & nonam*, vbi dixit nullam deberi pœnam, cũ non puniatur conatus, si stetit in sola voluntate, etiam cum consensu rationis, nisi à lege diuina *per Text. in l. cogitationis ff. de pœnis*, vbi cogitationis pœnam nemo patitur, & diffusius *Felin. in Reſp. ad interrogationem, quando conatus puniatur*, vbi notè fallentias ponit, in quibus conatus non punitur, nempè quando conatus cum actu propinquo non deuenit ad consumationem; secundò, vbi conatus alicuius rei prohibitæ, etiam si habuisset effectum, nemini nocuisset; tertiò, quando conatus non habet actum exteriorem, sed stetit in sola voluntate, etiam cum consensu rationis, fallit etiam in delictis non atrocibus, quando conatus in ipsis non habetur pro effectu. Ex quibus cum sit prohibita punitio, videtur & omne, per quod ad prohibitum peruenitur *l. Oratio C. de ſponſ. Hoſt. in ſumma in tit. de cauſa poſſeſſ. nu.* 1.

Ex quibus &c.

CONTROVERSIA XCIIII

Pro Perilluſt. DD. Marcello, & Paulo Æmilio de Dulphis.

SVMMARIVM.

TRia requiruntur ad hoc, vt dicatur quis incidisse in edictum, si quis aliquem testari prohibuerit, nu. 1.

Non dicitur prohibitum esse interrumpere verba Testatoris, dum quis memorat suum interesse, nu. 2.

Maximè si sint prolata verba persuasiua, & non minatoria, nu. 3.

Quilibet potest procurare utilitatem suam, nu. 4.

Non n. potest præsumi impedimentum, dum Testator vixit postea per plures dies, eo magis si quis liberè ad ipsum posſit accedere, nu. 5.

Scripsura Testamenti ad pias causas tũc attenditur, si Testator morte esset præuentus, nu. 6.

Ad-

Adsit Deus, & Virgo.



Vpponitur in facto Nob. D. Vlyssem de Dulphis in infirmitate constitutum vocari fecisse D. Achillem de Canonicis Notarium ad effectum Testandi ipsiq; demonstrasse notulam Testamenti manu sua, in qua aderant descripta multa legata pia, vt iuxta illius tenorem Testamentum stipularetur, & quod Nobiles fratres audientes legata prædicta dicerent, seu dici fecissent eidem D. Vlysi, vt consideraret eorum interesse eum per 45. annos administrasset eorum bona, & extaret inter eos societas, & communio omnium bonorum non posseq; testari eorum portionibus deindeq; eumdem D. Vlyssem vixisse per octo dies semper articulatè loquendo absq; noua vocatione eiusdem Canonici Notarij dictamq; scripturam eo mortuo remansisse penes eosdē DD. Fratres, & hodie extare penes D. Commissarium legatorum piorum. Dicitur exinde non posse dici impeditam Testamenti factionem, nec d. scripturam esse attendendam.

Nam quoad prætensum impedimentum tria videntur esse necessaria, vt quis incidat in
1 *edictum C. si quis aliquem testari prohibuerit*, & primò prohibitio debet esse dolosa; secundò, & eo tempore commissa, quo testator volebat testari, & esset in actu testandi; tertiò, omnibus testibus adhibitis, & quod instituere, seu vellet legare, & quod impedimentum, & seu prohibitio Testandi sibi facta fuerit, & vt per *Socin. iun. cons.* 148. *vol.* 2. *nu.* 12. *Paris. cons.* 67. *n.* 46. *vol.* 3. *Ros. in prax. in tit. de his, qui prohibuerunt aliquem testari nu.* 2. Quæ omnia cum non interuenerint, cessant opposita.

Nec faciunt verba prolata per DD. Fratres, quia fuerunt licita, & de iure permissa, vt ha-
2 betur in *legib. finalib. ff. & C. si quis aliquem testari prohibuerit Corn. cons.* 84. *num.* 3. *circa medium vol.* 1. *& in cons.* 209. *nu.* 26. *lib.* 2. vbi affirmat non esse prohibitum interrumpere verba testatoris, & ei significare eorum interesse, etiam persuadendo, quod faciat, vel non faciat Testamentum, *& nu.* 27. *ibi Corn.* subiungit, quod simplicia verba non
3 minatoria, sed lamentatoria persuasiua, seu interrogatiua non cogunt *Paris. d. cons.* 67. *nu.* 50. *& nu.* 59. *Socin. iun. d. cons.* 148. *nu.* 16. vbi quod vnicuiq; licet verbis, & mediante opera amicorum operari, vt quis faciat, vel non faciat Testamentum *Farinac.* qui *alios* allegat *q.* 161. *n.* 76. licitum. n. fuit DD. Fratribus procurare vtilitatem suam *Doct.*
4 & præcipuè *Bal. in l.* 1. *C. si quis aliquem testari prohibuerit nu.* 20. etiam si sequeretur interruptio Testamenti, vt post *Bal. Corn. & Socin. tenet Paris. d. cons.* 67. *nu.* 59.

Cessat etiam edictum prædictum ex quo D Vlysses vixit per octo dies cum sana mente, & potuisset condere, & mutare Testamentum *Menoch. de Arbitr. iudicum lib.* 2. *cent. quarta casu* 395. *num.* 25. & aduciunt addentes *ad Clar. S. falsum nu.* 227. *cum litteris FF.* & ante eum tenuit *Paris. in d. cons.* 67. *nu.* 49. dicens in casu suo interuenisse clamores, & vociferationes.
5

Addatur, quod semper Ostia, & Domus, & Mansiones D. Vlyssis steterunt apertæ, & quilibet ad libitum poterat introire, ex notatis per *Paris. & Farinac. loco quo sup. num.* 29. Itemq; dictus D. Vlysses non erat resolutus Testandi, & multoties etiam, dum alias fuit infirmus petijt eumdem D. Achillem Notarium, & nihil concluſit.

Quo verò ad scripturam, licet *Tiraquel. de priuileg. pia causa priuil.* 4. afferat Testam. ad pias causas, etiã absq; testibus valere, attamen *Cornan cons.* 307. *vol.* 3. per ipsum allegatus non sustinet talem scripturam haberi, pro plena probatione, *& Imola in l. si is qui ff. de Testamentis* per vtrumq; allegatus declarat procedere, quando Testator morte esset præuentus nu. 6. non quando vixit pluribus diebus, vt supra.

Ex

Ex quibus calumniosa redditur molestia aduersus dd. DD. fratres saluo &c.
Fuit ordinatum per Eminentiss. DD. Card. super Fabrica S. Petri de Vrbe DD. fratres D. Vlyssis vigored. Apocæ non molestari.

CONTROVERSIA XCV
Pro DD. de Vigianis.

SVMMARIVM.

STatutum Bonon. in rub. de contractibus cum minoribus, & filijs familias in §. item dicimus, declaratur, nu. 1.

Filia nupta remanet sub potestate patris, exceptis obsequijs maritalibus, nu. 2.

Pactum, & conuentio de hæreditate viuentis non sustinetur, nu. 3.

Filia à patre est dotanda, etiam si sit dives, nu. 4.

Æqualitas est seruanda in dote, & tantùm debetur uni sorori, quantum habuit alia, nu. 5.

Mater non potest præiudicare filijs in dote, etiam consentiente viro, nu. 6.

Adsit Deus, & Virgo.

REquisitus pro veritate, An donatio facta per Do. Catherinam Vigianam Dominæ Paulæ sorori sustineatur, firmiter credo eam nullam esse ex infrascriptis.

1 Primò, quia non interuenit consensus, præsentia, & auctoritas Patris dicti D. Catherinæ ad formam *Statuti nostri de contractibus cum minoribus, & filijs familias in §. item diximus* fol. 113. vbi dispositum fuit filios familias non posse, vel sua bona obligare &c. nisi cum consensu, & auctoritate eius, in cuius esset potestate, quod statutum est formale, & habet decretum irritans, *vt in §. seq. Et le que cessiones ad tex. in l. cum hi §. si prator ff. de transact.*

Nec facit id, quod esset nupta, quia tamen remanet in potestate patris, exceptis obsequijs maritalibus, cuius mariti dicitur Socia *l. 1. ff. rerum amotarum*, & in puncto ne filia fa-
2 milias nupta possit contrahere, & testari sine patre, est consilium *Alex. 133. lib. 4. nu. 5.* vbi cum *Bald.* sic ait, licet maior sit potestas mariti in filiam familias Vxorem, quia, potest illam repetere inuito patre, tamen remanet in potestate paterna, quoad omnia, quæ causantur à patria potestate, & sic testari non potest, & in terminis sottoribus patrocinatus est *Ferrantes Garg. patroc. 41. nu. 10. lib. 1.* vbi sustinet nullum Instrumentum, in quo præsentia, & consensus patris nuptæ interuenerat, sed non auctoritas requisita *ex statuto practico.*

Secundò, quia pacta, conuentiones, & Donationes, vbi agitur de bonis, & hæreditate
3 viuentis sunt nullæ, tamquam contra bonos mores inducentes votum captandæ mortis, & tollentes facultatem Testandi *l. pactum quod dotalis & l. fin. C. de pactis, & ibi Doctores l. stipulatio, hoc modo concepta ff. de verb. oblig. l. ex eo C. de inutil. stip. Cacheran. Dec. 100. nu. 18. & 19.* etiam appositio iuramento *Alex. cons. 28. nu. 4. & seq. lib. 3. Gabriel. cons.*

cons. 137. *num.* 1. *lib.* 1. & extat solemne *cons. Bart.* 212.

Tertiò, quia per dotem, vt supponitur, per virum vxori constitutam, non liberatus fuit
4 pater ab ea dotanda, cum officium sit paternum (licet filia haberet amplum patrimonium) eam dotare, *Ruin. cons.* 199. *lib.* 2. & causa naturalis præualet accidentali *l. qui habet ff. de tutel. Perezf. de fideicom. art.* 42. *nu.* 47 *Odd. de fideicomm. art.* 40. *nu.* 140. &
5 tanta debetur sorori, quantam habuerit, seu habeat soror, cum æqualitas à patre in Dotandis filiabus sit seruanda, *Socin. iun. cons.* 55. *lib.* 1. *nu.* 6. & facit *statutum nostrum de successf. liber. patre, vel matre moriens ab intestato* §. *& plures fol.* 166. dato etiam, quod
6 filia sit nupta, *Amorin. de patria potestate effectu* 16. *nu.* 25. Vltra quod filia non potuit præiudicare filijs suis in dote sibi debita, cum ipsis, & descendentibus acquiratur, *Angel. Aretin. cons.* 81. *nu.* 27. & idcircò omnis alienatio per mulierem facta consentiente viro est nulla *text. est in vnica* §. *cum lex C. de rei vx. act. & in* §. 1. *instit. quibus alien. licet, vel non, Iason. cons.* 44. *nu.* 4. *in* 3. *quæsito lib.* 1. & est *text. in l.* 1. *C. de fundo dot.* & habetur *in auth. vt immobilia ante nupt. donat. in fine glos. Bart. & Bal. in l. si pradium C. de iure dot.* dicentes, quod eadem mulier potest contrauenire, facit etiam, quia Dos est loco legitimæ, & filia non potest renunciare legitimæ ad præiudicium filiorum, quibus competit ius petendi legitimam in bonis Aui, non obstante quæstione Matris *Papinius lib.* 16. *tit.* 4. *Arest.* 17.

Et hæc saluo &c.

CONTROVERSIA XCVI.

In eadem Causa.

SVMMARIVM.

Filia remanet in potestate patris, licet maritetur, nu. 1.

Dictio (amplius) significat idem, quod vltra, nu. 2.

Pacta, & conuentiones de hereditate viuentis sunt nullæ, si fiant ignorante eo de cuius hereditate agitur, nu. 3.

Etiam si interueniat iuramentum, n. 4.

Statutum Bonon. in rub. de dotibus restituendis in §. *item dicimus il secondo non procedit, dum filia legitimam patri non reliquit, nu.* 5.

Mulier non potest alienare bona dotalia, nu. 6.

Bald. in l. si cum dotem C. de falsa causa adiecta legato reprobatur, nu. 7.

Renunciatio semper restringitur ad superius expressa, nu. 8.

Actiones non comprehenduntur inter immobilia, nu. 9.

Renunciatio non attenditur, dum renuncians non legitur id, cui renunciatur, nu. 10.

Adsit Deus, & Virgo.

SCripta pro parte D. Paulæ Vigianæ non videtur obstare.

Et replicatur Instrumentum esse nullissimum, cum non interuenerit auctoritas patris, *ex statuto* alias à me allegato *in rubr. de contract. cum min. & filijs familias in* §.

Item

1 *Item dicimus fol.* 113. quod comprobatur ex disposítione iuris communis, nam filia minimè liberatur à patria potestate, licet maritetur *l. si vxorem tuam, vbi gloss.* in verbo *potestate C. de condit. insertis*, ibi, *sic ergo tempore matrimonij vxor est in patris potestate*, & ibi inferius loquens de mariti potestate, *nisi quoad debitum carnis, & quoad operandum l. 1. C. de bonis quæ lib. l. 1. §. fin. ff. de lib. exhiben. Gramat. decis. 54. nu. 4. Ioseph Ludouicus decis. Peruf. 28. nn. 11. Monticul. in tract. de patria potestate c. 1. nu. 13.* intantum vt ex hoc *Gargiaret in patroc. 41. lib. 1.* Doctrina sustineatur, & submoueatur ea, quę dicitur ex *d. stat. in §. & item dicimus*, quod casui nostro non possit adaptari, cum loquatur de filijs familias seorsum, cum sua familia habitantibus, & si viuat filia, dicatur de familia patris, vel mariti, & sic omninò filia est subdita, & si viuat in aliena familia, nec habent familiam sub se, & idcircò non facit ad propositum *Caldr. alleg. cons. 175. nu. 3. lib. 2.* nec meretur exaduerso allegari statutum de lucris liberorum in fine, quia loquitur de masculis descendentibus, & non de fœminis, prout *statutum* statuit in *d. §. & item dicimus*, & sic retorquetur.

Nec dicatur, quod *Gargiar.* loquatur de contractu inter virum, & vxorem, quia *nu.* 10. firmat conclusionem in quocunq; contractu cum quauis persona, ibi, *& sic constat, quod ipsa erat filia familias, & in potestate patris, & non viri, quo casu subintrat dispositio statuti, vbi legitur, quod filij familias non possunt se, vel sua bona obligare &c. nisi cum consensu, & auctoritate eius, in cuius essent potestate*, subiungens tale statutum esse formale, & licet *nu.* 17. alleget in casu suo interuenisse læsionem, illud adducit ad exuberantiam iuris sui, non quod restringat, vel minuat conclusionem supra *nu.* 10. firmatam dicens;

2 Amplius non omitto, quod verbum (ampl. us) idem significat, quod vltra, vel vlterius *l. 4. §. lege Iuliaff. ad l. Iuliam peculatus l. 1. §. qui quæst. ff. de quæst. Barbos. de dictionib. dict.* 23. *nu.* 7. quare benè statutum inducens nullitatem applicatur casui nostro, & nullitatem contractus inducit, etsi diuersa alia iura pro nullitate contractus sui addiderit, prout & nos addidimus, vt in scriptura data, & inferius dicetur.

Ad secundum videtur exaduerso admitti, quod pacta, & conuentiones de hæreditate viuentis sint nullæ, si fiant ignorante eo, de cuius bonis, & hæreditate agitur, qui est casus noster, respectu bonorum paternorum, cum pater non interfuerit, & ignoraverit

3 de bonis suis sic fuisse conuentum, & factam assertam donationem, receptissima .n. est omnium DD. sententia, quod ea pacta, per quæ aliqui vocantur ad successionem alicuius nō valent, siue sint simplicia, siue reciproca *per tex. in alleg. l. pactum quod dotali, & in l. licet C. de pactis, & in l. stipulatio, hoc modo cœpta ff. de verb. oblig. & in l. ex eo C. de inutil. stipul. hæreditas C. de pactis conuent. Bart. cons. 212. Curt. iun. cons. 15 sub n. 9.* & verum est, quod vt minus talia pacta producant naturalem obligationem, vt in *d. l. ex eo, & d. l. pactū, quod dotali, vbi omnes* vno ore, *& d. l. stipulatio, vbi Socin. iun.* affirmat *communem esse opinionem*, & nouissimè cū plurium auctoritatem approbauit *Gratian. in discept. cap.* 470. *nu.* 4. dicens id verissimum esse, siue conuentum sit, vt hæreditas detur

4 iure directo, siue alio modo, etiam si extet iuramentum, nedum ex eo, quod inducatur votum captandæ mortis, & restringatur libertas Testandi, & sit contra bonos mores, sed ex alijs pluribus causis per DD. ab eo allegatos expressis.

Ad tertium, vbi *ex stat. in rub. de Dotibus restituendis in §. item dicimus*, D. exaduerso scribens prætendit sustinere validum contractum prætensæ donationis, eo quod mulieri de Dote, & Augmento extantibus, vel non, liberis, testari liceat, etiam si sit in aliena

5 potestate, dummodò liberis reseruet legitimam totius dotis, & eius augmenti; respondetur, quod dispositio *in d. §.* non habent locum quoticscunq; filia familias non reliquerit legitimam portionem patri, vt in terminis cum multis rationibus, & auctoritatibus docet *Rota Bonon. in sceletis decis. 53. nu. 5.*

Nec

Nec dicatur, quod legitima fuerit reseruata, cum donatio fuerit facta de medietate omnium bonorum, quia necesse erat, vt aliquid patri relinqueret iure institutionis ad hoc, vt per supplementum legitimæ agere posset, prout habetur in *d. decis. 53. nu. 7.* & statutum prædictum, quod fuit factum, vt faueat mulieribus *d. Rota decis. 112. num. 27.* non debet contrarium operari effectum, vt in terminis dicit *Anchar.* quem *Monter.* allegat ibi in *verbo testart cons. 213. nu. 1.*

Ijs accedit statutum prædictum *in §. prouidentes* vbi mulier in vltimis bonis pro Dote obli-
6 gationis non potest contractum quemquam facere, quod multo magis habet locum in alienatione ipsarum rerum dotalium *Grat. cons. 69. nu. 17. lib. 1.* non obstante iuramento D. *Fundatius ad Decis. 115. Rot. Bonon.* inter dd. sceleras, vbi & ipse notat tale statutum extendi ad bona dotalia eiusdem mulieris, aliud. n. est vt mulier testetur, cum Testamentum dicatur factum in vltimo vitæ extremo, & ibi trahatur *c. cum Martha §. si tunc igitur ext. de celebrat. Missarum. Socin. iun. cons. 130. num. 15. lib. 2.* & sic aliud est, vt possit sibi in dote præiudicare, quo casu nedum ius commune, sed & ius municipale vetuit.

Nec facit *Bald.* magnificatus in *l. si dotem, seu pen. C. de falsa causa adiecta leg.* quia eius o-
7 pinio non probatur ex aliqua auctoritate, nam *tex.* ab eo allegatus in *l. cum non solum in §. filijs autem C. de bonis quæ liberis*, non decidit, ne vllo vnquam tempore possit patri vsumfructum acquiri, ibi, *in his dumtaxat casibus, in quibus vsusfructus apud parentes constitutus est, donec parentes viuunt &c.* & cum per mortem mariti posset acquiri vsusfructus patri, ergo &c. *& Neuizan. in alleg. cons. 95. nu. 11.* est tantum relator opinionis *d. Baldi*, & eam non approbat, sed tantum dixit sic eum tenuisse, & quod *tex.* prohibeat alienationem probant *Iac. de Rauenna*, quem allegat *Alberic. in d. §. filijs autem*, & ibi videntur in eodem §. approbare *Odofred. nu. 11. Bart. & Salicet. nu. 23.* in tantum, vt *Baldi*, opinio ex *tex.* à se allegato, non sit vera.

Omnisq; ex facto tollitur dubitatio, quia dotem à Marito constitutam non donauit, nec renunciauit, vt legitur ex Instrumento, dum narrat se habere dotem constitutam à Marito, & asserit ex hac causa merè impulsiua velle donare, & cedere, prout cessit iura, seu medietatem omnium iurium, & actionum realium, & personalium vigore contentorum in Instrumento dotis D. Paulæ sororis, & cuiusuis alterius Instrumenti &c. Et propter talē rationem Iudex insinuauit, nec ipsa dixit talem dotem à marito datam velle donare, sed à donatione eam excluſit, cum eam se habere Iudici expreſſit intantum, vt non possit dici comprehendi dicta Dos, quæ ex priuilegio requirit specialem specificationem, & renunciationem, vt post *Imol. Domin. Francum, & Natam, Castr.* & alios plures dixit *Tiraquel. in l. si vnquam in verbo fuſteperit liberos n. 115. C. de reuocan. donat.* facit etiam, quia præsens refutatio, & seu renunciatio semper restringitur, secun-
8 dum quod superius expressum est *l. legatorum, vbi Bart. ff. de leg. 2. l. si quis ita §. fin. ff. de verb. oblig. Eugen. cons. 13. num. 21. lib. 1.* & strictissimè esse intelligen. & quanto minus esse renunciatum dixit *Grat. cons. 17. nu. 46. lib. 1.* & dixi in *controuersia 21. nu. 17.*

Et cum Dos esset secura, & constituta, & bona essent assignata non comprehenduntur in Instrumento, cum Donatio fiat de iuribus, & actionibus, quæ non connumerantur
9 inter immobilia, sed tertiam speciem de per se faciunt, vt ait *Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 7. nu. 9. & num. seq.*

Ex alio etiam patet nullitas, quia cessio, & renunciatio non attenditur, si non sit lectum renuncianti id, cui renunciatur, vt de pacto gratuito dixit *Bart. in l. de his ff. de transact. nu. 2. ver. quarit glos.* dicens eamdem rationem vigere, prout in renunciatione, & transactione super Testamento.

Remanet, vt filij d. D. Cosmi Mariti d. D. Catheriæ consequantur fructus dotales sibi de-

debitos, & conuentos in scriptura particulari ad rationem septem pro centenatio quolibet anno ex statuto nostro in rub. de Dot. restituen. S. insuper, sibiq; D. Catherinæ debentur etiam apparatus, prout habuit D. Paula ex iam dictis.
Et ex his &c.

CONTROVERSIA XCVII.

Pro Nob. DD. de Litta.

SVMMARIVM.

Dictio, sin minus, est aduersatiua, nu. 1.
Imò est conditionalis, nu. 2.
Oldradi cons. 21. declaratur, nu. 3.
Dictio (eo casu) non impedit extensionem, & repetitionem, nu. 4.
Dictio, post, importat tractum successiuum, nu. 5. & 11.
Prohibitio realis facta omnibus substitutis inducit vocationem actiuam, & passiuam, nu. 6.
Si verba denotent tractum successiuum, inducitur compendiosa, nu. 7.
Qualitas masculinitatis, & legitimitatis est potissimum argumentum vocationis, nu. 8. & 15.
Iu claris non est recurren. ad coniecturas, nu. 9.
Dictio, & posita inter personas, diuidit dispositionem, nu. 10.
Reciproca inducitur ex substitutione sub vnica verborum conceptione, nu. 12.
Maximè si exset verbum, omnes, n. 13.
Coniunctio realis inducit ius accrescendi, nu. 14.
Clausula in stirpes inducit perpetuum fideicommissum inter omnes vocatos, nu. 16.

Adsit Deus, & Virgo.

Liuius Litta Testator
Instituto Hærede Alexandro
Substitutis
Liuia — Paula — Beatrice obijt sine descenden.
Camillo Iulio Franc. — Augustinus Hieron. qui absq; descenden. obijt

MOrtuo Reuerendiss. D. Alexandro Sacræ Rotæ Auditore, fuit factus locus substitutioni, de qua in Testamento D. Liuij fauore DD. Liuiæ, Paulæ, & Beatricis. Modo quæritur, an stante morte Beatricis sine descendentibus, & Hieronymi absq; descendentibus masculis, euenerit casus substitutionis in fauorem filiorum masculorum Liuiæ, & res videtur clara fauore eorundem Liuiæ filiorum ex verbis Testatoris; ibi, decedentibus filijs, & descendentibus masculis Alexandri, eo casu substituo Paulam, Liuiam, & Beatricem sorores meas, & quamlibet earum æquis portionibus, si tempore euenien-

nientis conditionis viuent, sin minus earum, & cuiuslibet earum filios masculos legitimos, & naturales per stirpes, & non per Capita, & ibi, & si aliqua ex infrascriptis sororibus decesserit sine filijs legitimis, & naturalibus, eo casu substituo ipsi tali decedẽti alias sorores superuiuentes, & post eas earum filios legitimos, vt supra, per stirpes, & non per capita, & post ipsos filios dd. sororum meatũ ipsis substituo eorũ filios, & vt in Testamento prædicto, vbi legitur realis prohibitio omnium suorum bonorum, & deductionis falcidiæ, & trebellianicæ, & aliarum portionum, cum verbis prægnantissimis, quia voluit bona prædicta de iussu suo inuentarianda semper permanere penes institutos, & substitutos prædictos. Nam licet per mortem Alexandri euenerit casus substitutionis fauore earũdẽ Liuiæ Paulæ, & Beatricis, potest tamen dubitari, quin per apprehensionem, & agnitionem hæreditatis per eas expirauerit, & vocatio suorum
1 filiorum intelligatur per vulgarem tantum, addita illa dictione, sin minus, eorum filios masculos, & quæ sequuntur, eo quod talis dictio est, aduersatiua, nec procedat, quando id, quod supra dispositum est, locum habuit *l. si ita scriptum, & ibi Bart. ff. de liberis, & posth. & in l. in repetendis ff. de leg. 3. propè finem Alex. cons. 99. nu. 5. lib. 7.* vbi ad litterã dicit, quod eius natura est, quod vno casu existente non habeat locum dispositio facta in alio, & non solum talem dictionem esse aduersatiuam, & conditiona-
2 lem *Bart. in l. 1. nu. 11. ff. de condit. & demonstr.* dicens talem dictionem non solum facere orationem conditionalem, sed eam in se ipsa cõtinere conditionem, quem cum alijs sequitur *Ofasch. decis. 145. nu. 5.* & continere dispositionem contrariam præcedenti dixit *Alberic. in suo lexicon in verbo alioquin*, & de eadem dictione (sin minus) post plures *Decianus cons. 100. nu 2. lib. 2.* dicens aduersari præcedenti dispositioni in iure, & in facto, ex quibus videtur *Oldradi cons. 21.* habere locum non vocationis, & substitutionis filiorum masculorum, eo magis cum loquatur *Oldrad.* casu longè inferiori nostro, & ab eo videri potest, nam casus suus proponitur per alternatiuam, vel eo (aut) intan-
3 tum, vt sufficiat in vno verificari *Rebuf. in l. verbum operetere ad finem ff. de verb. signif. & in fine consilij Oldrad.* videtur admittere ad fideicommissum scriptos ex expressa voluntate Testatoris, & pro tali opinione *Oldrad.* allegatur à *Claro in §. Testamentum q. 77. vers. contrariam verè sententiam*, & in casu nostro verba Testatoris sunt clara, dum dixit, si dd. sorores meæ tempore euenientis conditionis viuent, quæ cum essent viuentes substitutio de alijs euanescit *Rot. penes Cabaler. decis. 454. n. 2. Burat. dec. 820. n. 1. Altogrãd. cons. 54. nu. 100.* & sic sufficere, quod de tempore illo extiterint illæ sorores, affirmat etiam *Ludou. Casan. cons. 4. nu. 171. vers. securius autem.*

His tamen non obstan. credo fideicommissum extare fauore filiorum masculorum d. Paulæ, non. n. minimè negari potest, quin Testator vocauerit etiam filios masculos sororum, ibi, & si aliqua ex eis sororibus meis decesserit sine filijs masculis legitimis, & vt supra, eo casu substituit tali decedenti alias sorores, & post eas eorum filios legitimos vt supra per stirpes, & non per capita.

Nec facit ea dictio, eo casu, nam *Fusar. cons. 69. nu. 32.* dixit talia verba non impedire ex-
4 tensionem, & repetitionem oneris, quando constat de voluntate Testatoris, & quod voluerit extendere, & onus fideicommissi repetere, quod & affirmat *in tract. de fideicomm. q. 480. num. 4. & seq.* ibiq; refert plures casus, in quibus fideicommissum repetitur, quorum multi ad casum nostrum applicantur illa .n. dictio (post) importat tra-
5 ctum succedendi *Brunor. à sole in locis communibus in verbo (dictio) nu. 21. Barbos. de Dotson. dict. 227. nu. 6.*

Secundò, id clarius redditur ex prohibitione alienationis, quæ sequitur ibi, & ad hunc effectũ prohibui, & prohibeo omnem, & quamcunq; alienationem, sub quouis titulo dd. bonorum, & iurium meorum per me relinquendorum, ablq; deductione alicuius falcidiæ

cidiæ trebellianicæ &c. quos expressè detrahi veto, & prohibeo, & cum amplissimis verbis, vt ibi legitur, talis.n.prohibitio est facta omnibus substitutis ibi, nec volo, quod prædicti hæredes, aut substituti, sed est realis, & in rem scripta, intantum, vt omnes
6 censeantur passiuè grauati, sicut dicuntur actiuè vocati, dum omnium prædictorum fauore prohibitio alienationis facta fuit *Bal.in l.precibus nu.49.C. de impub. & aliis substitut. Ruin.cons.*152.*nu.*4.*lib.*2.talis ergo prohibitio solet fideicommissum absolutum inducere, & omnes in infinitum grauare *Curt.iun.cons.*114.*n.*16.*& cons.*145.*nu.*4.*& seq. lib.*2.vbi de communi *Gozad.cons.*102.*per totum Anton.Gabr. in tit. de fideicomm. concl.* 9.*nu.*11.*Surd.cons.*46.*nu.*39.& plures refert, & sequitur *Gratian.in discept.cap.*828.*nn.* 45.& id Testator geminatim dixit, prout videri potest post iussionem per hæredem Inuentarij conficiendi.

Secundò, ibi leguntur verba denotantia tractum successiuum, dum post sorores positi sunt
7 in conditione earum filij masculi, vt in puncto *Paris.cons.*11.*nu.* 35.*lib.*3 dicens talia verba comprehendere compendiosam *Rota Rom.decis.*495.*nu.*2.*vers.tertia coniect.p.*4. *diuers.*& omnes dicuntur vocati, & substituti *facit tex.in l.cum ita S.in fideicomiss.peto* §. *fictum ff.de legat.*2.*Alex.cons.*28.*in princ.lib.*4.*Dec.cons.*425.*nu.*4.*Natta cons.*474.*nu.* 26.*Rimin.iun.cons.*556.*num.*46.*Peregr.* multos referens *in tract.de fideicomm.art.*17.*nu.* 36.*Fusar.* alios congerens *in tract.de fideic.q.*476.*nu.*56.*Rota decis.*492.*n.*1.*p.*4.*nouiss.*

Tertiò additur qualitas masculinitatis semper repetita, quod est potissimum argumentum
8 vocationis, imò & legitimitatis *Greg.XV.decis.*433 *nu.* 16. quæ qualitas censetur adiecta etiam, si ipse decedant sine filijs *Marzar.cons.*4.*n.*11.*& seq.Rota decis.*44.*p.*1.*recent.*

Sed omissis coniecturis, vocatio est expressa ibi, & post ipsas eorum filios legitimos, vt supra, vnde cum simus in claris, non est opus recurrere ad coniecturas, vt in terminis scri-
9 bit *Decian.cons.*84.*nu.*17.*& 26.lib.*3.nam illa dictio (&) posita inter personas, diuidit
10 dispositionem etiam fauore alterius *Gomez.var.resolut.cap.*1.*nu.*26. nec copulat æqualiter, sed potius designat ordinem, vt supra, quod primo loco expressum est, procedat & illud, quod sequitur veniat in defectum *Petr.Barbos.ad l.*1.*ff.sol. matr.p.*4.*nu.*153.
11 addatur illa propositio (Post) quæ ordinem importat per prius, & posterius *Paris.cons.* 19.*nu.*6.*lib.*2.*Rota decis.*167.*nu.*6.*p.*2.*recent.*

Difficultas stat, an inter omnes filios masculos sororum extet reciproca substitutio, vel ius accrescendi, itaut per mortem Paulæ, sine filijs masculis, filij masculi Liuiæ debeant admitti, verba.n.sunt Testatoris clara, ibi, quos omnes superius nominatos substituo,
12 nam sub vnica verborum conceptione sunt substituti *Bart. & alij in l. Lucius ff. ad vulg. & pup.subst.Oad.in praludys de compendiosa p.*6.*q.*1.*Fusar.de reciproca subst.q.*254.*nu.*1.
13 *& seq.* ponderatur etiam illud verbum (omnes) vt per *Alciatum cons.*16.*nu.*3.*lib.*1.*& per Cruet.cons*972.*nu.*15.*lib.*5. nec minus potest dubitari, quin inter omnes sit locus
14 Iuri accrescendi, quia nedum coniunctio est realis ad omnia bona, sed & verbalis, cum regatur ab vnico verbo, ibi, substituo, *Cruet.cons.*22.*nu.*7.& 8.*Rota Rom.decis.*379. *nu.*10.*& seq.p.*1.*diuersor.*

Et eo magis, cum semper fuerit habita ratio masculinitatis *Intrigliol. de substit. cent.*3. *q.*
15 8.*num.*30.

Addatur illud verbum, per stirpes, & non per capita, quo casu videtur inductum perpe-
16 tuum fideicommissum inter omnes vocatos *Bero.q.*104.*nn.*9.*Barz.decis.*9.*nu.*11.*vers. sed quoniam.*

Et ex his saluo &c.

CONTROVERSIA XCVIII.

Pro D. Lucio Moneta.

SVMMARIVM.

VOcati in casu alienationis statim secuta alienatione admittuntur, & in eos transit dominium, nu. 1.

Etiam quod vocatio constaret ex prohibitione consecutiua ad substitutionem præcedentem, num. 2.

Immò possunt propria auctoritate rem occupare, num. 3.

Peregrinus in tractatu de fideicommissis in art. 2. nu. 63. reprobatur, ex Doctoribus ab eo allegatis, nu. 4.

Ius adeundi reperitur in hæreditate transmittentis, nu. 5.

Hæreditas potest agnosci vsque ad triginta annos, nu. 6.

Hæres representat personam defuncti, nu. 7.

Statutum Bonon. in rubrica de successione ab intestato ascendentium, & collateralium in §. item quod omnis hæreditas declaratur, nu. 8. & 9.

Hæres dicitur fideicommissarius, nu. 9.

Delictum patris, filio non debet obesse, nu. 10.

Substitutio pluribus facta est intelligenda distributiuè, vt filij in portionem patris succedant, nu. 11.

Vocatis pluribus lineis, omnes debent concurrere, seruata proximitate in vnaquaque linea, nu. 12.

Et si extaret clausula salua gradus prærogatiua, nu. 13.

Clausula, ita quod, potest stare nedum restrictiuè, & declaratiuè, sed & ampliatiuè, nu. 14.

Actus gesti ex titulo præambulo præsumuntur, nu. 15.

Verbum, volo, de per se disponit, & importat fideicommissum, nu. 16.

Verba prolata per modum rationis ampliant dispositionem de persona ad personam, nu. 17.

Clausula, omni meliori modo, declaratur, nu. 18.

Adsit Deus, & Virgo.

NOn territant me ea, quæ nimia subtilitate more solito per eximium exaduerso scribentem contra Mag. D. Lucium de Moneta opponuntur, eò quia facili responsione tolluntur; nam ijs semotis debet obtinere, siue veniat ex persona propria, siue Patris.

Si ex persona Patris, cum viuens esset tempore alienationis, vt probatur ex processu, illicò ob prohibitam alienationem ius sibi acquisitum fuit pro sua virili portione, & Sfortiæ aduersariorum. Auo pariter tunc viuenti, cum in pari reperirentur gradu, & intantum istud est verum, vt Doctores voluerint ipsos potuisse incontinenti rem vendicare, eo quia secuta contrauentione dicuntur vocati ij, quorum fauore facta est prohibitio, & statim perfecta alienatione fideicommissum purificatur,

catur, & dominium transit in fideicommissarium, seu fideicommissarios *l. à Titio ff. de furt. l. 1. ff. de leg. 1. Natta conf. 675. lib. 1.* qui alios allegat *Odd. de fidei. q. 12. art. 5. num. 55. & conf. 68. nu. 4. vbi 24. DD. allegat* consulens in casu, in quo prohibitio stabat consecutiuè tantum ad substitutionem præcedentem, secundum quod aliqui in casu pro-
3 posito dubitarunt, imò propria auctoritate fideicommissarius potest occupare rem fideicommisso subiectam *Alex. in l. qui absens §. 1. nu. 10. ff. de acquir. possess. & in l. fil. fam. S. Diui ff. de leg. 1. Iaf. Suar. Soc. sun. Opiz. zonius, Aret. & alij, quos refert nouissimè idem Oddus d. q. 12. nu. 24.* licet dubitet, ne scandala oriantur.

Nec dicatur ipsum non agnouisse, & sic ex eius persona Lucium non posse capere ex *Peregr. in allegato art. 2. nu. 63.* vbi plures allegat, nam ibi ponit diuersam quæstionem ni-
4 mis generalem, & pro nobis loquitur *in artic. 31. nu. 3.* & Doctores ab eo ponderati *in d. art. 2.* non sustinent talem opinionem, nempè *Caitren. in l. cum filio fam. nu. 14. ff. de leg. 1.* dicens nullo iure caueri, quin fideicommissarius etiam vniuersalis non transmittat, & si hæreditatem, & seu fideicommissum non agnouerit, ex hac nempè ratione, quia ex ordine titulorum post legata, & fideicommissa, tam particularia, quam vniuersalia, tam in *ff.* quam in *C.* ponitur titulus, *quando dies legi vel fideic. ced.* quod & cum alijs considerat idem *Peregr. d. art. 31. nu. 3. & nu. 25.* & facit differentiam, an grauatus obierit pendente conditione, vel post conditionem, & si non adierit, & in fortioribus terminis sustinet in adducta *l. cogi §. metianus in fin. ff. ad Sen. Consul. Trebel.* dicens id tenere omnes Doctores, sicut in legatis particularibus *Ruin. omnino viden. in conf. 22. lib.*
5 *3. num. 16.* vbi sustinet ius adeundi reperiri in hæreditate transmittentis, adeo vt substitutus, ad quem fit transmissio, si non adeat hæreditatem defuncti ex propria persona, nec suo proprio nomine, sed tamquam hæres transmittentis, & ex persona illius, & velut repræsentans eum, & propterea præferri alijs agnatis, sicut præferretur Transmittens, si adiuisset, & ibi id sustinet multis rationibus, & auctoritatibus, & respondet ad id, quod à pluribus dicitur, nempè ius adeundi non esse in bonis nostris *per tex. in l. pretia rerum ff. ad l. Falcid.* eo quod id intelligatur quoad æstimationem tantum, & dixit id penes se nullam habere contradictionem, eum que referunt, & approbant *Zanch. in repet. l. hæredes mei §. cũ ita ff. ad rub. quarta par. n. 114 & Menoch. conf. 473. n. 10.* & de communi cum conciliatione opinionum fortissimis rationibus nouissimè tenet *Nicolaus Noalis de transmissione c. 5. a octauo num. 131.* qui cum alijs loquitur de fideicommissario vniuersali.

Secundò, facit etiam, si hæreditas potest agnosci vsque ad 30. annos *gl. & Doct. in l. licet*
6 *C. de Iur. delib. & in l. 2. ff. de acquir. hæred. Butrig. in l. unica C. quando non pet. part. alt. accrescant colum. 1. Monticul. de inuent. q. 230. num. 4. Thesaur. decis. 4. nu. 8.* qui loquitur in casu, in quo octo, vel decem menses deficiebant ad complendum tempus 30. annorum *Masin. in repet. d. l. unica nu. 88. versibus tamen*, hæreditas q; & fideicommissum æquiparantur, *vt not. DD. inter quos Socin. in princip. in l. 1. in §. de illo ff. ad Sen. Consul. Treb.* ergo, &c. eò maximè, cum d. Marcus Antonius pater obierit, eo tunc nonnullos post menses, sic etiam videtur declarasse *Crasi. in tract. de successi. in verbo transmissio in lib. 2. q. 18. nu. 2.* vbi successiones, quod si primus non agnoscat, secundus ex facultate primi agnoscere potest, & idem de tertio, & vlteriori substituto modo temporis decursus non obsit.

Idq; correspondet dispositis in iure nouissimo *per tex. in Auth. de iureiur.* à moriente præ-
7 stito, vbi hæres representat personam defuncti, vt aduertit *Dec. in d. l. unica C. quando non pet. partes alt. accrescant nu. 26.*

Correspondet etiam iuri municipali *in Rub. de successi. ab intest. ascend. & collat. in §. item quod omnis hæreditas, vbi Monter. in verbo transmittatur*, dixit generaliter statutum fuisse hæ-


image
not
available

inè coniunctione reali, & verbali, vt affirmant omnes interpretes *in l.re coniunctis ff. de leg.3. Castr. in l. unica §. vbi autem vers. item illa C. de caduc. tollen. Bal. cons. 342. nu. 1. lib.4. Bertrand. cons. 14. nu.2. vol 2. Cephal. cons.123. nu.2. lib.1.* quo casu esse eodem tempore vocatos omnes descendentes etiam in imparibus gradibus, stan. verbis tractum temporis importantibus affirmauit idem *Peregr. tbi art.19.n.21.* maximè adiecta illa copula (Et) *Bal. cons. 168. num. 4. vol. 5. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 13. num.3.*

Vocatis igitur pluribus lineis, omnes debent concurrere seruata proximitate in vna qua-
12 que linea, nec proximior ex vna stirpe alias stirpes excludet *Soc. Sen. cons. 69. & cons. 104. num.4. lib.3.* & alios adducit idem *Peregr. art.20. num.7.* & in simili casu quando plures sunt vocati discretiuè, & eorum descendentes in portioribus terminis; & si
13 extaret clausula, salua gradus prorogatiua, tenuit in causa propria *Eminentiss. Cabalcrius decis. 465. nu.2.* vbi plures decisiones memorantur, nam talis clausula operatur in vna quaque linea tãtum, & non ad alias extenditur, & sic tollitur id, quod exaduerso notatur de clausula, ita quod & verbis subsequentibus ibi, *bona deuenient ad proximiores*, nam omisso, quod non leguntur in substitutione facta dicto Marco Antonio, Lucio, & alijs descendentibus à primis vocatis, sed in separata dispositione fauore omnium de familia de Monetis, inter quos Testator voluit donec Cœlum, & Terra durabunt conseruari, itaut non possit dici consequtiuè ex *Menoch. cons. 17. vers. quintus est casus Fusar. quæst.683. num.12. & 19.* & inferius latius obiectis respondendo dicetur, maximè cum substitutiones sint factæ in stirpes, & non in capita, & stirps ex pluribus, diuersisque gradibus conficiatur ex *Castr. cons.438. num.5. lib.2. Decian.cons. 28. nu.27. & 32. lib.1 & Menoch.cons. 357. num. 7. vsq. ad numerum 12.* dicitur talia verba, vt supra debere intelligi secundum proximitatem vnius cuiusque lineæ, eo magis quia similis clausula, ita quod, potest stare nedum restrictiuè, & declaratiuè, sed am-
14 pliatiuè *Seraph decis. 911. num. 7. Barbos. de diction in dictione 156. nec Gabriel. cons. 35. nu.26. lib.1.* dicit id, quod asseritur, cum nec numerum allegatum habeat, prout nec *Surd. in allegato pariter cons. 315. num. 24.* loquitur de clausula, ita quod, sed de clausula, continuè, quæ est diuersa.

Nec dicantur, quod D. Sforzia ex capite fideicommissi in casu mortis bona petita in totum recuperauit, nam petitio cantat in cõtrarium processu ✠ fol.11. verso vbi propter alienationem Sforzia asseruit euenisse casum fideicommissi, & vocationis, ac substitu-
15 tionis factæ de eo, & sic non obstat decisio illa Illustrissimorum DD. de Pepulis 549. *par. 1. diuers. num.* 10. vbi sustinetur actus gestos præsumi ex titulo præambulo, nam iuditio meo retorquetur contra allegantem.

Nec faciunt exaduerso vltimo loco scripta nempe prohibitionem stare consecutiuè ad fideicommissum in casu mortis *ex Rota decis. 649. par. 1. diuers. & Grouagnon. cons.39.* in causa Bonon. de Vetijs post quod plures decisiones registrantur, & ex *Cyriaco nouiss. in controuers. forens 142. num. 2. seq. & contro. 144. nu.n. 25. tom. 1.* nam sunt casus differentes, & agitur de fideicommisso, quod expirauit per additionem primorum institutorum, vt ex eis videri potest, adeout sit vanum velle in locis prædictis eorum au-
16 ctoritatem extendere ad casum nostrum in quo nedum legitur verbum, Voluit, quod de per se disponit, & importat fideicommissum *l. verbum volo C. de fideicommissis l. 2.*
17 *C.communia de legat. Odd. cons. 64. nu.52.* sed & subsequitur; ordinauit, & mandauit, quæ verba cum sint prolata per modum rationis ampliant dispositionem de persona ad personam *Crot. in l. filius fam. §. Diui num. 127. vers. aliquando, & quanto ff. de leg. 1. qui alios allegat Mantic. qui Alciatum dicentem sic vidisse iudicare refert in tract. de coniect. lib.6. tit. 14. num.23.*

Nec

Nec dicatur à simili opinione fuisse recessum per sacram Rotam in illa Bonon. DD. de Lambertinis, *vt in decis.* 300. *par.* 1. *in recent.* eo quia in casu suo post verbum, velo, nihil subsequebatur, *vt num.* 20. in casu verò nostro subsequitur, ne bona alienentur do nec durabunt Cœlum, & Terra, & alia multa, vt legi potest, quæ verba cum sint prolata per modum rationis, quæ est generalior supra dispositis, non est dubium quin, & omnes alij de familia de Monetis comprehendantur secundum distinctionem *Rom. ab omnibus approbatam in cons.* 457. *num.* 1. *vbi Mandol. in addit. plures allegat, Rot. Bonon. in sectis decis.* 79. *nu.* 26. *& seq. Menoch. decis. Florent.* 40. *num.* 6. *& seq. & post sacram Rotam in decis.* 698. *nu.* 8. *par.* 1. *nouiss. tenet Roland. Cauagnol. in decisionibus Consult. decis.* 57. *lib.* 2. *nu.* 10. eo quia id, quod venit ex ratione expressa dicitur esse in dispositione, & ideò fideicommissum comprehendit etiam alias personas vltra vocatas, vt ibi voluit *dictus Cauagnol.* qui plures allegat *Crass. in §. fideicommissum quæst.* 5. *nu.* 8. & id approbat ipsemet *Fusar. exaduerso allegatus quæst.* 583. *nu* 19. qui sic opiniones hinc inde concordat, *& nu.* 24. nec in casu Illust. DD. de Lambertinis aliquæ coniecturæ concurrebant, nec de Actoribus in testamento aderat verbum aliquod, nec affectio aliqua fuerat declarata, *vt num.* 21. Adest etiam in casu nostro ratio conseruandorum bonorum in familia, itaut dicatur prohibitio realis, prout admittit ibi *Rotam a. decis.* 300. *nu.* 28. & extendatur ad quoscumq; *Odd. de fideicommissis quæst.* 15. *art.* 9. *nu.* 212. tanto magis cum agatur de personis comprehensis in fideicommisso, quales sunt omnes descendentes masculi Ludouici, & fratrum, & post eamdem sacram Rotam tenuisse, vt ex prohibitione inducatur nouum fideicommissum, quando extant ea verba; & hoc voluit, & fecit, vt perpetuo eius bona remanerent in agnatione, approbat *Beltramin. in addit. ad decisiones Gregor. XV.* 433. *nu.* 22. *& Eminentiss. Cabalerius in decis.* 481. *nu.* 5. vbi sustinet, per talia verba non dici prohibitionem consecutiuam, sed separatam, & principalem.

Ex quibus cessare creditur etiam ea, quæ exaduerso deducuntur, nempe non fuisse petitum ex capite contrauentionis, & clausulam omni meliori modo non operari, nam penes practicos radiculum est, & quia talis clausula, addita copula (&) vt in casu nostro operatur etiam vltrà expressa *Veral. decis.* 124. *par.* 1. *Ric. in collect.* 879. *in vers. quinto, hæ*, additis alijs dictionibus, nedum & sed, quæ denotant diuersitatem facti, & identitatem iuris *Barbos. in dictione, sed qua est* 309. *nu.* 2. vbi plures referuntur. 19

Tollitque etiam omnem difficultatem statutum nostrum in rubrica de vocatis in iure, & venien. vbi disponitur, quod in omnibus causis procedatur summariè, & de plano sine strepitu, & figura iuditij omnibus reiectis cauillationibus, & sola facti veritate inspecta, ex quibus verbis satis notum est, quod si Actor proposuit vnam causam, & aliam diuersam non propositam probauit, debet obtinere; ita in puncto *Alexand. post Butr. & Io. Andr. in l. si ita stipulatus, §. Grisogonus nu.* 8. *ff. de verb. oblig. & in cons.* 114. *nu.* 6. *lib.* 6. *Cruuet. qui Soc. & Dec. allegat in cons.* 198. *nu.* 7. *Rota Bonon. inter dictas Selectas decis.* 93. *nu.* 2. *Ric. in collect.* 699. *vers.* 3. *& post Surd. Martam, Gutterez. & alios sultimes Barbos. de clausulis clausula* 101. *nu.* 9.

CON-

CONTROVERSIA XCIX.

Pro Blaxio, & Nepotibus de Mengotijs.

SVMMARIVM.

STatutum Bonon. in rubrica de venditione, & alienatione bonorum fumantium declaratur, nu. 1. & 3.

Ex contractu nullo contra dispositionem legis, seu statuti non transfertur Dominium, nec possessio, nu. 2.

Qui percipit fructus ex re acquisita contra formam statuti, dicitur malæ fidei possessor, nu. 3.

Simulatio contractus venditionis resultat ex modicitate pretij, & pacto de francando, nu. 4.

Licet emptor non sit solitus fœnerari, nu. 5. & 7.

Fructus ex re vendita quinq; annorum coæquant valorem bonorum, nu. 6.

Per receptionem pecuniarum depositarum ad rescindẽdum contractum non dicitur renunciatiũ appellationi, n. 8.

Quod fuit impugnatum, amplius approbari non potest, nu. 9.

Renunciatio non valet, quando agitur de præiuditio tertij, nu. 10.

Renunciatio exceptioni læsionis enormissimæ non attenditur, nu. 11.

Minusque renunciari potest respicientibus fauorem rei, nu. 12.

Renunciatio in dubio non præsumitur, nu. 13.

Adsit Deus, & Virgo.

BLaxius, & Nepotes de Mengotijs fumantes vendiderunt D. Antonio de Bartolinis Ciui Bon. petiam terræ tornat. trium tab. 34. positam in Agro Bonon. pro pretio librar. 700. effectualiter dd. Venditorib. per Bartolinum solutar. cum infrascriptis pactis, videlicet.

Primò, quod licitum esset dd. venditoribus infra quinquennium d. petiam terræ francare, & redimere à d. Bartolino emptore pro eodem pretio lib. 700.

Secundò, quod si venditores prædicti infra d. quinquennium francassent d. petiam terræ, obligati essent illam locare d. Bartolino vsq; ad finem eiusdem quinquennij, pro annuo affictu libr. 42.

Tertiò, quod in casu francationis Mengotijs venditoribus nõ liceret d. petiam terræ alteri vendere, nisi prius requisito d. Bartolino, & eo expectato per mensem, infra quem si deliberasset illam velle emere, venditio ipsi facienda esset pro pretio per peritos æstimando, & in casu discordiæ per tertium ab eis eligendum.

Quartò, & vltimò, quod Mengotij obligati essent in casu francationis ad expen. Instrumenti, vt in proces. à fol. 1. & 2.

Francatio autem facta non fuit per Mengotios infra tempus conuentum, nec etiam ex post recusante ipso Bartolino, quare in Audien. paupertum de anno 1601. coram Ill. Spinola comparuerunt, & petierunt adueniente festo S. Michaelis de Mense Septembris

tunc

tunc proximè venturo togi d. Bartolinum ad faciendum ipsis francationem d. petiæ iuxtà cõuenta, etiam non obstante lapsu temporis, fundando eorum intentionem in nullitate d. Instrumenti, in simulationeq; & in expressa conuentione summ. actorum fol. 1. & in proces. à fol. 7. & 8. prout obtentum fuit 1. Februarij 1602.

Nullitatem enim ducebant ex forma *statuti sub rub. ac vend. & alienat. bonorum fumantium*, non seruata in d. Instrumento, de quo lib. 7. fol. 3. vbi tam clarè loquitur pro annullatione d. contractus, quòd non indiget alia interpretatione, nec vlterius est quærendum circa dominium, seu possessionem Bartolini, postquam ex cõtractu nullo contra dispositionem legis, vel statuti non transferatur secundum *Bart. in l. non dubium nu. 25. C. de leg. & in l. 1. §. sin vir ff. de acquirend. possess. & Rota decis. 278. num. 7. par. 2.* tanto magis, quia d. statutum cõtinet in se clausulam annullatiuam, per quam Mengotijs licet proprio contractui contrauenire fauore publici, secundum allegata per apostillan. ibidem in verbo ipso iure fol. 6.

Imò qui percipit fructus ex re acquisita contra formam statuti, dicitur malæ fidei possessor, & tenetur ad dd. fructuum restitutionem, vel ad illorum valorem, etiam ad rationem quantiplurimi pro rata sui crediti in veram sortem excomputan. *Surd. cons. 115. nu. 11. & seq. per tot.* Quod statutum loquitur generaliter de omnib. alien. in quib. fumantes in protest. facien. vel ijs fumantib. eorum communis, ac circumuicinis notificari omnia pacta, & conditiones, quæ, vel quas apponere intendant in dd. alienationib. ad hoc si quis de commune, aut alius fumans emere voluerit, emat cum dd. pactis, & condition. sub quib. verbis potest etiam verificari pactum de francando, cum latissimè intelligen. sit d. statutum ob fau. publicum ad euitandas fraudes, quæ oriri possent ad relata per apostill. in verbo pura, & simplex fol. 3.

Simulatio verò resultat ex modicitate pretij, & pacto de francan. secundum *Glos. & Doct. communiter in c. conquestus ext. de vsur. & in cap. ad nostram ext. de empt. & vendi.* Et cum simulatio sit de his, quæ occultè fiunt, & fœneratores vtplurimum occulti sint, & occultè contractus vsurarios ineunt, propterea præsumptiones, & coniecturæ sufficiunt, & omnis probatio contra eos degenerat, ita *Io. de Anan. in cons. 38. nu. 2.* cum infinitis alijs relatis in puncto per *Rot. Lucen. decis. 60. fol. 83. vers. quo verò ad merita*, vbi in subseq. *vers. fol. 84.* & 85. format illam conclusionem tam à Doctoribus controuersam, quod hæc duo requisita, nempè; Modicitatis pretij, & pacti de frãcando sufficiant in iudicando contractum simulatum, absq; eo, quod appareat, quod emptor sit solitus fœnerari, & quod hæc opinio est magis vera, communisq; & tutior in practica obseruanda. Et probata fuit læsio ex parte istorum Rusticorum primo per productionem diuisionis, & estimationis bonorum tũc inter eos communium de d. anno 1592. per publ. Agrimensorem nunc mortuum factam fol. 8. per quam apparet d. petiam terræ æstimatam esse pretij, & valoris libr. 400. pro qualibet tornat. & sic in totum fuisse pretij lib. 1494. fol. 10. Secundò per relationem periti ab ipsis electi iuramento firmatam in proces. à fol. 31. Tertiò per depositionem duorum testium peritorum cum interrogatorijs partis examinatorum, & rationem eorum scientiæ, & peritiæ referen. & inter alia attestan. hanc petiam terræ vno anno, cum alio computato detractis detrahendis esse annui redditus pro parte dominicali lib. 80. Quæ probatio circumscriptis alij demonstrat d. petiam terræ esse valoris lib. 1600. & sic læsionem enormissimam, quia tempore 20. annorum fructus eorum quant valorem bonorum, & ex lib. 5. fructuum præsumitur valor lib. 2100. *Glos. in auth. perpetua littera C. in verb. tulta, C. de S.S. Eccl. Rom. cons. 423. Ias. in l. si fundum, la seconda n. 5 ff. de leg. 1. & Pinel. in repet. l. 2. in tertia par. c. 4. & vlt. n. 2 C. de rescind. vend.* Et pro simulatione in hac causa miserabilium personarum contra Bartolinum vrgent quamplures præsumptiones, & inditia.

Pri-

Primò, intentio istorum Rusticorum, quæ nunquam fuit vendendi d. petiam terræ, siquidem illam pignorandi, ex quo testes dixerunt, *Il Bartolino gli diede denari sopra*, & ipsi Mengotij post d. alienationem illam inter eos diuiserunt.

Secundò, illa duo pacta incontinenti apposita d. alienationi, quod in casu frãcationis medio tempore Mengotij non possent de ea liberè disponere, quinimò obligati essent illam d. Bartolino locare pro annuo affictu lib. 42. & constat, quod est annui redditus lib. 80. pro parte dominicali detractis detrahendis; Adeoq; dignoscitur, quod Bartolinus intentionis erat cum dictis suis lib. 700. in inuestitura stabilium velle lucrari ad rationem lib. 11. & sol. 10. bon. pro quolibet centenario, vel cum pecunia de contanti consequi velle duplicatum affictum.

Alterum verò, quod ijdem Mengotij in casu francationis non possent eandem petiam terræ alteri vendere, sed deberent Bartolinum requirere, & illum expectare per mensem, & cum eo contrahere iuxta æstimationem facien. per peritos, ex quo pacto infertur etiam ad aliam præsumptionem fraudis, quod ratione vicinitatis, & vt dicitur (per il beni stà) voluit sibi assicurari, vt non teneretur ad illud pretium, quod plus esset soluturus, iuxta constitutionem editam per olim Em. D. Card. Gaetanum tunc Legatum, sed solum ad illud pretium, quod communiter ipsa bona æstimata fuissent.

Tertiò, consideratio, quam faciunt Doct. circa illud pactum, quando merces instrumenti
7 spectat ad venditorem in casu francationis per doctrinam *Abbat.* & alia allegata à *Laderch. cons.* 132. vbi diffusissimè tractat materiam dd. contractuum.

Quartò, & vlr. illa vrgentissima suspicio, dum d. petia terræ secuta alienatione non fuerit exempta ab æstimo, prout idem Bartolin. obtinuit ex speciali gratia ab Ill. DD. de Regimine pro alijs suis bonis æstimo, & collectis obnoxijs, sed illam scriptam semper reliquit partitæ d. Blaxij, & permisit ab eodẽ Blaxio impositiones, & grauamina solui, non obstante, quod ipsemet quotannis perciperet fructus ad ratam de qua supra, iuxta notata per *Paris. cons.* 82. *nu.* 39. *in* 3. *allegat* per eundem *Laderch. d. cons.* 131. *nu.* 5. Quod autẽ prædicta vera sint probat fides Notarij DD. Assumpt. Gubernij in proces. a. fol. 41.

Et pro noua conuentione prorogandi d. pactum de francando ad aliud quinquennium, inductus fuit testis in facto proprio attestans, & plenè, ac specificè prorogationem deponens, qui negari non potest, quin probet semiplenè, & trãsferat onus probandi contrarium in aduersarium, ad allegata per *Farinac. de testib. q.* 67. *nu.* 50. *&* 51. & tanto magis, dum est affinis, & sanguine coniunctus in æquali gradu, tam ipsis Mengotijs, quam Bartolino ex allegatis per eundem *Farinac. q.* 54. *nu.* 45. *&* 46.

Quare stantibus prædictis, credens in effectu d. decretum Illustris. Spinolæ tanquam iustificatum coram quocumq; Iudice sustineri posse, maximè dum omisso rigore compensandi fructus in sortem ab eo amplexus fuerat illam æquitatem prorogandi d. pactum, vt restitutis lib. 700. Bartolinus coactus esset ipsa bona Mengotijs restituere, quæ omnia proposita fuerunt coram R. D. Vicario Eminentiss. Archiepiscopi, cui per Breue Apostolicum commissa fuerat causa appellationis pro parte Bartolini interpositæ à d. decreto Illustris. Spinolæ, vt in proces. B fol. 5.

Qui D. Vicarius fuit contrariæ sententiæ, & ipsum Bartolinum à petitis absoluit, vt in eod. process. fol. 104. Et ex quo dicti pauperrimi Rustici receperant mutuo libr. 700. quas depositerant super Montem Pietatis, prout ex partita, quæ exhibetur Excell. D. Ponenti, & molestati erant pro illarum restitutione, & illas à Monte amouerunt, & deuoluta causa in Rota coram D. Camerario per appellationem declarauit d. Blaxium renuntiasse appellationi per receptionem dictarũ pecuniarũ, quæ non obstant de iure.

Primò, quia hoc fecerunt non animo renuntiandi d. appellationi, sed metu indignationis
8 d. eorum patroni, qui vel potuisset eos grauare pro d. summa pecuniarum, & alijs, quæ

tunc

tunc ipsi debebant, & etiam de colonia expellere, & sic ad remouen.d.grauamen ex allegatis per *Achil.Craſ.decis.247.alias 21.de appell.per tot.*

Secundò, asserta renuntiatio procedit in concernen.ipsam appellationem,& illius merita, non autem in remotis, & penitus extraneis, vt in hoc casu,in quo per d.depositum non apparet, an isti Rustici foueant bonum ius, vel non, & hæc est vna ex declamationibus ad d. regulam, quã etiam vlt.posuit *Rugineli.in suo tract.de appel.§.9.n.1.n.42.fol.294.*

Tertiò,quia facto d.depositoram Illustriſs. Spinola,Bartolinus ſtatim cõtradixit, & illud
9 impugnauit , quo casu si Mengotij re integra illud reuocarunt ex eo Bartolinus iuuare non potest cum semel fuerit reprobatum , & amplius non potest approbari *Sard. decis. 185.n.21.& 22.*vbi tractat materiam, quando per comptomissum post sententias sit renuntiatum rei iudicatæ, & negatiuè sustinet, nisi expresse dictum fuerit.

Quartò, quia ab effectu colligitur , qualis fuerit animus istorum Rusticorum , dum reuocato d. depositò ab ipsa sententia appellarunt , causamque d. appellationis in Rota introduxerunt, & semper illam prosecuti fuere , quo casu intrant allegata per *Euerard. in sua Topica in loco ab effectu nu.4.*

Quintò, agitur etiam de interesse neporum d.Blaxij, qui assertæ venditionis instrumento
10 interfuerunt,& in partẽ suam Blaxio d.pertam terræ assignauerunt, adeout non valeat renunciatio , quando agitur de præiuditio alterius , quam renunciantis, facit *tex. in l. fin.ff. de pact.Cranet.conſ.959.nu.50.*

Sextò, debebat iste ignorans Rusticus certiorari de præiud. *Hoſt. in ſumma de ſia. §. & ſi quis*, refert, & sequitur *Dec.in l.ſi quis in conſcriben.C.de tranſ. nu. 31.* cui in omne ne euentum concedenda est restitutio in integrum, *Gloſ.in l.poſtquam liti, & ibi Laſ.& Purpur.C.de pact.*

Septimò, & vbi renunciatum esset læsioni enormi, seu remedio *l.2.C.de reſcind.vend.* re-
11 nunciatio talis læsionis enormis non teneret, nec valeret *Calder.conſ.2.in tit.de arbitr.* & alij quos refert *Cranet.conſ.635.nu.6.*

Octauò , quia de iure diuino prohibiti sunt contractus vsurarij , & fictitij , & respicienti-
12 bus fauorem Dei renunciari non potest, multos allegat *d. Dec. in d.l. ſi quis in conſcriben.n.26.*& ea facilitate, qua ipse Blaxius inductus fuit ad contrahendum,ita si renunciatio esset expressa,præsumeretur ad renuntiandum *Cranet.conſ.657.nu.6.*

Nonò , d. actui interuenire debebat præsentia partis , aut ludicis acceptatio , quæ non leguntur *Dec.in l.poſtquam C.de pact. nu.7.*& renunciatio fieri non videtur, nisi exprimatur ibi *nu.16.*& renunciatio iuris sui in dubio non præsumitur *tex. eſt in l.ſicut §.non videtur ff.quib. caut.pign. vel ſupp.fol.I.vulg.cum de indebito ff.de probat.c.ſuper hoc, & eſe-*
13 *nè de renunt.* nec per actus tacitos illa inducitur *Cranet. conſ.668. nu. 2.per doctr.Bart. in conſ.206.& Cepol.in conſ.6.*

Nec minus obstare potest exceptio assertæ rei iudicatæ , stan. alijs supradictis causis,quæ deduci, & intentari poterant , ob quas causas in actore non obstaret exceptio rei iudicatæ , quia expressa certa causa non obstat agenti ex alia exceptio rei iudicatæ *l. ſimiliter §.ſi quis autem* allegata à *Bart.in l.& an eandem ſub cod.tit. ff. de except.rei.iud.* sed in casu nostro non adest res iudicata. Ex quibus speratur declarari in fauorem dd. de Mengotijs, & declarari bene fuisse iudicatum per Illustriſs. Vicelegatum Spinolam.

Saluo &c.

CON-

CONTROVERSIA C.
Pro D. Pantasilea Guidonia.

SVMMARIVM.

BVlla Pij Quinti reuocat omnes concessiones factas Co. Palatinis legitimandi naturales ad præiuditiũ vocatorum ad fideicommissum, nu. 1.

Quod Testator non expressit, nec nos exprimere debemus, nu. 2.

Facienda est omnis interpretatio, ne absurdum sequatur, nu. 3.

Vbi viget diuersa ratio, ibi viget diuersa iuris dispositio, nu. 4.

Fœminæ dicuntur excluſæ, si sint vocatæ post masculos, & masculi extent, nu 5.

Et semel excluſæ semper dicuntur excluſæ, & omnes ab eis descendentes, nu 6.

Maximè si extet Statutum fœminarum excluſiuum, nu 7.

Et substitutio sit facta per nomina appellatiua, nu 8.

Non datur regressus aduersus repudiationem, & donationem præcedente decreto iudicis, & iuramento, nu. 9.

Filiatio non dicitur probata si non constet de matrimonio. & quando prætensus Pater profilio, quẽ non nominauerit, nu. 10.

Co. legitimanti est exprimenda qualitas personæ legitimandæ, nu. 11.

Et in dubio non extãte matrimonio filij præsumuntur spurij, nu. 12.

Ex malitiosa taciturnitate vitiatur legitimatio, nu. 13.

Minor decimo octauo non præsumitur posse habere veram causæ cognitionem, nu. 14.

Legitimatio non præcedente præordinatione Patris defuncti est faciẽda cum citatione consanguineorum, nu. 15.

Nec potest retrotrahi ad tempus mortis Patris, nu. 16.

Vulgo quæsitus Patrem certum demonstrare non potest, nu. 17.

Verba in separata oratione non repetunt præcedentem dispositionem, nu. 18.

Non est recedendum à proprietate verborum, nu 19.

Dicto (dictis) repetit præcedentia, nu. 20.

Verba in una substitutione non censentur repetita in alia substitutione separata, nu. 21.

Vbi non est eadem ratio vnquam datur repetitio, nec de re ad rem, nec de persona ad personam, nec de capitulo ad capitulum, nu. 22.

Nec quando agitur contra dispositionem iuris, nu. 23.

Adsit Deus, & Virgo.

ANno 1575. 27. Maij D. Galeatius de Boue in eius testamento hæredes vniuersales instituit, nominauit, & esse voluit DD. Achillem, & Furium Camillum eius

filios legitimos, & naturales, & eos inuicem subſtituit vulgariter pupillariter, & per fideicommiſſum, & vnicuiq; ex eis quandocumq; decedenti cum liberis, & ſeu deſcendentibus maſculis ex legitimo matrimonio omnes eorumdem liberos ſemper primo loco, & illis non extantibus, vel quandocumq; in totum decedentibus illius, & illorum liberos maſculos naturales tantum, ſiue baſtardos, illegitimos, & ex quouis etiam damnato coitu procreatos, vel procreandos, ſecundo loco ſubſtituit, vt ſupra etiam per fideicommiſſum, & infinitum in ſtirpes, & non in capita, ita quod filij ſemper ſuccedant loco Patris prædefuncti, eis attributa facultate, vt poſſint ſe legitimari facere ab habente auctoritatem toties, quoties opus fuerit.

Cuicumque verò dd. ipſius Teſtatoris filiorum decedenti ſine liberis, & deſcendentibus maſculis tam primi, quam ſecundi ordinis, de quibus ſupra, ſubſtituit, vt ſupra alium, ſeu alios ſuperuiuentes ex ſupra nominatis eius filijs, & hæredibus, & prædefuncti tunc liberos deſcendentes maſculos, & per maſculum primo loco ſemper legitimos, & naturales, & ſecundo loco in totalem deficientiam dd. legitimorum baſtardos, & illegitimos ſimiles in ſtirpes, ita quod filij ſemper ſuccedant loco Patris prædefuncti, vt ſupra, & eos inuicem ſubſtituit videlicet quamliber prolem, & deſcendentiam dd. eius filiorum inuicem, & viciſſim donec durabit, ita quod omninò deſcendentes cuiuslibet ſtipitis, & prolis dd. eius filiorum maſculi legitimi, & naturales in infinitum primo loco inter ſe, & inuicem baſtardi, & illegitimi ſecundo loco eodem modo perpetuò vocentur, & veniant, ac vocati, & venire intelligantur ad hæreditatem, & bona ipſius Teſtatoris, donec & vſque quo in ſeculo durabunt dictæ reſpectiuè deſcendentiæ maſculinæ ipſius D. Teſtatoris omni meliori modo, vt ſupra, & voluit eos omnes præferri fœminis, voluit tamen eas dotari, & mobiliari ex bonis eius hæreditatis.

Et caſu quo vmquam proles maſculina cuiuſuis dd. ordinum in totū deficeret, tunc d. D. Teſtator inſtituit, vocauit, & nominauit ſiue ſubſtituit vt ſupra pro medietate eius hæreditatis, & bonorum D. Iuliam vxorem D. Hyppoliti de Guidonibus eius filiam, auctoritate Apoſtolica legitimatam, & ea in rerū natura non exiſtente, ſiue poſtea quandocumq; deficiente eius liberos maſculos, & illis non extantibus, vel quādocumq; ſine liberis decedentibus filias fœminas d. D. Iuliæ eius filiæ æqualiter inter eas, & pro alia verò medietate eorumdem bonorum D. Cōſtantiam vxorem D. Bartholomæi de Dondinis alterām eius filiam in omnibus, & per omnia, vt ſupra, pariter diſpenſatam, & habilitatam ſimiliter ſuperuiuentem, & poſt eam illius liberos maſculos, & eis non extantibus, vel decedentibus ſine prole filias fœminas loco matris prædefunctæ in omnibus, & per omnia vt ſupra de d. D. Iulia diſpoſitum fuit liberè, & in totum abſolutè. Quos quidem filios, & deſcendentes maſculos, & fœminas reſpectiuè cuiuſuis prolis, & ſtipitis dd. eius filiorum, *quandocunq; ſine liberis legitimis, & naturalibus decedentes* inuicem, vt ſupra ſubſtituit in infinitū de prole in prolem, videlicet maſculos inter ſe *de maſculo in maſculum*, & fœminas inter ſe *de fœmina in fœminam*, donec durabit deſcendentia dicti ipſius Teſtatoris filiarum: Vna verò ex prole, & deſcendentia dd. DD. Iuliæ, & Conſtantiæ eius filiarum in totum deficiente, idem Teſtator vocauit, & ſubſtituit alteram prolem, & deſcendentiam alterius filiæ, donec & quouſque in infinitum durabit, & viuet, cum eiſdemmet reſpectiuè ſubſtitutionibus maſculorum inter ſe primo loco, & fœminarum inter ſe ſecundo loco in omnibus, & per omnia, vt ſupra dictum fuit. Et totaliter extinctis lineis dd. DD. Iuliæ, & Conſtantiæ, idem Teſtator ſubſtituit plures alios de familia de Boue.

Prohibens etiam expreſsè, & omninò vetans ipſe D. Teſtator omnibus, & quibuſcumq; *hæredibus* inſtitutis, & ſubſtitutis tacitèque, & expreſsè in eius teſtamento deſcriptis, & *vocatis* nedum omnem, & quamcumq; cuiuſuis generis, tituli, & nominis alienationem

nem, & distractionem quorumcumq; suorum bonorum, & furium hæreditariorum, excessiuam arborum incisionem ex quacumq; de causa etiam vrgentissima, verum etiam quamcumq; detractionem trebellianicæ, & falcidiæ, ac etiam legitimæ portionis iure naturæ concessæ, ac debitæ, vel debendæ in huiusmodi hæreditate, & bonis noluit fieri posse, vel debere vllo vmquam tempore per quemcumque, etiam si Inuentaria conficerentur, & alia debita iuris solemnia seruarentur. Cum maximè vellit, & intendat omninò ipse D. Testator eius quæcumq; bona integrè semper, & continuè conseruari debere in eius agnatione, & familia, ac in alios, vt supra respectiuè nominatos omni meliori modo, vt supra, sub pœna priuationis quorumcumq; relictorum in eius testamento illi, vel illis sic contrauenientibus, auferendo, & illicò applicando venientibus, & vocatis post eum, vel eos, secundum ordinem in testamento seruatum, ac si propriè essent defuncti, & deficerēt, & omni casu, & tēpore, quo, & quibus vmquam in futurum ex quacumq; ratione, vel causa etiam necessaria, & vrgentissima, ac à iure permissa, præterquam pro dotandis mulieribus, & redimendis captiuis à manibus hostium, aut criminaliter carceratis: Et si dicti descendentes, & alij tacitè, & expresè vocati, & substituti in eodem testamento, aut aliquis ipsorum venderet, donaret, cederet, permutaret ad longum tempus, vel vltra nouennium locaret, aut concederet, aut titulo alienationis transferret, etiam sub prætextu legitimæ portionis sibi de iure debitæ, aut trebellianicæ de iure fortè detrahendæ, siue consecutionis dotium maternarum aliquam partem bonorum suæ hæreditatis, tunc voluit bona deuolui ad loca pia, donec alienans vixerit, bonaq; sua descripsit in testamento.

Per mortem eorumdem Furij Camilli, & Achillis sine filijs masculis euenit casus fideicommissi, & vocationis dd. DD. Iuliæ, & Constantiæ substitutarum, quæ de anno 1595. 26. Augusti obtinuerunt per Perillustres DD. Helisabet, & Franciscam filias natas ex legitimo matrimonio d. D. Achillis sibi restitui bona subiecta fideicommisso d. D. Galeatij, demptis nonnullis portionibus sibi vti filiabus debitis, & quibuscumq; alijs deductionibus, & melioramentis, & vt in publico Instrumento constat.

Per mortem Iuliæ bonorum suorum portio peruenit ad Galeatium, & Franciscum vltimo loco mortuum absq; aliquibus filijs masculis, nec fœminis, relicta tantum D. Pantasilea sorore, & filia legitima, & naturali, nata ex legitimo matrimonio d. olim D. Iuliæ, & D. Hyppoliti coniugum, quæ vna cum Illust. D. Carolo Arengheria ex D. Barbara sorore agunt aduersus possessores bonorum hæreditariorum d. D. Galeatij Bouij per D. Franciscum alienatorum.

Et cum negotium esset in expeditione pro parte eorumdem possessorum ad euitandum condemnationem, & bonorum relaxationem, fuerunt adducta plura obstacula. Primò articularunt d. Franciscum reliquisse filiam fœminam, & dubitantes ex probationibus factis, ne vanitas (qualis est in effectu) detegatur: Secundo loco articularunt extare quamdam Hyppolitam prætensam filiam D. Galeatij Guidonij, vt supponitur hodie post litem cæptam legitimatam, & talibus exceptionibus intendunt se defendere.

Quæ omnia vana redduntur, ne dum ex facto, sed ex iuris dispositione, quicquid exaduerso scribatur.

Quo ad factum, si inspicimus verba Testatoris, non sunt vocatæ in casu hoc filiæ fœminę, dato, quod tales essent probatæ, siue essent spuriæ, siue alios quosuis defectus natalium paterentur, ibi, *Quos quidem filios, & descendentes masculos, & fœminas respectiuè cuiusuis prolis, & liptis dd. eius filiarum quandocumq; sine liberis legitimis, & naturalibus decedentes inuicem, vt supra, substituit in infinitum de prole in prolem, videlicet masculos inter se de masculo in masculum, & fœminas inter se de fœmina in fœminam, donec durabit descendentia dd. eius filiarum.* Cum ergo Galeatius, & Franciscus defecerint absq; filijs

legitimis, & naturalibus, euenit casus vocationis d. D. Pantasileæ d. Iuliæ filiæ, eo quia descendentes naturales tantò magis spuriæ non sunt vocatæ à Testatore, nec faciunt deficere conditionem, *Caphal. cons. 186. nu. 71.* accedente *Bulla Fy Pape Quarti* de anno 1562. Kal. Ianuarij, quæ ad litteram reuocat omnes concessiones factas Comitibus Palatinis legitimandi naturales ad præiudicium vocatorum ad fideicommissum, & aduertunt *Oddi. cons. 16. nn. 14. Monded. cons. 64. nu. 39. lib. 1. & cons. 59. nu. 8. lib. 2. Gratian. in discept. c. 673. num. 21.* dicens aduersus d. Bullam non operari amplissimam facultatem concessam Illustris. Co. Campegijs. 1

Nec dicatur hic interuenisse voluntatem Testatoris, ex consideratis per scribentem, nam est omninò aduertendum, quod Testator verè vocauit Bastardos, & alios, defectus natalium patientes, dum disposuit de Furio Camillo, & Achille eius ex legitimo matrimonio filijs, & de eorum descendentibus, sed non quando locutus est de descendentibus Iuliæ, & Constantiæ, in eis. n. contemplata est qualitas legitimitatis, ibi *Steckilys legitimis, & naturalibus*; & sicut Testator expressit in substitutionibus filiorum, & descendentium Furij Camilli, & Achillis Bastardos, & vt supra, ita & in hac substitutione fecisset, si huius intentionis fuisset; sed non expressit, ergo noluit, *l. vnica. S. in autem. C. de caducis tollen. cap. ad audientiam, de decimis Ann. cons. 22. Greg. XV. decis. 514. n. 6. vbi Oliuer. nu. 17. Curt. iun. cons. 163. n. 8. & plures citat. Marzar. cons. 18. n. 12. Dec. cons. 567. & cons. 581.* dicens, quod hæc regula negatiua est attendenda, quia negatiua magis negat, quàm affirmatiua affirmat, *Peregr. de fideic. art. 25. nu. 2. vers. Contra verò decisum legitur*, eo magis, quia personæ sunt diuersæ, & in orationibus perfectis, & separatis honoratæ, vt ait idem *Peregr. art. 16. num. 90.* Et cum non conueniant verba, nec conuenit dispositio *l. 4. S. ottes. ff. de damno infecto, l. seruum, S. non dixerit, de aquir. haredit. Rom. cons. 442. nu. 2.* & verba prædicta restringuntur per rationem, secundum suam causam, *Surd. decis. 321. nu. 29. & 30.* Et quia etiam diuersa viget ratio, nam in prima institutione, & substitutione facta de filijs Furij Camilli, & Achillis, reperiuntur excluse neptes ex filijs masculis ex legitimo matrimonio procreatæ, & illæ spuriæ ex nepotibus legitimatis melioris essent conditionis, quam dictæ Testatoris ex filijs masculis ex legitimo matrimonio procreatis neptes, Resultaret æquidem in hoc inhumanitas, scandalum, & inconueniens, & ideò facienda est omnis interpretatio, ne absurdum sequatur, etiam si opus sit, recedendo à propria verborum significatione *Alex. cons. 17. nu. 7. lib. 7. Ruin. cons. 42. nu. 8. & seq. lib. 2. Surd. cons. 85. num. 27. lib. 1. Fusar. de substit. quæst. 320. nu. 45.* Ita etiam *Euerard. in loco ab absurdo idem Peregr. art. 11. n. 45.* & verisimile est, quod plus testator amauerit dd. eius ex filijs neptes qualitatum, de quibus supra, quam proneptes, ex fœminis, non tantum naturales, sed & spurias, & ex vulgò conceptas; Vbi ergo viget diuersa ratio, vigere debet varia iuris dispositio, vt diximus, *Cranet. cons. 3. in fine, & cons. 942. num. 11.* & in fideicommissis non fit extensio de persona ad personam, nec de casu ad casum, etiam ex verisimili mente disponentis, *Iaf. cons. 220. nu. 10. lib. 2. & cons. 228. nu. 5. cod. lib. 1. Ant. Bellon. cons. 67. nu. 4.* 2 3 4

Secundò magis demonstrando, quod nec Hippolita, nec Francisca impediunt Pantasileam actricem, dicitur primo Galeatium obijsse ante Franciscū, & per superexitiam Franciscī omne ius fideicōmissi fuisse in eo radicatum, ibi; *De masculo in masculum*; quo casu, dato etiā, quod Galeatius habuisset filiam legitimam, & ex legitimo matrimonio natam, remanet exclusa à Francisco, nam fœminæ sunt vocatæ, deficientibus masculis, quo casu cum agatur de hæreditate auita, nō potest dici filiā subintrare in locū patris, *Afflict. ap. lib. 2 Feud. in tit. de eo, qui sibi, & hæredib. suis, S. nec obstat ratio. vers. Nam in casu nostro. Cultr. cons. 300. n. 1. & 2. lib. 2.* Dicens durante linea masculina, fœminā non esse admittendā, *Peregr. de fideic. art. 17. nn. 40.* facit. n. illud *Euang. Matthæi in initio* 5

Euan-

Euangelij de generatione D.N.Iesu Christi, vbi semper masculos describit, ibi, *Iacob autē genuit Iudam, & fratres eius*, & ibi, *Iudas genuit Fares, & Zaram, & fratres eius*, & ibi
6 *Iosias genuit Ieconiam, & fratres eius*, cum ergo eo tunc Hyppolita fuerit exclusa, perque remanent exclusa, *Bart. in l. fin. ff. ad Tertullian. Socin. cons. 92. n. 1. & cons. 50. in 3. lib. Dec. cons. 309. Castrens. d. cons. 300. num. 2. Peregr. de fideicom. art. 27. num. 17. & seqq. & cons. 59. nu. 15. & seqq. lib. 1. Ruin. cons. 119. nu. 7. lib. 2.* & non solum ipsa fuit exclusa,
7 sed omnes descendentes ex ea, maximè in hac Ciuitate, stante Statuto, fœminarum
8 exclusiuo; & quia facta est substitutio per nomina appellatiua, vt ait *Peregr. loco quo supra nu. 21. & seqq. & habetur in decis. 405. nu. 3. & plurib. seqq. p. 5. d. suer. Thesaur. decis. 62. num. 5.*

Denique hic dicitur contemplata agnatio, licèt vocatæ sint fœminæ post masculos, eo quod earum vocatio non excludit, dum non extent masculi, nec ipsæ sunt admittendæ; *Bald. cons. 40. lib. 3. & post Angel. Gozad. & alios plures dixit Sacra Rota decis. 135. nu. 13. par. 1. dinterp. Fusar. de substit. post alios quæst. 311. nu. 13. & nu. 36. qui plures allegat. & nu. 98.* demonstrat semper esse exclusas fœminas, etiam si extent masculi remotiores in gradu; *& post Roland. aduertit Rot. penes Caualer. decis. 583. nu. 1.*

Secundò, extat repudiatio d. fideicommissi, & donatio facta per Hyppolitam Franciscō,
9 in tantum, vt Hyppolita aliquid non possit prætendere, cum ad repudiata, renunciata, & donata non detur regressus, maximè accedente decreto Iudicis, & iuramento, *Peregr. d. tract. de fideic. art. 52. nu. 11. & seq. Fusar. in d. tract. quæst. 587. nu. 3. & seqq.* In membranis ea tunc dicatur nedum possessio, sed & dominium, accedente, nempè clausula, ad habendum, *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsump. 35. nu. 38. & nouissime Bursat. decis. 774. nu. 8.*

Tertiò, filiatio nō est probata, & ei repugnat præsumptio, eo quod nullibi reperitur, quod
10 Galeatius eam pro filia nominauerit, quo casu non posset dici eam esse in quasi possessione filiationis, *ita post Curt. Iun. & Ruin. affirmat Menoch. lib. 6. præsumpt. 64. nu. 40.* dictaq; Hyppolita fingitur nata ex quadam muliere sine cognomine, nec fuit expressum,
11 an esset nupta, an esset concubina, & an esset publica, quæ qualitas erat exprimenda in
12 prætensa legitimatione, *latè Gratian. in disceptat. cap. 744. nu. 28.* in dubio q; eam spuriam præsumi; scripserunt *glos. in cap. lator, qui filij sint legit. & tbi Præpositus in 2. quæst. Cabrens. & Alex. in l. 2. in princ. ff. de liberis, & posth. Alciat. in tract. de præsumpt. regula 2. præsump. 5. nu. 8. post Aretin. & Io. Baptistam de S. Seuerino, quos allegat Thomas Ferratus in cautel. 41. in fin.*

Quartò, in prætensa legitimatione non fuit expressum extare substitutos, & iam litem fuisse cœptam, immo eo tempore cœptæ legitimationis fuisse conclusum in causa, & plu-
13 ries citatum ad sententiam, ex qua malitiosa taciturnitate talis legitimatio vitiatur, *Dec. in cap. sedes, nu. 5. de rescript. Seraph. decis. 870. & melius decis. 989. num. 4. Marchesan. de commiss. in tit. de signatura gratiæ parte prima, cap. secundo, nu. 39. & seqq. Puteus decis. 41. lib. 3.* Et idcircò non subsistere legitimationem (de agnatis) non facta mentione, post alios dixit *Lupus de legitimis, & nat. resist. Comment. 3. §. 4. nu. 23. vers. Quod tamen.*

Quintò, vt audio Illustriss. D. Co. legitimans, seu dispensans est minor 18. anno, quo ca-
14 su non præsumitur potuisse habere veram causæ cognitionem, & propterea ignorasse ius, & factum, *Burat. decis. 181. num. 6.* Videmus. n. minorem decimo octauo anno non posse iudicare, *ex text. in l. quidam cum filiolum. ff. de ædilit. edict. vbi Alex. & cæteri, & in hoc faciunt notata per Montereul. ad Statut. nostrum in Rubr. de contract. cum minor. & fil. fam. in S. adiungentes, in verbo decem, & octo annis*, minusq; præsumitur Imperatorem tali legi derogari voluisse, cum id deuiet à iure communi, *Seraph. decis. 1358. nu. 4. & 5.*

Scatò, nullibi probatur prætensum Hyppolitæ Patrem prædimisse eam legitimari, quo

15 casu legitimatio eo defuncto sine consanguineorum citatione, fieri non potest *Peregr. de fideicommiss. art. 23. nu. 52. vers. Contra*, qui loquitur in fortioribus terminis de Principe legitimante, in quo cum citatione non posse post ius alteri quæsitum per legitimationem tolli; dixerunt *Lupus in d. tract. de legitim. & naturalib. restit. in comment. 3. S. 5. nu. 16. vers. Non tamen credatur, & multis nu. seqq. Peregr. ubi nu. 74. quæ plures allegat Gratian. in 3. disc. cap. 635. nu. 20. & seqq.* nec vim habere, nec posse retrotrahi legitimationem, post plures dixit idem *Fusar. de subst. qu. 408. nu. 176.*

16 Et quæ de Hyppolita dicta sunt, eò magis procedunt in Francisca, quæ nec à Patre tempore conceptionis conjugato pro filia habita fuit, sed exhæredata (extranea hærede relicta) & vt creditur probatum est ex testibus examinatis vulgò, & ipsa comperta, in tantum, vt certum patrem demonstrare minimè possit, S. *vulgo quæritur, Instit. de leg. agnat. success. Peregr. art. 23. nu. 37.*

17 Nec est verum, vt asseritur exaduerso ipsas mulieres habere prærogativam voluntatem testatoris, & sic legitimationem retrotrahi ad tempus debitæ successionis, etiam in præjudicium tertij.

Quia id negatur in facto, verum tamen est, quod testator primo hæredes instituit Furium Camillum, & Achillem filios, & quemlibet eorum, & substituit eorum filios, & descendentes masculos, & illis non extantibus, vel quandocunq; in totum decedentibus, substituit illorum liberos masculos, naturales, tantum, siue bastardos illegitimos, & ex quibuscunq; etiam damnato coitu procreatos, vel procreandos secundo loco, vt supra, substituit etiam per fideicommissum, & in infinitum, & in stirpes, & non in capita; ita quod filij semper succedant loco patris præmortui, adiciendo hæc verba, *Condidit deinde, & attribuit per ipsum D. Testatorem quibuscumque tam dictis, quàm aliis quibuscumq; virilisq; etiam sexus ipsius D. Testatoris filijs liberis, & descendentibus ballardis, illegitimis, & interpositis dictis liberis, & ne plissima facultate, & forma, quibus opus est, ac sibi contumelium, vel dirimi, & tum tutor à dispensari, legitimari, & habilitari faciendi, capacesq; effici ad bona mobilia, & alias quæcumq; successiones, officia, dignitates, & alia eorum arbitrio, per quoscumq; superiores, & alios ad id ex lege potestatem habentes, ac in omnibus, & per omnia secundum quod, & prout vniuersaq; dicti illegitimorum placebit, in forma rei valida.* Sed verba primò sunt in oratione separata, & de per se omnino perfecta, quæ casu non inducunt vocationem, & substitutionem fœminarum, de qua de quibus agitur, *Rom. cons. 505. nu. 2. Tusch. in litera V. concl. 157. nu. 5 & seq.* & continent tantum protestatem, vt filij & descendentes dd. filiorum masculorum vtriusque sexus legitimentur,

18 19 quæ verba cum sint clara, non est ab eorum proprietate recedendum, *l. non aliter ff. de leg. 3. Ille, aut ille, S. cum in verbis, eod. tit.*

Secundò, si diceretur quod vocationem dicta verba importarent, filiæ fœminæ D. Achillis natæ de legitimo matrimonio fuissent admissæ, & verisimiliter Testatori ipsæ magis erant dilectæ, quàm prætensæ pronepotes ex filiabus naturales, spuriæ, & adulterinæ, quod dicendum non est, vt supra.

Tertiò, id demonstrant verba sequentia repetitiua prolis dd. filiorum primo loco institutorum, *ad Peregr. in tract. de fideicom. artic. 16. nu. 25. & 33. 44. 45. & nu. 59.* & de diuisione (dictis) vt restringat ad primo loco vocatos onus, & conditionem *Anchar. post Dec. Part. 5. & alios in lib. 4. præsumpt. 178. n. 20. & seq. & nouiss. Fusar. quæst. 449. nu. 12.*

Quarto, ex post melius Testator demonstrauit, dum separatim dixit, & casu quo vnquam dd. proles masculinæ, cuiuslibet dd. ordinum in totum deficerent; tunc dictus D. Testator instituit, vocauit, & nominauit, siue substituit, vt supra, pro meliorata eius hæreditatis D. Iuliam vxorem D. Hyppoliti de Guidonibus, &c. quod ergo separauit, & se-

21 iunxit testator, non debet D. exaduerso scribens habere pro vnito, & verba, quibus

vsus

vsus fuit in institutione, & vocatione descendentium ex masculis, non censetur repetita in substitutione de aliis in separata oratione nominatis, *& aliquibus. Socin. quidam, ff. de legat. primo, l. sub conditione, ff. de hared. instit. Fusar. in quæst. 450. num. 3. quæ plures allegat.*

Quintò, non poterit dici de repetitione, quia Testator adiecit qualitatem in conditione de filijs legitimis, & naturalibus d. Iuliæ, *peregr. de fideic. art. 36. num. 94.* quæ qualitas vnitorum non concurrit in dd. spurijs, & naturalibus, *peregr. de fideic. art. 35. & 136.* cum ergo constet de voluntate Testatoris, non est in hoc disputandum, *Oldrad. consil. 132. Socin. in cons. 142. num. 24. lib. 3.*

Sextò, vbi non est eadē ratio, vmquam datur repetitio qualitatis, nec de re ad rem, nec de
22 persona ad personam, nec de capitulo ad capitulum, *Cur. de lib. præterito vt etiam pulchrè adducit ibi Peregr. de fideic. art. 38. Oldrad. cons. 95. num. 8. & postillam Fusar. de substit. quæst. 450. num. 8.* maximè in hoc casu, quia facta repetitione, sequeretur absurdum, nam neptes natæ ex legitimo matrimonio postponerentur pro nepotibus spurijs ex feminis, vt superius dictum fuit; *vide idem in eadem S. fin. ff. de pœnis, & minum. iudic. vbi glos. Bart. & cæteri.*

Septimò, cessat repetitio quotiescunq; agitur contra dispositionem iuris, *idem Fusar. de*
23 *substit. quæst. 403. nu. 36.* cum ergo Testator non fecerit repetitionem de Bastardis, & Spurijs descendentibus à Iulia, non est à D. Claudio Scribente somniandum, nam expressisset Testator, si de Bastardis descendentibus à Iulia intellegere voluisset, vt diximus, & affirmat *Fusar. dicta quæst. 103. nu. 7. Socin. in l. fin. num. 3. ff. de rebus dubys, Peregrin. dicto artic. 36. nu. 46.* Non nego apertè videmus, quòd in prima institutione, & vocatione descendentium ex masculis, Testator vocauit primo loco natos ex legitimo matrimonio, & secundo loco Bastardos, & in vocatione, & substitutione Iuliæ, & Constantiæ, vocauit primo loco masculos, secundo loco fœminas, non adiecta qualitate, vt possent naturales, & bastardæ legitimari, prout fecit de descendentibus masculis filiorum.

Quare non credo, vt possit aliquis, vt prætensæ proneptes Spuriæ sint vocatæ, & exclusa Pantasilea, ex legitimo matrimonio nata ex dicta Iulia expresè à Testatore vt supra vocata.

Et hæc saluo, &c.

Prædicta omnia doctissimè, & elegantissimè concluxit esse secundum veritatem Iuris dispositionem affero Ego Vrsinus Vrsius I. V. D. Coll. ac Iuris Pontificij Collegij Prior.

Consultationem Perillust. & Excellentiss. Domini mei Dulphi rationibus, & auctoritatibus egregiè comprobatam iuris esse arbitror, quæ de simplici subscriptione requisitus, hic me libenter subscripsi Ego Franciscus Barbadorius I. V. D. & in Patrio Bonon. Archigymnasio matut. horis pub. ordinarius Interpres.

Prædictas rationes, & authoritates vt supra per Excellentiss. D. Consultorem allegatas comprobo, & in fidem prædictorum propria manu subscribo, & proprio sigillo confirmo Ego Io. Baptista Gallus I. V. D.

Prudentissimè digessit omnia, quæ huic materiæ deseruire possunt Perillust. & Excellentiss. D. Florianus Dulphus I. V. D. Collega, qua de causa illis omnibus applaudere sum coactus propriæ manus subscriptione, & sigilli appensione.

Ego Franciscus Monarius I. V. D. & in Patrio Archigymnasio ordinarius Interpres.

Mul-

Multa ad propositum scripsi in hac materia legitimationis in meo Cons. 52. num. 1. cum seqq. & in Cons. 97. nu. 37. lib. 2. ideò circa hunc articulum me subscribo, & me remitto ad iam per me scripta.

Ego Io. Baptista Gargiareus I. C. Bononiensis, & publicus Legum Interpres.

Libenter de sola subscriptione requisitus consentio cum traditis ab Excellentiss. D. meo Floriano de Dulphis I. V. D. Collegiato, & approbo per ipsum doctissimè scripta. Ego Octauius Amorinus I. V. D. Colleg. Primarius Iuris Ciuilis de mane Interpres, Sanctiss. Inquisitionis Consultor, ac Illustriss. Cameræ Bonon. Aduocatus.

Consultationibus Excellentiss. Collegæ Floriani Dulphi, veluti iuri, & æquitati consonis libentissimè adhæreo, & subscribo. Ego Sebastianus Alle I. V. D. Collegiu in ordinaria pomeridiana sede Cæsareæ facultatis Interpres, Sanctiss. Inquisitionis Consultor, & Illustriss. Cameræ Bononiæ Aduocatus.

Quæ supra non minus doctæ, quam luculenter deducta fuerunt iuri consona existimo, & ideò de simplici subscriptione requisitus approbo.

Ego Angelus Belmisserius I. V. D. &c.

In eamdem conncurro cum Excellentiss. DD. Consulente, & subscribentibus sententiam ego quoq; de subscriptione requisitus, Hieronymus Augustonus I. V. D. &c.

De sola subscriptione requisitus, Consultationem præsentem, rationibus, & auctoritatibus Excellentiss. D. mei Floriani Dulphi ingeniosè comprobatam, iuris esse arbitror, quare me libenter hic subscripsi Ego Camillus Branchettus I. V. D. Colleg. & in Patrio Bonon. Archigymnasio Pontificiq; facultatis de mane ordinarius Professor, & sigillo meo proprio signaui.

Stantibus suppositis in facto, & allegatis in iure, non discedo à scriptis supra per D. meum Consultorem Ego Franciscus Pedrinus Ventura I. C. Bononiensis.

Ipse quoque Iurisconsultorum minimus huius Patriæ de mea subscriptione, post tot aliorum obtentas approbationes requisitus, non possum non admirari ingenium, & doctrinam Excellentiss. D. mei Collegæ in præsenti eius responso apparentem, cui libentissimè cum cæteris assentio, atq; ita manu propria affirmo, sigilloq; meo comprobatum esse volo

Ita est Dominicus Odofredus.

Dominus illuminatio mea.

CVm ex consuetudine Ciuitatis Bonon. naturales, maximè legitimati, ferant arma, & insignia familiæ, dicitur testator, in casu de quo agitur, voluisse in defectu legitimorum, naturalibus, maximè legitimatis, mediantibus, agnationem conseruare; vbi enim adest consuetudo, huiusmodi naturales dicuntur de Domo, & ad fideicommissum vocantur, *Fusar. q. 361. nu. 16.* vbi alios copiosè allegat; Testator igitur, admittendo naturales, illisq; dando facultatem de legitimare faciendi, augebat numerum illorum, qui agnationem conseruarent, quod non contingeret, si data esset facultas legitimare se faciendi fœminis, cum illæ, etiam legitimæ, agnationem non conseruent, imò in illis finiatur agnatio, *l. pronunciatio, S. vlt. ff. de verb. oblig. d. Fusar. q. 346. num. 6.*

At-

Attenta igitur hac rationis diuersitate, non esse vocatam filiam Testatoris legitimatã, in illa parte, qua naturales, cum facultate se legitimare faciendi, vocantur, vna cum adm. Illust. atq; Excellentiss. D. meo Floriano Dulpho, iuris esse arbitror, attentis maximè rationibus, & auctoritatibus per eum deductis, quare de simplici subscriptione requisitus, hic me subscripsi, & solitum meum Sigillum apposui. Salvo &c.

Ego Cornelius Canalis I. V. D. in Patrio Bonon. Archigymnasio horis pomeridianis Iuris Casuord. Professor, & Aduoc.

Doctissimè excogitatis pro exclusione filiæ naturalis Galeatij, & filiæ spuriæ Francisci, & luculenter firmatis per Excellentiss. D. meum Florianum Dulphum, necnon à tot alijs sapientiss. Viris exinde comprobatis, pro simplici subscriptione requisitus me subscribo; Eaq; præsertim moneor ratione, quod vocata Iulia filia Testatoris in casu defícientiæ descendentium eiusdem per lineam masculinam, inuicemq; substitutis descendentibus ipsius Iuliæ, ita tamen vt fideicommissum transeat primò de masculo in masculum, & deinde de fœmina in fœminam ea sub conditione; si sint liberis legitimis, & naturalibus decesserint; Defuncto Galeatio adhuc superstite Francisco illius fratre, in hunc vti masculum delata vtiq; fuit successio, non autem in filiam naturalem Galeatij; Et de Francisco vltimo ex masculis in fœminas descendentes à Iulia, quia decedente Francisco cum filia spuria tantum purificata est conditio, sub qua filiæ fœminæ Iuliæ masculis ab eadem descendentibus erant substitutæ; Nec sine repugnantia applicari potest facultas legitimandi in præcedentibus substitutionibus à Testatore prærordinata, dum in casu huius diuersæ substitutionis de salis legitimis, & naturalibus expressè disposuerit, & dicet de descendentibus à Testatore vtriusq; sexus ibi loquatur, restringenda tamen est huiusmodi concessio ad solas fœminas descendentes per lineam masculinam, non autem protrahenda ad fœminas, à fœmina Iulia videlicet procrientes, nedum vt euitetur contradictio, verum etiam ne ab vna substitutione ad aliam, & de casu ad casum, maximè inter diuersas personas, & in oratione prorsus separata admittatur repetitio cõtra probata per d. Excellentiss. D. Dulphum, & firmata per Sacram Rotam in Bonon. fideicommissi de Glauarinis sub die 5. Iunij 1637. coram Reuerendiss. D. Royas; Et hæc dicta sint, vt Veritati, & Amico eo magis inseruiam, non autem vt superius perspicacissimè deductis aliquid addam.

Ego Azo Alcostus in Rom. Curia Aduoc.

CONTROVERSIA CI.

Pro D. Io. Bernardino de Gongolis.

SVMMARIVM.

EXecutio fieri non potest, dum tertius se opponit, & eius iura per Iudicem sunt examinãda, n. 1. & 3.

Dum in processu non fuit citatus, nu. 2.

Nuncio non creditur, quod quis esset in possessione, nu. 4.

Nec facit, quod mandatum executionis sit relaxatum à Rota Romana, dum tertius se opponens non est nec citatus, nec nominatus, nu. 5.

Possessio secundum aliquos probatur per Iuramentum, nu. 6.

Iudex, qui potest iudicare sola facti veritate inspecta, potest iudicare, prout Iudex iudicaturus esset, nu. 7.

Adsit

Adsit Deus, & Virgo.



Illesimo sexcentesimo septimo 23. Martij Illust. D. Alexander Desiderius vendidit Illust. D. Helisabeth de Gongolis, seu de Carrarijs vnam apothecam ad vsum Barbitonsoris, sitam Bonon. in Cap. S. Mariæ de Baroncella pro pretio lib. mille, & quadringentarum cum promissione ad generalem, & perpetuam defensionem d. apothecæ insolidum facta per Illust. D. Io. Ant. de S. Georgio, & Illustrem D. Lucretiam pariter de S. Georgio eius sororem, & matrem d. D. Alexandri, & quam apothecam ex post ead. D. Helisabeth concessit, & locauit eidem D. Alexandro pro annuo affictu L. 84. cum pacto francadi pro eodem pretio infra triennium, ipseque D. Alexander soluit eidem D. Helisabeth affictus per plures annos dictusque D. Alexander ex post suscepit habitum RR. Frátrum Capuccinorum, & in eo emisit professionẽ condito prius testamento, & in eo hæredem scripsit Illustr. D. Marc. Antonium Desiderium.

1616. 20. Decembris ijdem DD. Marcus Ant. & Lucretia recognouerunt prædicta esse vera, & d. venditionem, & fideiusionem ad generalem defensionem confirmarunt in fauorem d. D. Helisabeth stipulantis citra nouationem præiudicium, & derogationem primæuorum iurium, & nedum D. Marc. Antonius obligauit bona hæreditaria, sed voluit teneri de proprio ad eandem perpetuam defensionem.

Successiueq; eadem D. Helisabeth de nouo locationem prædictam tacitè multoties renouatam confirmauit, & de nouo concessit in affictum eidem D. Marc. Ant. hæredi prædicto pro se, & suis successoribus quibuscunq; stipulanti, & acceptanti ad pensionem cum facultate sublocandi ipsis, tamen principali, & fideiussoribus, ac alijs obligatis, vt supra, & infra remanentibus pro tempore annorum septem inchoandorum die nona Martij pro eadem annua pensione librar. 84. cum eodem pacto francandi infra septennium durante locatione, & qualibet eius prorogatione, vel renouatione, & interim quandocunque, præcedente tamen notificatione per trimestre, ante vt in Instrumento in actis producto.

1617. obijt d. D. Helisabeth condito prius testamento hærede relicto Illustr. D. Hermete Gongolo cum substitutione filiorum, & aliorum plurium, vt in testamento in actis producto, & eidem D. Hermeti d. D. Marcus Antonius vsque ad mortem soluit pensiones, vt ex receptionibus penes D. Stephanum Desiderium contra quem fuere commissa præcepta, vt exhibeat, & quæ exhibere recusat, licet vti hæres Marc. Ant. teneatur ex vulg. cum Io. Bernardino interfit.

1630. 4. Martij d. Illust. & Excell. D. Stephanus in vim mandati obtenti à Rota Romana contra D. M. Ant. & Nobiles de Sancto Georgio obtinuit imitti in tenutam medietatis eiusdem apothecæ, & quidam Ludouicus Mediauacca Barbitonsor habita notificatione de eadem tenuta dixit esse conductam per D. Io. Baptistam Fortum Barbitonsorem in vim locationis sibi factæ à D. Mar. Ant. Desiderio, & recognouit in Dominum Procuratorem d. D. Stephani, & eidem promisit respondere de medietate pensionis.

15. Iunij obijt d. D. Hermes relicto Io. Bernardino Infante eius vnico filio hærede ab intestato.

Vltima Octobr. obijt d. D. Marc. Ant. per cuius mortem d. D. Stephanus comparuit coram Perillust. & Excell. D. nico, & exposuit in vim mãdati à Sacra Rot. fuisse mediãte procuratore immissum in possessionem nonnullorũ bonorũ subiectorũ fideicommisso D. Hieronymi antiqui de Desiderijs respectu aliquorum insolidum cum d. D. Marc. Ant.

cius

eius fratre tunc viuente, hodieq; per mortem d. D. Marc. Antonij fuisse purificatum fideicommissum in illius personam, narrauitq; d. D. Marc. Ant. condidisse testamentum, dictumq; comparentem hæredem instituisse, dixitq; se fuisse creditorem illius hæreditatis in summa librarum octuaginta millium, & vltra ex causa diuisionis, & pluribus alijs de causis, & tante hypotheca, & precario, quod ex nunc reuocauit declarando se velle vti remedijs possessorijs sibi de iure competentibus petijt, & obtinuit causa non cognita tenutam alterius dimidiæ dd. bonorum, tam vigore testamenti d. olim D. M. Ant. quam vigore fideicõmissi dicti q. D. Hieronymi antiqui non solum copulatiuè, sed & quatenus opus sit disiunctiuè, & prout sibi vtilius erit protestando velle conficere Inuentarium bonorum eiusdem D. Mar. Antonij.

Quæ cum ad notitiam deuenerint d. Io. Bernardini petijt tolli, & prætensam tenutam reuocari respectu apothecæ ad se spectantis, & quam eadem D. Helisabeth vt supra cum potestate sublocandi locauit eidem olim D. Mar. Antonio, cum dictus Io. Bernardinus sit D. & Possessor, prout fieri debet non obstantibus clamoribus, & cauillationibus adductis, nam si inspiciamus ius municipale clarum est executionem fieri non posse si tertius compareat, & contradicat, sed eiusdem tertij iura debent summariè examinari, & qui iura meliora habet, debet præferri, vt in *tit. sub rubr. de præcept. facien. conf. fis, & constit. §. eo autem casu.*

1 Et idem est si inspiciamus ius commune *tex. est in l. à diuopio in §. si super reb. ff. de re iudicata, & ibi gl. & omnes Doct.* dicentes sufficere summariam cognitionem.

Odofred. nu. 13. dicens quod Iudex debet summatim cognoscere, an res captæ essent de bonis condemnati, & si reperiat non esse d. condemnati debet eas dimittere possessori, & dicit quod talis cognitio per Iudicem debet fieri sine libello.

Albertus post medium Angel. nu. 2. Castr. nu. 8. dicens sufficere summariam probationem per
2 tertium, & pro concordia dicit singulariter, & quotidianum esse, quod si tertius possessor fuit citatus in processu, & in sententia sibi præiudicauit, secus si nõ fuit citatus, vt hic, & concludit, quod processus, & sententia non præiudicat tertio, vt possessionem perdat.

Cuman. nu. 3. in vers. item vacuis dicens possessionem esse sufficientem impedire licet Victor alleget condemnatum Dominum.

Imola nu. 15. vers. & ex illa dicens, quod si executio sit facta, tertius possidens potest obtinere reuocationem contrario imperio.

Alex. nu. 8. & 9. dicens infrascripta verba; non debet aliquo modo fieri executio contra
3 possessorem nisi citetur, & audiatur, ergo si dicat possessionem ad se pertinere debet cum eo discuti, an ad eum pertineat, vel non, dicens omnes communiter tenere, & *nu. 14.* dicit, quod si facta est executio debet retractari.

Iaf. nu. 9. dicens, & ipse, quod quis non debet priuari sua possessione, nisi citetur & audiatur, & melius *nu. 10. ad fin.* quod etiamsi debitor alienasset, & dolo desijsset possidere ante litem motam, quod nihilominus contra possessorem debet agi via ordinaria, & idem affirmat *Castr. nu. 8. ad fin.*

Ruin. nu. 3. dicens Iudicem, qui relaxauit mandatum, non habuisse animum priuandi tertium sua possessione.

Ita etiam affirmant omnes *DD.* inter quos *Bald. in l. ob maritorũ nu. 2. C. ne vxor pro marito.*

Et hæc est etiam practica, quam seruat Alma Roma (vbi aduersarius degit per multos annos) vt refert *Lucas Paetus in praxi lib. 8. in tit. de execut. rei iudic. nu. 10.* dicens, quod id naturalis ratio suadet, *& sacra Rot. Seraph. decis. 1152. num. 2. habetur in decis. 237. par. 2. in recent. nu. 2. Marant. par. 6. de ord. 1. membro nu. 4.*

Nec minus operatur, quod nuncius, vt dicitur retulerit bona fuisse Mar. Antonij, nedum quia ex instrumentis publicis de contrario constat, & cum fuisse conductorem cum

po-

poteſtate ſublocandi, vt ſup. quo caſu non poteſt refricari in dubium dominium, & poſſeſſionem d.Gongoli *l.ſi quis conductionis, & ibi DD.C. de locat.* ſecundò dum con-
4 controuertitur ſibi nuncio non creditur, vt poſt *Bart. affirmat Tuſch.in ver. tertius concluſ.85.in fine.*

Pariter non facit, quod de menſe Martij fuerit capta tenuta, quia Gongolus, & eius pater ignorauit, nec ſibi poteſt inferri præiudiciũ, vt affirmãt omnes *DD.in d.§.ſi ſuper rebus.* Secundò non fuit maturata aliqua rata penſionis Gongoli debita, niſi de menſe Auguſti, & hodie de ea controuertitur, minuſq; d.D.Stephanus aliquid exegit. Tertiò obijt ante dictum tempus D.Hermes, & filius eſt Infans, cui non potuit præiudicari. Quartò d.Ludouicus Mediauacha, qui recognouerat nõ eſt inquilinus, ſed Io.Bapt.Fortus.

Nec facit acclamatio D. Stephani, quod hoc mandatum ſit relaxatum à ſacra Rota Ro-
5 mana, & quod ibi ſit cognoſcendum, quia hæc eſt vanitas ex pluribus, eo quia, talis cognitio ſpectat ad Iudicem exequutorem, vt referunt *glo.& omnes Doct.pradicti*, & benè facit diſtinctio *Caſt.in d.§.ſi ſuper rebus*, dicens, quod executor ſententiæ reiudicatæ in cauſa executionis ſibi aſſumit partes Iudicis in his, quæ non opponuntur contra ſententiã, ſed ſuper bonis in quibus eſt facienda executio, ſecus ſi contra ſententiam, & nemo vnquam de hoc dubitauit.

Hæc enim dixit in hoc articulo, quæ etſi ſint clariſſima, & notiſſima lipis, & tonſoribus hodie tamen à quibuſdam procuratoribus ponuntur in controuerſiam obliti iuramento à ſe ſuſcepto, & quod *omnes morimur, & quaſi aqua dilabimur* maximè hiſce temporibus epidemialibus, & quod Deus dixit *Viduæ, & pupillo non nocebitis, ſi lacrymis eas vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor mens, percutiamque vos gladio, & erunt vxores veſtræ viduæ, & filij veſtri pupilli. Exod.cap.* 22. Audent velle impedire probationes, etiam ſuper filiatione, quæ cum agatur in cauſa ſummaria ſatis probata dicitur ex fide Baptiſmatis, & teſte examinato, licet prætendatur
6 nulliter, nedum ex natura cauſæ cum multi ex ſuprad. Doctorib. voluerint ſufficere iuramentum ad docendum de poſſeſſione, ſed quia agitur cauſa pupilli *ex ſtatuto noſtro de arbitrio D. potcſtatis in cauſis pupillorum, & viduarum §. in quibus cauſis*, vbi dicitur
7 quod nedum ſummariè ſimpliciter, & de facto Iudex debet procedere, ſed de plano, & ſine ſtrepitu, & figura iuditij, ſola veritate inſpecta leuato velo, & prout ſibi equum, & iuſtum videbitur nulla iuris, & ſtatutorum ſeruata ſolemnitate, quo caſu poteſt iudicare, prout Deus iudicaturus eſſet *Bal.in l.pen.C.de iure delib.Grammat.deciſ.*19.*Roland.conſ.*7.*nu.*31.*& ſeq.lib.*3.

Non enim erit prohibitum d.D.Stephano agere via ordinaria, prout debet; & affirmant *omnes in d.§.ſi ſuper rebus.* Eo quia interim Infans aget contra obligaros, & forſan excludet d.D.Deſiderium, qui egit cum fratre, qui eum reliquit hæredem, & cuius parum intererat, & maximè quia identitas ex deciſionibus impreſſis fundatur pro maiori parte in reſponſione ad poſitiones facta per d.D.Marc.Antonium.

Et hæc ſaluo, &c.

CONTROVERSIA CII.

Pro Nobili D. Eq. Aloyſio Romantio.

SVMMARIVM.

EMphyteuſis ſequitur filium, Monaſterium ingredientem, nu.1. *Sed non procedit, quando voluntas teſtatoris repugnat, nu.2.*

Eo

Eo magis si non fuit factum inuētarium bonorum hereditariorum fideicommittentis, nu. 3. & 29.

Et quando substitutus est vnus de comprehensis in inuestitura, nu. 4. & num. 10. & nu. 19.

Plures emphyteotæ possunt inter se diuidere, relinquere, vendere, alienare, & obligare bona emphyteotica, etiam Ecclesia irrequisita, nu. 5.

Textus in l. Statuis in S. Cornelio felici ff. de iure fisci declaratur, n. 6. & n. 23.

Si testator prohibuit alienationem, incontinēti admittitur substitutus, si graiatus ingrediatur Monasterium, nu. 7. & nu. 15.

Monasterium non habetur loco filij, nu. 8. & nu. 14.

Bona Emphyteotica veniunt sub fideicommisso, nu. 9.

Maximè si sit factum à primo acquirente, nu. 11.

Renunciatio iuri de futuro valet, quando extant verba illa (habere possit) nu. 12.

Maximè si extet iuramentum, nu. 13.

In conditionibus principaliter inspicitur voluntas testatoris, nu. 16.

Quilibet in re sua est moderator, & arbiter, nu. 17.

Filius ingressus Monasterium, non amplius habetur pro filio, nisi fictè, nu. 18.

Aliud esse talem haberi, vel pro tali nu. 20.

Monachus minuitur saltem minima capitis diminutione mutando familiam, nu. 21.

Cephal. cons. 526. lib. 4. declaratur, nu. 22.

Monachus etiam quod profiteatur in religione capaci, censetur mortuus mundo, nu. 24.

Monachus non debet consequi à Monasterio, nisi ea, quæ ad vitæ sustentationem sunt necessaria, nu. 25.

Monachus non potest aliquid proprium habere, vt disponere possit, sed tantum pro vtilitate Monasterij, & vt se ipsum alat, nu. 26.

Decisio in causa de Blanchettis de anno 1632. coram Illustriss. Verospio declaratur, nu. 27.

Testamentum, vbi testator voluit vsufructum deberi Monacho, & seu Monali ad proprium commodum, & nullatenus Monasterij, est nullum, nu. 28.

Petens quod sibi debetur, non potest incidere in pœnam, nu. 30.

Clausula sublata, & alia 3 quod de obreptione, & subreptione non possit dici, claudunt os parti, & ligant manus Iudici, ne possit procedere, nu. 31.

Trebellianica censetur prohibita ex prohibitione alienationis, nu. 32.

Adsit Deus, & Virgo.

IN causa Perillust. Eq. D. Aloysij Romantij, Excell. D. ex aduersò scribens prætendit, primò cum excluſum ab emphyteusi, viuente R. D. Luca Monacho Oliuetano eius patruele, tanquam in inuestitura comprehenso, secundò, pariter eum habet excluſum à fideicommissarijs disposition ibus olim alterius Illustris D. Aloysij communis

Aui & Illust. D. Balthassaris de Romantijs eorundem patrui magni, tertiò, ex molestijs omnem spem hæreditatis Perillustr. D. Romantij Patris d. D. Lucæ amisisse sibi suadet, eo quod D. Eques non paruit illius testamento, molestando ipsum, & R. Sor. Lauram Catherinam Monialem in Monasterio S. Mariæ Nouæ.

Et ad primum supponit emphyteusim sequi filium, Monasterium ingredientem, in tantum, vt R. D. Lucas Monachus, D. Romantij filius, ad cuius fauorem cantat prima inuestitura concessa pro se, & filijs, & hæredib. &c. ex pacto, & prouid. etiam ab intestato possit succedere, eo magis ipse cum R. D. Lucas, à d. D. Romantio sit hæres institutus, nec sibi R. D. Lucæ dixit obesse translationem in Monasterium vti non factam ex facto hominis, sed Canonis, & legis, accedente ignorantia iuris sibi competentis, quod in generali renunciatione non comprehenduntur bona emphyteotica, prout nec fideicommisso subiecta, cum D. Romantius pater ijs omnibus prouiderit, renunciando expresè renunciationi per filium sibi factæ, vt in testamento legitur.

Ad secundum præsupponit, non operari testamentum D. Aloysij Aui, in quo Monachus substitutus successione priuatur, nec minus testamentum D. Balthassaris, ex quo Monachus ex lumbis D. Romantij dicitur genitus, iuxtà D. Balthassaris fideicommittentis permissionem, aliudq; esse prohibere, ne bona fideicommissaria perueniant ad Monasterium, & aliud est prohibere, ne deueniant ad Monachum.

Ad tertium prætendit Monasterium bonorum liberorum D. Romantij esse absolutum dominum, tam ratione vsufructus, quam proprietatis, nec D. Equ. eximi posse à pœna priuationis hæreditatis per Breue Apost. obtentum, cum sit fundatum in falsa causa, nempè, quod D. Romantius verisimiliter disponere de bonis fideicommisso subiectis noluerit.

Et ad primum de emphyteusi Respõdetur, & *si Innoc. in cap. in præsentia ext. de probation.* 1 *Bald. an consil. 426. lib. 4. nu. 2. & in authent. nisi rogati C. ad Sen. consf. Trebel. nu. 12. Bartol. in auth. ingressi C. de S. S. Eccles. f. nu. 38. & seq. & ibi Castr. nu. 27. idem Bald. in t. post cessionem nu. 14. ext. de probat. Felyn. an d. c. in præsentia nu. 49. & Dec. nu. 294.* relati à *Corbula* ex aduersò memorato de emphyteusi *in tit. de causa priuationis ob mortem cuiilem*, dixerint emphyteusim sequi filium, Monasterium ingredientem, *arg. l. Statius §. Cornelio ff de iure fisci*, nihilominus in casu nostro non videtur impediri posse D. Actorem, eo quod supradicti non loquuntur, quando adest prohibitio expresè facta à testatore, vt in casu nostro, ne bona possint ad religionem, tam ratione proprietatis, quam fructuum, etiam momento transferri, quo casu omnes affirmant, quod bona emphyteotica veniùt in substitutione fideicommissaria eo maximè cum DD. Romantius, & fratres patris, & patrui testamenta approbauerint, nec fuerint protestati velle alio iure succedere, *Io. And in addit. ad Spec. in tit. de locat. in §. nunc aliqua. Alex. Tract. cing. & Peregr.* quos vltimo loco refert, & sequitur *Magon. decis. Lucen. 7. nu. 8. Fusar. de fideicom. q. 630. nu. 10.* Addatur quod substitutus est de comprehensis in inuestitura *Bald. in l. cum virum nu. 21. C. de fideicom. Castr. in l. si patroni ff. ad Trebel. & ibi Alex. nu. 15. vers. limito tamen illud, & in cons. 19. nu. 8. & 9. lib. 5. Rip. in l. filius famil. §. Dicui nu. 91. ff. de legatis primo, Marzar. de fideic. p. 2. q. 10. nu. 22. & post Mantic.* & plures affirmat *Fusar.* in loco de quo sup. *nu. 11.* & ratio est, quia fideicommissum est institutum fauore eorum, qui ab Ecclesia fuerunt iam approbati, vt in specie *Magon. decis. Lucen. f. 7. nu. 38.* & facit in puncto, nam plures emphyteotæ possunt inter se indistinctè quocunque titulo, irrequisita etiam Ecclesia relinquere, & alienare *Bartol. in l. si domus §. fin. nu. 3. ff. de leg. 1. & in l. qui Romæ §. duo fratres n. 24. ff. de verb. oblig. Calder.* qui plures allegat *in tit. de loc. cons. 10. idem Corbula de emphyteusi in tit. de causa priuationis, ob alienationem, limit. 6. per tot. Machel.* post alios in *patrocin. 23. nu. 6.* qui attestatur

statur hanc esse magis communem opin. *Surd. cons.* 384. *nu.* 12. *Gozad. cons.* 20. *nu.* 9. ex hac ratione, quia Ecclesiæ nullum dicitur præiudicium fieri *Fachin. lib.* 10. *controu. iuris c.* 50. *littera C. Port. cons.* 65. *per totum, & nu.* 41. vbi attestatur de veriori, & non solum dixit procedere inter primos coinuestitos, sed si fiat alienatio in alios non successuros, dummodo sint de comprehensis in inuestitura, etiam si fiat in remotiorem agnatum *Amad. de Ponte in tract. de laudimio q.* 12. dicens, non videri alienatum, quod in agnatorum corpore conseruatur *Hieron. Zachar. & Io. Guitius in addit. ad Clarum q.* 14. *in verbo emphyteusis Maur. Burgius in tract. de laudimio p.* 2. *inspectione* 1. *n.* 20. *& seq. Laderch. cons.* 40. *nu.* 14.

Et idcircò in casu nostro non crederem facere ad propositum *tex. in arg. alleg. in l. Statius in* 6 *§. Cornelio felici ff. de iure fisci*, vbi si hæres institutus fuit grauatus restituere hæreditatem suam post mortem Cornelio Felici, & bona omnia damnati, seu deportati hæredis ante mortem sint confiscata, transibunt in fiscum, etiam si sint subiecta fideicommissis, & per fideicommissarium à fisco vendicabuntur, euenieate tempore mortis naturalis ipsius hæredis, & sic *tex.* apertè loquitur quando fideicommissum relictum est in diem mortis, ne cedat ante diem mortis naturalis, & propterea *Bart. & aly* dixerunt ibi, quod si institutus rogatus de restituendo post mortem testatoris intret Monasterium, non debet substitutus admitti, qui casus valdè differt à casu nostro, vbi testator expresè exclusit Monasterium cum expressa alienationis prohibitione, ac ordinatione fideicommissi, etiam viuente grauato, ibi in illis verbis, in infinitum, & semper excludendo Monasterium, eo quod in fideicommisso facto in casu mortis per trãslationem bonorum in Monasterium, tunc dicitur successor legitimus, & nihil resultat, quod sit contra naturam fideicommissi, cuius conditio non adimpletur, nisi sequuta morte naturali grauati, sed in casu nostro conditio alienationis purificatur per translationem bonorum in Monasterium, & statim est locus substituto ad exclusionem successoris legitimi *Alex. cons.* 23. *n.* 3. *vers. sed præmissis non obstan. vsq. ad fin. lib.* 1. *Bos. in pract. crim. in tit. de bon. publ. nu.* 42. *vers. sed in puncto iuris*, nec illud est contra voluntatem testato-
7 ris, si quis non vocauit substitutum, nisi post mortem grauati, secus est in casu nostro, vbi testator fideicommisit in casu alienationis, & sic non expectatur mors, sed alij de agnatione substituti admittũtur *l. cum pater §. libertis ff. de legat.* 2. & sic affirmant *DD. allegati ex aduersò*, & respectù emphyteusis, & respectù fideicommissi; loquuntur ergo quando fideicommissum fuit factum solum in casu mortis, & non alienationis, & sic declaratum fuisse *textum d. §. Cornelio* affirmant plures *DD. relati à Peregr. in tract. de iure fisci lib.* 5. *tit.* 1. *nu.* 98. vbi quod statim publicatis bonis delinquentis, alij de familia possunt vendicare.

Addatur, quod d. R. D. Lucas tempore euenientis casus erat Monachus, & sic exclusus tempore delatæ successionis *Rom. cons.* 231. *nu.* 1. *Alex. cons.* 91. *nu.* 5. *vers. ostendatur etiam lib.* 1. *Cranet. cons.* 925. *nu.* 2. *lib.* 5. huiusmodi enim incapacitas impedit effectum successionis, perinde, ac si ille, qui est inhabilis mortuus fuisset *Rot. decis.* 515. *nu.* 1. *p.* 1. *diuersor.* & qui est exclusus non potest alium excludere *Honaed. cons.* 2. *nu.* 25. *&* 50. *lib.* 2. nec exinde fiet præiudicium Monasterio cum nihil ei detrahatur, cum aliquod ius non haberet ex persona exclusi.

Nec facit, quod R. D. Lucas vti filius, sit comprehensus in inuestitura, & qui cum sit ex pacto, & prouidentia debeat succedere, quia non transit sub nomine hæreditatis, sed ex beneficio Ecclesiæ, quia *Bart. primo in allegat. l. si patroni ff. ad sen. cons. Trebel.* videtur di-
8 cere, quod emphyteusis potest particulariter legari, etiam, quod non veniat in restitutione, imò ipse *Bart. in auth. nisi rogati*, dicit quod nulla lex est in mundo, vel decretalis, quæ dicat quod Monasterium habeatur loco filij, & declarat *tex. in d. cap. in præ-*

sentia de probat. vt disponat, quod habeatur loco hæredis, & non filij, nec ipse in *l. iusiurandi in §. si liberi ff. de oper. libert. Anchar. cons.* 319. *Grat. cons.* 22. *num.* 19. *lib.* 1. *Ruin. cons.* 43. *& Gabr.* omnium relator in allegat. exaduersò *concl.* 2. *num.* 44. & 45. obstant quia, & si dicant, quod patet non potest præiudicare vni ex filijs, pro quibus recepit emphyteusim, nihilominus *illi, & Gabr.* ipsorum relator limitat pluribus modis, nempe quando filio excluso ab emphyteusi fuit relictum in recōpensam tātundem, *vt ibid. concl.* 2. *nu.* 52. *vbi Angel. Barbat. Curt. Crot. & Gozadin.* allegat; item limitat quando filius fuit hæres patris, vt supra dixi *nu.* 57. ex his enim videtur vanum disputare, an spectet emphyteusis ad filios, etiam si non sint hæredes, quæ qualitas clarè apparet in d. R. D. Luca, ex facto enim præsupponuntur bona Manzolini esse emphyteotica Ecclesiæ S. Syluestri de Nonantula, & conducta per DD. Balthassarem, & filios d. D. Aloysij pro se se, & eorum, & cuiuslibet eorum filijs hæredibus, & descendentibus in perpetuum de anno 1575. 17. Augusti.

Et bona S. Mariæ in Strata esse emphyteotica Abbatiæ Ecclesiæ dicti communis, & fuisse conducta à D. Aloysio auo, & filijs, & hæredib. de anno 1571. 12. Ianuarij, & bona
9 Fiaccalcoli pariter fuisse conducta in emphyteusim per dictum D. Balthassarem, & nepotes ab Abbat. S. Stephani de Bonon. de an. 1577. 19. Iunij, quo casu omnia venire sub fideicommissaria dispositione nullus reperitur, qui controuertat, nam primo hæreditates dd. filij D. Aloysij, & D. Balthassaris nepotes adiuerunt, nulla facta protestatione, *Io. Andr. in addit. ad Specul. in §. nunc aliqua de locato, Alex. Trentacinq. & Peregr.* quos nouissimè allegat *Fusar. de fideicommiss. q.* 630. *nu.* 16.

Secundò, quia Perillust. D. Eques est de comprehensis in inuestitura, quo casu substinetur fideicommissum, sic *Alex. post Dinum, & Bart. Io. Andr. Nicol. de Neap.* & alios distinguit *Alex. cons.* 19. *nu.* 8. & 9. *lib.* 5. & esse notabilem limitationem dixit *Cast. in l. si patroni ff. ad sen. cons. Treb. n.* 2. *vt post Rimin. sen. cons.* 139. dixit *Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib.* 7. *tit.* 9. *nu.* 5. qui loquitur de emphyteusi Ecclesiastica, & post *Anchar.* dixit *Sim. de Prat. de interpret. vlt. volunt. in lib.* 3. *dubit.* 5. *fol.* 3. *num.* 4. *fol.* 351. & post *Alex. Trentacinq. Intrigliol. & Magon.* dixit *Marc. Ant. Peregr. in repet. cap. in præsentia ext. de probat. num.* 88. qui plures allegat *Fusar. in d. q.* 630. *num.* 11. *& in q.* 631. *num.* 3. *& nu.* 7.

Tertiò, quia sumus in fideicommissis factis à primis acquirentibus, vt affirmat *Fusar. d. q.*
11 630. *nu.* 13.

Ex his enim satis responsum dicitur ad consultum exaduersò vsque ad versic. nec obstat quod D. Lucas.

Nec facit id, quod dicitur, quod Monachus in renunciatione à se amplissimis verbis facta, non potuerit sibi præiudicare, eo quod agitur de iure de futuro, nec præsumatur scientia, nam vt ait *Curt.* exaduersò allegatus *in l.* 1. *C. de pact. nu.* 20. *&* 21. allegationes per *DD.* adductæ, & per eum memoratæ *nu.* 19. sunt debiles, nec sustinentur, & renunciationem iuri de futuro valere, quando extant illa verba, habere possit, vt in casu no-
12 stro dixit *Gregor. XV. in decis.* 192. *nu.* 2. *Pereg. de fideic. art.* 52. *nu.* 32. *vers. idem est si dictum fuisset, Surd.* plena manu in *cons.* 267. *nu.* 24. 25. *&* 26 vbi voluit post plures, verba generalia referri ad testamentarias dispositiones, vt in puncto nostro quando quis renunciat omni iuri, quod quis habet, vel habere sperat, & ad præsumptam ignorantiam, vt præsumatur in filijs, & descendentibus, qui possunt succedere ab intestato ex *Seraphin. decis.* 963. *nu.* 7.

Respondetur primo, quod adest iuramentum, vt considerat *Gratian. in disceptat. cap.* 788.
13 *nu.* 13. Secundo extant expressa verba renunciationis hæreditatum auitarum, & aliorum ascendentium, & collateralium, de quibus verbis latè habetur per *Tiraq. in repet.*

l. si vn-

l. si unquam C. de reuoc. donat. in præfat. num. 144. *& seq.* sed in hoc non videtur insistendum, licet cum *Mastrillo dec.* 65. *nu.* 4. *& Fusar. q.* 430. *nu.* 8. possem dicere saltem renunciationem esse seruandam, & sic fuisse iudicatum in concistorio Siciliæ, sed quia ius metimur ex decommissis DD. Aloysij, & Balthassaris seniorum, in tantum vt non occurrat disputare circa renunciationes à Monacho, & Moniali factas.

Quod autem Monachus, & Monialis sint exclusi à fideicommissarijs dispositionibus, verba sunt clara in testamento D. Aloysij, ibi, & vlterius prohibuit dicta bona posse, vel debere in religionem tàm ratione proprietatis, quàm fructuum, etiam momento transferri, & in testamento D. Balthassaris ibi declarans appellatione filiorum Ecclesiam, aut Monasterium minimè contineri.

Nec faciunt considerata exaduersò, quod à statuto ad vltimas voluntates valeat argumentum, & quod statutum, seu lex disponens, quod ingrediens Monasterium statim successione priuetur, tanquam contra libertatem Ecclesiasticam, & caritatem conditum nullius sit roboris, & ideò nullius roboris sit dispositio, volens quod institutus, seu substitutus Monachus statim hæreditate priuetur, tam primo *tex. in d. cap. in præsenita ext. de probat. & in authen. in tit. de sanctiss. Episcop.* S. *sed hoc in præsenti* non di-
14 cunt, quod Monasterium habeatur loco filij, nec hæredis, sed quod conditiones si nupserit, si habuerit liberos, & similes appositæ in persona instituti ad facien. locum substituto tolluntur, & habentur pro non adiectis, si institutus intrauerit in Monasterium, ne timore restitutionis faciendæ tollatur, à vita contemplatiua, vt dixit *Felyn. in alleg. c. in præsentia*, & hæc fuit quæstio disputata per *D. Thomam de Thomasinis in quæstione incip. Paterfam. centum*, & refert, & sequitur *Io. Andr. in rubr. de stat. Monac. circa medium* pater. n. ibi reliquit centum filiæ si nupserit, & si ingrediatur Monasterium quinquaginta tamen, intrando Monasterium habebit centum, nè retrahatur à religione, vt etiam aduertit *Dec. in vrato cons.* 674. *nu.* 2. dicens, *cum Ant. de Butr.* istud esse priuilegium concessum Monasterio *Dec.* tamen ibi post *Felyn. Rom. Rot. & Alex.* allegatos dixit arti-
15 culum esse disputabilem ex ijs, quæ dixit in *d. cap. præsentia, vbi nu.* 64. *in vers. contrarium* dixit per ingressum Monasterij non excludi substitutum, & post *Bal. Fulg. & alios dixit*, quod hæc opin. est multum æqua, & quod in vsu ita seruatur; & propterea cum eod. *Bal. Imol. Salic. & Flor. & Barbat.* dixit testatorem posse derogare dispositioni *d. c. in præsentia*, idq; confirmat pluribus rationibus, primo quia non est verisimile, quod ille, qui zelo Dei ad religionem concitatur, retrahatur ex eò, quod fideicommissum in substitutum transferatur, & cum eod. *Bal.* inquit, quod leuis ratio videtur reijciendi d. conditionem, ne à vita contemplatiua remoueatur, eo quod ingrediens religionem renunciat sæculo, & bonis, & perpetuam vouet paupertatem, secundo dixit, quod talis ingrediens religionem nihil plus, vel nihil minus est habiturus, siue sic locus fideicommisso, siue non, & inferius in *vers. sed mihi* nullo dixit non consonare, quod con-
16 cedatur prærogatiua Monasterio contra voluntatem testatoris, quoniam in conditionibus primo voluntas testatoris inspicitur, & idcirco concludit, omne priuilegium ... quod conceditur Monasterio intelligi dummodò voluntas testatoris non repugnet, subiungens, valdè durum esset, quod bona disponentis contra eius voluntatem Monasterio acquirerentur, & cum *Aretino* dixit non posse retrahi à religione, ille qui iam religionem professus est, & demonstrat non posse considerari rationes turpes si per testatorem excludatur Monasterium, & in hac opinione residet *Dec. vsq; ad nu.* 65. quare eius, & ab eo allegatorum doctrina non obest D. Eq. fideicommissario agenti ex substitionib. *Soc. verò in cons.* 269. *lib.* 2. & alij loquuntur in legato facto filiæ minoris valoris si ingrediatur Monasterium, qui casus est multum differens à nostro, cũ Monachus, & Monialis tali casu non habeant voluntatem testatoris, ita in disputatione sustinuit *Ia-*

cob. de Beluis. in d. S. sed & hac in præsenti, in auth. de sanctiss. Episc. eo quod nemo inui-
17 tus cogitur benefacere, & quilibet in re sua est moderator, & arbiter, & quia voluntas testatoris omninò seruanda est *Mant. de conject. lib. 11. tit. 7. nu. 18. dicens nu. 19.* quod solus Papa, non tamen sine causa potest disponere contra testatoris voluntatem, subiungens, quod iniquum esset tollere liberis hominib. liberam bonorum suorum dispositionem, sufficiat enim allegare *Menoch. de præsump. lib. 4. præsumpt. 83. à nu. 1. ad nu. 26.* vbi nedum respondet abundè rationibus, & Doctoribus allegatis, sed & alijs, qui poterant pro contraria parte allegari, & *in fine dicti nu. 26.* dixit veram esse sententiam eorũ qui scripserunt permissum esse testatori excludere Ecclesiam, quando appareat, vt in casu nostro, talem esse testatoris voluntatem, nam testatores religiones excluserunt, ita vt nec momẽto gaudere possint, & melius *numeri sequentibus* voluit etiam operari si non verbis expressis, sed coniectur is possit desumi talem fuisse testatoris voluntatem *Iosephus de Sesse decis. 30. nu. 53.* qui in fortiorib. terminis respondet illi rationi; nequis retrahatur à religione, cum id non sit credendum de viro cupido religionis.

Et post plures *textus*, & rationes *Host. Io. And. Bal. Castr. Cum. Fulg. Curt. Iun. Rip. Cal-can. Couar. Osasch. Odd. Franch. dec. 29. nu. 7.* omninò videndum de magis communi attestatus est *Peregr. in tract. de fideic. art. 23. nu. 70. vers. sed itemum*, quæritur quid si testator expressè, & post alios de magis communi *Cutter. in quæst. Can. lib. 1. c. 32. nu. 19. & nu. 26.* dicens cum alijs esse verissimam, & receptissimam opinionem *Grillan. in disc. c. 305. nu. 9. Ceualos.* qui docet veriorem, & receptiorem esse sententiam *in communib. contra communes q. 193. nu. 2. vers. communior, & nu. 10. 11. & 12.* dum testator, vt hic se declarauit *Borel. cons. seu contr. 17. nu. 31. & seq.* vbi allegat optimas rationes videndas, *& cons. 33. nu. 102. & leg. Padel. in Leum acutissimi C. de fideicom. Pas-ser.* qui vltra 40. *Doctores cum 4. decisionib. allegat. in q. 429. nu. 18.* & post longam disputationem *nu. 25.* dixit istam esse veriorem, & sic seruari in praxi *Odd. de compend. in 6. par. in rubr. an legitimi tantum nu. 26. ad fin.* vbi habentur plures demonstrationes ad oculum rationes, & id approbauit *Rota* penes *Cabal. decis. 417. per totam* nullaq; lex, aut authoritas reperitur, quæ in puris terminis nostris velit testatorem non posse expressè excludere Monasterium, alias destrueretur dispositio, in S. *disponat in auth. de nuptijs*, & aliæ rationes superius adductæ, eo quod Controuertentes loquuntur in longè diuersis terminis.

Nec facit, quod D. Balthasar post declarationem appellatione filiorum suorum, Ecclesiam, aut Monasterium minimè contineri addiderit, sed solùm filios masculos ex proprijs lumbis genitos comprehendi in conditione, & dispositione, in tantum, vt Monialis, & Monachus sint ex proprijs lumbi geniti.

Nam primo, & si dicantur filij, attamen hæc filiatio dicitur ficta, seu legitima, & ciuilis
18 non autem naturalis, vt ait post *text. in d. c. in præsentia, & in d. S. sed & hac in præsenti. Marescot. var. resol. lib. 3. c. 21 num. 69. & 70.* atque ita dici non potest, quod sint filij ex proprijs lumbis, imò de legitimo matrimonio procreati, & verba testatoris intelligi debent in casu verò, non autem ficto, vt aduertit *Menoch.* post *plures in lib. 4. de præsumpt. 83. num. 28. vers. attamen, & num. 29.* vbi sustinet, cum alijs, nec Monasterium haberi loco filij *Dec. in d. c. in præsentia nu. 64. Rosar. d. q. 429. nu. 27. & 28. & seqq.* vbi diffusissimè, & cum tali opinione tanquam veriori, & receptiori dixit transire, & *nu. 48.* voluit vna cum *Boer. decis. 354. nu. 7.* & pluribus, Monasterium dici excluſum, quando alter filius testatoris est substitutus, vt in casu nostro dicens *nu. 49.* existima-
19 re temerarium esse in iudicando, & consulendo recedere à d. opinione, quodque post plures affirmat *Marescot. var. resol. d. lib. 3. cap. 21. num. 53.* vbi cum pluribus alijs dixit neminem reperiri, qui contradicat *Put. in decis. 53. secundum nouam impressionem n. 2.*

lib.

lib. 1. Franc. d. dec. 529. nu. 8. Odd de compend. q. 6. in rub. an legitimus tantum nn. 21. limit. 9. Alex. Galganus nouiss. in l. Gallas ff. de lib. & posth. in ver. post mortem meam prope nu. 40. & quando diceretur Monasterium habere pro filio, Respondetur aliud esse talem, & aliud haberi pro tali, vt per *glos. in l. merces ff. de verb. signif.*

Et licet ex prædictis non videatur necesse respondere, an per ingressum religionis Monachus capite minuatur, quod exaduerso negatur, id tamen sustinendum esse puto post longam disputationem ex alleg. *per Bar. in §. illud quoque num. 4. in auth. de Monachis*, vbi sic concludit, sed veritas videtur, quod Monachus minuatur saltem minima capitis diminutione, quando mutat familiam, vt not. *Gl. in l. si ex causa §. nunc videndum ff. de minorib.* nec obstat quod succedat, vt suus, nam & emancipatus succedit, vt suus, & tamen minuitur minima capitis diminutione, ita etiam videtur affirmare *glos. in d. auth. de Monachis in ver. mutatione Innoc. in d. cap. in præsentia nu. 7.* Capitis enim diminutio est prioris status commutatio, facto hominis interueniente *l. 1. iuxta gl. ff. de capitis diminutione*, ita affirmant *Aret. nu. 1. & alij in §. 1. Inst. de capitis diminutione*, & quod mors ciuilis per ingressum religionis, & professionem æquiparetur morti naturali dixit *Honded. cons. 62. nu. 49. lib. 1.* sed in hoc ex supradictis non insisto quamuis *Lapus alleg. 101.* alio modo loquatur.

Nec dicatur aliud esse prohibere, ne bona fideicommissaria perueniãt ad Monasterium, vel ad Monachum transeant *ex Cephalo cons. 526. nu. 61. lib. 4.* quia ibi disputatur de intelligentia vnius *stat. Ferrarien.* disponentis, quod bona volentis ingredi aliquod Monasterium applicentur eis qui ab intestato essent successuri, vt *nu. 10. ibi. n. Cephalus* considerat statutum prædictum non valere, vt *nu. 57.* secundo considerat statutum loqui de bonis ingredientium, non autem de bonis non ingredientium, hic autem agitur de bonis ingredientium, cum essent ingressi, ergo retorquetur, & sic vt ipse *nu. alleg. 61.* affirmat statutum non loqui de bonis peruenturis ad ingressos de quib. loquuntur testatores nostri, & idem esse dixit *Borel. cons. 17. nu. 33.* imo patet ad sensum, nullam diuersitatis rationem posse allegari.

Et licet supponatur ad vitam Monachi, & Monialis bona fideicommissaria retineri posse *ex tex. in d. l. Stat ius florius §. Cornelio fel. ff. de iure fisci* superius satis declarato, & alijs adductis respondetur non procedere quotiescunq; testatores voluerint, nedum bona permanere in familia, sed expressè excluserint Monasteria ad *peregr. in d. tract. de fideic. art. 28. nu. 83.* dicens id procedere, etiam si testator non specialiter expressisset de exclusione Monasterij, & post *Coudr. Paris. & Molinam* dixit *Cenalos in communib. contra communes d. q. 193. in fine*, dicens: Quod si aliter diceretur, supprimeretur, & aboleretur memoria Testatoris, nec nomen, nec arma apparerent durante Monachi vita, *Intrigliol. de substitut. cent. 3. nu. 42. Marest. or.* qui cum *Oddo* putat hanc sententiam esse indubitabilem, dicens præcisa verba; quilibet Monachus etiam si professus sit in Religione capaci, quoad conseruationem familiæ mortuus esse censetur, cum ab eo familia conseruari non possit, sed potius ex eius successione familia supprimitur, & multas alias rationes adducit *d. lib. 3. var. resol. cap. 21. nu. 8. quas videat*, & sic dici non potest dicta bona quodammodo videri esse in familia, cum Monachus, iuxta permissionem Testatoris illis vtatur, nam desijt esse de familia, vt supra.

Secundo, non potest dici, quod Monachus vtatur, & fruatur bonis prædictis, nam, aut loquimur de vsufructu formali, aut de causali, aut de quadam participatione commodi, & emolumenti prouenientis ex ipsis bonis existentibus pænes Monasterium, primo casu non videtur agi posse de vsufructu formali, qui formam separatam habet à proprietate, nam fideicommissarius, ex bonis fideicommisso subiectis, fructus percipit iure Dominij, *sic solum, §. meum ff. ex diuerso, in principio, ff. de rei vendic. Peregr. de fideic-*

fideicommissis art. 49. nu. 88. Secundò casu si agimus de illo Vsufructu, qui cum proprietate veluti cum sua causa residet, & tunc sicut dominum est abdicatū à Monacho, & in Monasterium penitus translatū, ita & ius fructuum, *l. si cum argentum,* S. *fundus, ff. de except. rei iudic. l. cum in fundo, & ibi Doctores, ff. de iure dotium, l. si ita stipulatus,* S. *Titius, ff. de verb. oblig. Innocen. in d. cap. in præsentia, nu.* 6. *extra de probat.* in tertio casu
25 circa vtilitatem, quàm percipere potest Monachus non est habenda in consideratione, cum Monachus non consequatur à Monasterio, nisi ea, quæ ad vitæ substentationem sint necessaria, & ea capit tanquam alimenta sibi à Monasterio debita *Surd. de alimentis tit. 1. quæst. 75. nu. 1.*

Secundò, quia ea non percipit tanquam propria, licet sibi debeantur, notatur *in cap. per suas, vbi Belemera nu. 4. extra de maior. & obedientia,* eo quia per professionem abdicauit à se omnem potentiam habendi, & acquirendi, *vt not. in auth. ingressi, C. de Sacros. Ecclesijs,* & si aliter diceretur, daretur Monachus proprietarius, quod omni iure exclusum videtur *cap. cum ad Monasterium ext. de statu Monachorum, & sic Innoc. III. scripsit, prohibemus districtè in virtute Obedientiæ sub obtestatione Diuini Iudicij, ne quis Monachorum proprium aliquo modo possideat, sed si aliquid proprij habet incontinenti resignet, si verò monitus non resignabit expelletur, & si tempore mortis proprium pænes eum reperietur*
26 *in signum perditionis, extra Monasterium inter quintino subteretur,* quod notat post alios *Abbas in cap. 2. de statu Monachorum,* dicens: Quod veri Religiosi possunt peculium, seu administrationem peculij ex licentia Abbatis habere, sed tantum pro vtilitate Monasterij, vel alendi seipsos, secus autem, vt disponant ad libitum, quia nedum Abbas, sed nec Papa potest concedere, & sic Monasterium, & non familia, quæ à Testatori-
27 bus fuit considerata non conseruaretur, vt diximus, nec facit *Decisio de anno* 1632. *Eminentiss. Verospy in causa de Blanchettis,* quia in casu suo nō apparebat exclusio Monasterij ex voluntate Testatoris, imò retorquetur cum ad exclusionem Monasterij dixerit sufficere coniecturas voluntatis Testatoris *ante vers. quo verò ad alteram coniecturam,* in casu verò nostro adest expressa Monasteriorum exclusio, & in casu *d. decisionis* non legitur prohibitio alienationis, & instituti erant extranei, & Monachus de quo ibi est Doctor, & id replicatur in duabus sequentibus in eadem causa, quæ si considerentur decidunt contra aduersarios stante, nempe voluntate declarata Testatorum, quæ ibi admittitur sufficere ad exclusionem Monasterij.

Non etiam prætereundum credo posse dici de nullitate Testamenti D. Romantij in ea parte vbi voluit, quod vsus fructus relictus Monacho, & Monali intelligatur, & sit relictus eisdem, & cuilibet eorum ad proprium illorum commodum, & nullatenus Monasteriorum in quibus sunt professi, ita vt sine manu, medio, licentia, & mandato superiorum, nulloq; Iuris, nec Statutorum, nec Canonum ordine seruato possint gubernare, & administrare, & redditus, & prouentus percipere, exigere, &c. nam primo est de directo contra Votum paupertatis, contra dispositionem *Canonum,* & ad verè retrahendum eos à vita contemplatiua. Et idcirco *Bart. in auth. excipitur, ff. de bonis ff. liberis nu.* 1. dixit quod si relinquatur Monacho sub conditione, ne quæratur Monasterio id continere impossibile, & repugnantiam, cum Monachus non possit habere aliquid, & melius in *l. in alienum, ff. de hared. institu. nu.* 1. *& in quæst.* 12. *per totam, Abbas in d. cap. 2. in col. 3. vers. sed vltra Doctores,* nec dicatur cum *Bartol. in d. authent.* quod verba exclusionis debent intelligi, quando relinquo Monacho sub hac conditione ne quæratur Monasterio, hoc est, quod Monasterium patiatur illum habere eo modo, quo potest coniuentibus oculis, quia id in casu nostro non potest intelligi, cum voluerit D. Romantius sine medio, licentia superiorum Monachum, & Monialem consequi posse; secundo talis permissio debet esse in casu licito, vt in dispensatione ad pios vsus, *vt Abb.*

ibi

ibi affirmat subiungens posse etiam conuerti in vsum vestimentorum, & librorum, quo casu aliqua vilitas Monasterio acquiritur, quia à simili onere releuatur, & *Angel. in d. auth. excipitur nu.* 3. dicit quod si Abbas non habet Vsumfructum non potest dici administrator, *Cuman. & Castr. in l. Lutius, S. tres heredes, ff. ad Trebellian.* vbi *nu.* 3. dixit nullam esse dispositionem, nisi quando conuertatur in causam in quam Monasterium teneretur, *Bald. in cap. si Clerici, extra de Iud. num.* 5. *& in l. unica, C. de his, quæ pœnæ nomine relinquuntur, nu.* 43. *vers.* 7. *Sumitta inter quos Ang. in verbo Monasterium nu.* 11. *& Siluester, in verbo, Religio* 7. *nu.* 5. *Armilla, in verbo, Monachus nu.* 15. *imò Ioan. de Imola in l. si alienum, ff. de hared. instit.* sustinuit per plures rationes similem dispositionem non valere, facit *Glos. in cap. insinuante in verbo, vt in domo propria,* dicens, quod talis conditio ne quæratur Monasterio est contra substantiam Monachatus, quod & aduertit idem *Bald. in d. unica, nu.* 44. *ibi item quoniam regula Monachalis infringeretur si Monachus haberet proprium,* & ideò crederem, & Monasterium Monialem, & Monachum esse exclusos, & esse locum respectu bonorum liberorum, quoad vsumfructum fauore RR. Monialium Sanctissimi Corporis Christi, SS. Bernardini, & Marthæ, & Conuertitarum vocatarum ad formam Testamenti d. D. Romantij, ita aduertunt *Glos. in verbo de omni, Alberic. Castr. in d. S. tres fratres, & Bart. & Bald. in locis superius citatis Armilla in d. verbo Monachus, num. allegato.*

Quo verò ad deductiones erit in facto aduertendum. legitimam in casu nostro non esse quo-
29 tam hæreditatis, eo quia D. Aloysius Auus Actoris, & Reorum filijs reliquit scuta quingenta pro quolibet pro portione legitimæ, & ipsi fuerunt Patris hæredes simpliciter, absque conditione inuentarij *Angel. in l. Papinianus S. si conditioni ff. de inoff. test. Surd. decis.* 316. *nu.* 15. qui cum alijs dicit præsumi etiam bona fuisse subtracta, & *vulg. est* hæredem non posse venire contra factum defuncti *vulg. l. cum à matre de rei vendicatione.*

Nec dicatur, quod Monasteria debeant consequi non solum vsumfructum, sed etiam
30 proprietatem cum D. Laurus pœnam caducitatis; cum incurrerit contraueniendo D. Romantij voluntati, eo quod non potuit testator imponere pœnam hæredi petenti, quod sibi debetur ex hæreditatibus, & fideicommissis antiquorum, nec tali casu pœna committitur *Castr. in d. S. tres hæredes Soc. sen. conf.* 115. *n.* 30. *& 31. pariter lib.* 1. *Peregr.* ex diuersò adductus in *tract. de fideicom. art.* 35. *nu.* 6. *&* 7. dicens prohibitionem, & pœnam incurri, quando malo animo quis molestaret *Surd.* autem *in alleg. decis.* 194. loquitur de molestijs de facto, & malo animo, nam Capitaneus Federicus, & Iulius ibi nominati statim mortuo testatore voluerunt bona mobilia includi in scrinijs, & capsis, earumq; claues deponi pœnes tertium, donec esset factum inuentarium sibi prohibitum, & sic priuata fuit hæres vsu bonorum per multum tempus, vt *nu.* 12. Secundo. Item Capit. Federicus cum vxore, & tota familia ingressus fuit de facto domum hæreditariam, & eam continuò habitauit, donec duravit vsufructus, vt *nu.* 14. nec ipse D. Laurus, & post eum filius metu pœnæ sibi comminatæ in præcepto de non molestando prædictos vsufructuarios quandocunq; & qualitercunq; de iure, vel de facto non est retrahendus à petitione dd. fideicommissorum, nam tale præceptum non comprehendit hanc molestiam iustam, & legitimam, & quæ venit ex natura rei, & tendit ad consecutionem eius, quod ex dispositionibus antiquis ad eum spectat *Castil. in tract. de vsufruct. cap.* 15. *nu.* 8. *&* 9. vbi plures allegat, nam ille qui petit declarari ius suum non molestat *Laderch. post Bal. conf.* 134. *nu.* 6. facit etiam *Iason. conf.* 40. *nu.* 3. *lib.* 1. dicens quod illud, quod non valet per viam dispositionis, si apponatur per viam conditionis pœnalis reijcitur conditio, & pœna habetur pro non adiecta dicens, quod est scriptum in fraudem legis per *text. in l. Seius, & Augerius ff. ad l. Falcidiam,* sed quia ho-

hodie non est casus noster, & adest Breue Apostolicum id permittens cum clausula (sublata) & alijs irritantibus dicitur os clausum, & manus etiam ligatæ, & Excellen-
31 tiss. D. Iudici, & parti, *Felin. in cap. nonnulli, nu. 22. vers. Secunda conclusio, de rescript. Put. decis. 48. in fi. lib. 1.*

Ex his etiam creditur responsum alio consulto incipienti per mortem Illustr. D. Romanti cui sufficiat, addi quod Trebell. dicitur prohibita ex verbis Aloysij ibi, voluit omnino omnia bona integra, & absque detractione ad prædictos eius filios, & descendentes
32 pertinere *Sacra Rota decis. 155. per totam parte secunda recens.* & quod ex non facto inuentario contentati fuerunt filij Legato Paterno pro legitima, & alia portione, vt diximus, & affirmat *Mangilius in tract. de Imput. quæst. 137. num. 18. vers.* Vndecimus si autem agatur de D. Balthassare cum sit transuersalis, deductiones non sunt faciendæ Trebellianicæ, & aliarum portionum, *DD. in l. 1. ff. de inoffic. Testam. Merlin. de legitima lib. 1. tit. 2. quæst. 13. nu. 1.*

Et ideò locum esse expeditioni fauore D. Eq. esse credo, quicquid scriptum fuerit in duabus scripturis pro contraria parte, saluo tamen saniori intellectu.

CONTROVERSIA CIII.

Pro Hæredibus Illustris. D. Bartholomæi de Angelellis.

SVMMARIVM.

SI Testamentum non confrontatur cum originali, secundum quod est petitum, non probat, nu. 1.

Filij, quando sunt industriosi, tunc intrat præsumptio bona potius esse propria, quam paterna maximè si à morte patris intercedit multum tempus, nu. 2.

Retentio competit, donec fiant detractiones, nu. 3.

Enunciatiua vnica non probat, etiam in antiquis, nu. 4.

Maximè si cõtingit dubitari super enunciato, nu. 5.

Et est differentia, an enunciatiua sit in Instrumẽto, vel in actu iudiciali, n. 6.

Gratian. in discept. cap. 154. declaratur, nu. 7.

Demonstratio personæ, ad hoc vt perfectè fiat, non sufficit nomen, nisi probentur alia duo accidentia, nu. 8.

Maximè si agatur de nomine frequentato, nu. 9.

Et de familia numerosa, nu. 10.

Vnica dicitur enunciatiua, licet Instrumenta sint plura, dum vnus tantum notarius est rogatus, nu. 11.

Nec si plures essent admittuntur, dum non constat de effectuatione Instrumentorum, nu. 12.

Adsit Deus, & Virgo.

IN hac causa Viduæ mihi ex Sorore Patris consobrinæ rectè fuit dictum non fuisse probata extrema pro parte Illustris. DD. de Angelellis. Non. n. constat de Testamentis,

quæ

quæ ab initio erant producen. cum parte, & de non existentia dd. Testamentorum in actis constat ex confessione dd. DD. de Angelellis, dum petierunt per D. Barbaram, & per D. Cæsarem de Taruffis in actis præsentari. Vltra quod fuit pluries petita dd.
1 Testamentorum auscultatio, & fuit decreta, qua non facta, nec exhibitis originalibus non probare, alias fuit dictum *Bero. conf. 1. nu. 90. & conf. 55. lib. 2.* Et quoad Testamentum Francisci verè non probantur bona in bonis, cum à die mortis ad diem diuisionis intercesserint 26. anni, maximè cum essent filij Notarij industriosi, & Mercatores; licet essent nobiles, quia tunc esse Notarium, & Mercatorem erat nobilitas, vt in matriculis Artium in Archiuio continetur, nec adest mentio, quod bona essent Fran-
2 cisci hæreditaria *Vrsillus ad Afflict. decis. 23. nu. 11.* & in terminis de diuisione facta per fratres post mortem patris elapsis 14. annis, post plures est decis. *Sacræ Rotæ coram Merlino de Desiderys. quæ est decis. 258. p. 5. diuers. nu. 2.*

Et cum linea Marci Antonij esset extincta per illius mortem de anno 1613. bona ex Testamento debantur Io. Baptistæ, & Bartholomæo, adeout Marcus Antonius de eis non potuerit disponere ad præiudicium eorumdem Io. Baptistæ, & Bartholomæi, & cum sit substitutus proximior in singulari oportet videre, an Pater Albertus sit proximior. Et ab eodem Marco Antonio suppositis fideicommissis, non poterant institui hæredes pro dimidia illi de Loianis, sed bona erant propria D. Io. Baptistæ, & Bartholomæi, qui pluries petierunt tenutam dd. bonorum.

Et licet idem Marcus Antonius reliquerit Bartholomæo, & Iacobo dimidiam, id tamen non liberè, sed vt dotentur filiæ tunc natæ, & nascituræ ex D. Io. Baptista, quæ fuerunt in numero septem, & cũ D. Barbara de suo pro maiori parte eas dotauerit, sibi competit retentio antequam fiant aliæ detractiones *Burat. decis. 650. nu. 15.* & est notan. quod
3 reliquit Bartholomæo, & Iacobo de Angelellis tres tantum possessiones, quæ per D. Barbaram non possidentur pro omni eo, & toto, quod vigore fideicommissorum Francisci, & Alberti prætendere possent, & fecit substitutionem de illis ad instar Testamenti Alberti.

Ex his etiam minimè probata fuit extinctio lineæ rum Francisci, & aliorum vocatorum, nam & naturales vocati sunt.

Nec veram puto illam opinionem, quod vnica enunciatiua probet, quando agitur de
4 identitate personæ, nam primò nec *textus*, nec Doctores in *l. falsa demonstratio ff. de condit. & demonst.* id probant, *& Socin. in cons. 266. lib. 2. num. 12.* exaduerso allegatus non distinguit, prout distinxit D. Comellus, & noluit quouis modo Instrumentum etiam antiquum probare, vbi agitur de magno præiudicio, vt in casu nostro, & ideircò sustinetur, quod vnica enunciatiua etiam in antiquissimis non probet, & nedum
5 non facere plenam probationem, sed nec semiplenam, dum contingit dubitari super enunciato. f. an Philippus, à quo descendit Bartholomæus, sit filius eiusdem Iacobi in
6 Instrumento memorati *Crauet. in tract. de antiq. temp. p. 1. in sectione propositum autem principale nu. 24. Posser. de enunciatiuis verbis lib. 1. q. 4. num. 7.* & facit differentiam, an enunciatiua verba sint in iudicio, vel in Instrumento, nam ea lote iudicij tunc solùm faciunt semiplenam probationem, & post alios dixit *Rota decis. 203. p. 7. diuers. num. 9.* loquens de veriori.

Nec facit *Gratian. alleg. c. 554.* quia si rectè legatur, vbique erant enunciatiuæ coniecturæ,
7 & præsumptiones, vt *nu. 54. vers. probatur*, & illa descendentia non controuertebatur, vt hic, ibi descendentia Petri ex Iacobo non controuertitur *nu. 55.* & aduertendum est, quod ille Bartholomæus erat nominatus in Testamento, sed nullibi in Testamentis productis fit mentio de hoc Philippo, quod fuerit filius Iacobi senioris; & si rectè videantur Doctores à *Gratiano* allegati, & nempè *Bart.* in memorata *l. falsa demonst. cod.*

nu. 14.

8 *nu.* 14. dixit ad demonſtrandum perſonam perfectè non facere nomen, niſi probentur alia duo accidentia, vel indicia; nec *Cranet. conſ.* 169. *nu.* 4. loquitur in terminis, & ibi diſputabatur de ebrietate, & ignorabatur cognomen ebriæ; & ſi videatur *Dec. conſ.* 13. *nu.* 9. & ipſe cum eodem *Bart.* dixit vltra nomen requiri alias duas demonſtrationes, & ſic etiam inferius cõcludit in verbo, debet, & eo magis cũ nomen Philippi ſit frequens, & in proceſſu probetur eodem tempore fuiſſe duos Andreas, duos Albertos, & duos Io. Baptiſtas, duos Franciſcos, & duos Marcos Antonios. Nam, vt *Dec.* aduertit, eſt

9 nomen frequentatum, *Bal. verò in l. hac conſultiſſima nu.* 4. *C. qui teſt. fac. poſſ.* dat exempla de illo Petro Ioannis, & qui innocens fuit condemnatus, & alter Petrus Ioannis erat culpabilis, & nihilominus non fuit ex delicto minus citatus, & loquitur in Teſtamento, vbi hæres ignotus poteſt inſtitui *l. extraneum la ſecunda ff. de hared. inſtit. Maſcard.* verò non in allegatione *concl.* 503. prout dicit *Gratian.* ſed in *concl.* 504. *nu.* 1. concludit cum *Bart.* quod vltra nomen requiruntur duæ accidentia, vel inditia, & in *concl.* 875. *nu.* 2. ſe refert ad *Corn. conſ.* 146. *in col.* 2. *n.* 4. *lib.* 3. vbi ad litteram dicit non ſufficere nomen, niſi addantur, & probentur aliæ duæ demonſtrationes, maximè quia nomina propria ponuntur ad libitum, & ibi ſuſtinet, quod potuerit eſſe alter Mercurius, & *text. in l. forma, & ibi gloſ. in §. vicinos ff. de cenſ.* licet loquatur in nomine fundi, & non perſonæ, requirit ſex demonſtrationes, vt ibi legitur *Alex. conſ.* 35. *nu.* 2. *lib.* 5. loquitur in fundo, & ſequitur *Bart.* ſuperius allegatum in *l. demonſtratio falſa, & in conſ.* 151. *eod. lib. nu.* 5. concludit, prout *Bart.* & potius contra *Gratian.* retorquetur, & requiri plenam, & con-

10 cludentem probationem, cum agatur de familia numeroſa, in qua plures eiuſdem nominis perſonæ veriſimiliter potuerũt reperiri, poſt *Dec. in d. conſ.* 13. *verſ. & ita concluſa, & conſ.* 36. *ſub nu.* 4. *circa med. verſ. nam potuit, & conſ.* 321. *num.* 3. *verſ. venio. & nu.* 6. *Signorol. conſ.* 81. *nu.* 5. *Calcan. conſ.* 8. *nu.* 2. *Parif. conſ.* 51. *nu.* 7. *& ſ q. lib.* 2. & extant plures *deciſ. Sacræ Rotæ* nempè in cauſa *Comenſi habitus* 10. *Decemb.* 1607. *coram Iullo, &* 304. *num.* 12. *p.* 1. *recent. & in terminis in Mediolanen. Iuriſpatronatus* 14. *Iunij* 1619. *coram Peroſano, quæ eſt apud modernos Piſanos de Iurepatron. deciſ.* 75. *ante nu.* 4. fuit deciſum coram *Cocchino in Florentina, ſeu Bonon. de Barbadorijs* 25. *Iulij* 1640. & ſic non ſufficit probare nomen, & cognomen, cum non reddant perſonam certam *Corn. conſ.* 91. *nu.* 14. *verſ. & licet lib.* 1. *Gamma deciſ. Luſitan.* 378. *per tot.*

Et vnicam eſſe enunciatiuam ſuſtineo, cum in vno tantum Inſtrumento legatur per eum-

11 dem Notarium rogatum *Paſſer. de enuntiatiuis verbis lib.* 2. *q.* 1. *nu.* 66. & 83. quando etiam eſſent plures, nequaquam probant fuiſſe Philippum prætenſi Iacobi filium, vt diximus, vltra quod debet conſtare de effectuatione Inſtrumentorum, ex quibus ille

12 deſumuntur, & eſſe neceſſarium, prout in omni diſpoſitione *Surd. conſ.* 3. *nu.* 29. *& conſ.* 359. *nu.* 10. & enunciatiuæ debent eſſe plurium Inſtrumentorum, quæ ſuam à diuerſis perſonis originem educant *Felin. in c. cum cauſam num.* 4. *de probat. Peral. poſt alios deciſ.* 337. *p.* 3. *nu.* 6.

Et idcircò eſt locus abſolutioni fauore Viduæ, prout creditur fieri debere per Perilluſt. & Excellentiſs. DD. Prætorem, & Rotæ Auditores Viduarum Protectores, à Deo, & Sanctis tam in Iudicijs commendatarum.

CON-

CONTROVERSIA CIV.

Pro Illustriss. D. Barbara Bonalda.

SVMMARIVM.

PCorrectio libelli est de substantialibus iuditij, vt Iudex secundum illius formam debeat proferre sententiam, num. 1.

Nec per partes remitti potest, num. 2.

Identitas bonorum non probatur, quando à die testamenti ad diuisionem inter hæredes intercessit multum tempus, & ipsi hæredes sunt industriosi, num. 3.

Filius non præsumitur hæres, nisi probetur se immiscuisse in hæreditate paterna, num. 4.

Quilibet præsumitur ditari, num. 5.

Fideicommissum expirat, si prædecedat substitutus, & bona remanent libera, num. 6.

Dictio; tunc, & eo casu, restringit vocationem ad casum expressum, nu. 7.

Extensio de persona ad personam non admittitur, num. 8.

Et tàm ob causam conseruandæ agnationis, num. 9.

Familiæ appellatione intelligitur de familia Testatoris, num. 10.

In fideicommisso vniuersali non continentur ea, quæ alio iure ad hæredem spectant, num. 11.

Hæres, qui adiuit hæreditatem cum beneficio Inuentarij sibi non præiudicat, num. 12.

Pater præcedit filium in fideicommisso, num. 13.

Prohibitio Testatoris, prohibitio legis, & prohibitio contrahentium parificantur, num. 14.

Retentio facilius conceditur, quam petitio, num. 15.

Fructus ad rationem quinq; pro centenario admittuntur, dum ex immobilibus debentur, num. 16.

Ex vsufructu debetur hæredi falcidia, num. 17.

Prohibitio falcidiæ, seu Trebellianicæ debet esse expressa, num. 18.

Res aliena legata coniunctis debetur, siue Testator scierit, siue ignorauerit esse alienam, num. 19.

Adsit Deus, & Virgo.

VIso diligentissimè Processu formato ad instantiam Illustriss. DD. de Angelellis contra Illustriss. D. Barbaram Bonaldam Matrem, & hæredem olim Illustriss. D Bartholomæi de Angelellis, non potui videre, quomodo tam enuclectur testamentum Illustriss. D. Marci Antonij de Angelellis, cùm non fuerit actum vigore eiusdem testamenti, sed vigore testamentorum Illustriss. DD. Francisci, Philippi, & Alberti de Angelellis, vt ex petitione per me lecta, & perlecta in Proc. fol. 293. ad 325. apparet, adeò vt cum libellus sit de substantialibus iudicij, ad effectum, vt Iudex secundum illius formam debeat proferre sententiam, &c. sicut fuit

extra de Simonia; Clem. sæpè de verb. significat. l. vt fundus ff. communi diuidundo, & post plures V ant. in tract. de nullitat. in tr. de nullitate sententiæ ex defectu proc. num. 18. vbi docet non posse omitti in quacunq; causa etiam executiua, & coram
2 quocunq; iudice; Porrectio igitur libelli est tantæ efficaciæ, itaut per partes remitti non possit; *vt notatur in c. de caulis in glos. 2. in verbo consensu, & ibi per Doctores extra de officio delegati Spec. de sententia prolatione in §. Iusta vers. quid si de partium Bart. in authent. offeratur C. de litis contestatione num.* 13. Dicens esse verissimum non solum ad vtilitatem partis, sed & iudicis, vt sciat, super quohabeat ferre sententiam. Nec dicatur, quod cum *ex statuto nostro in rubrica de vocatis in iure, & venientibus* possint Iudices iudicare, sola facti veritate inspecta, & sic sententiam non esse nullam, dum probatum est, & si non sit conformis libello ex *Veralo decis. 262. p. 2. & melius decis. 126. p. 3.* quæ id per *Veralum, & alios* per eum adductos non procedit, dum nostri statuentes expressè voluerunt dari libellum, vt per *Monter. in addit. in tit. de Inepta actione* proposita in verbo causam, & melius *Parif. cons.* 131. *num.* 14. *lib. prim. Scraphin. decis.* 377. *num.* 7.

Remanet ergò discussi de alijs fideicommissis, quibus alias fuit responsum, nam bona in bonis Francisci primi fideicommittentis, non probantur, primo cum
3 esset in communione Nicolai, & Iacobi fratrum, secundo, à die mortis ad diuisionem bonorum per filios interceßit spacium viginti sex annorum, & filij erant industriosi, in tantum, vt cesset omnis præsumptio, vt bona à Patre peruenerint; *Bal. in l. cum oportet num.* 11. *C. de bonis quæ liberis. Peneg. de spectacom. art. 44. nu.* 21. *vers. cæterum si inter nullum*, adducens plures rationes, & inter alias, quod si non probetur immixtio filius non præsumitur hæres patris *Alciatus cons.* 778. *nu.*
4 4. dicens non sufficere, quod inter descendentes fuerit facta diuisio, quia quilibet præsumitur ditari, & potuerunt fuisse acquisita post mortem Testatoris,
5 quem cum alijs commendat *Surd. decis.* 339 *nu.* 19. & est *Decisio Sacr. Rotæ* 226. *nu.* 6. 8. *& n.* 11. *p. 4. diuers.* maximè dum (vt hic) simpliciter de bonis facta est diuisio.

Quò ad testamentum Philippi Francisci filij, dicitur fideicommissum in illius testamento non contineri, nam substitutio facta de filijs DD. Andreæ, & Ioannis Philippi fuit facta DD. Nicolao, & Marco Antonio filijs olim Bartholomæi dicti Testatoris fratris, & D. Alberio, ibi, *videlicet hoc modo &c. vt Proc. fol.* 80. *verso.* sed fic est, quod prius ante Ioannem Baptistam, & Bartholomæum Iuniorem mortui fuerũt omnes, ergò expirauit eorum vocatio, nam substitutio est restricta ad casum prædictum, qui non euenit, cũ prædeceßerint, & generalis est cõclusio in quacunq; substitutione conditionali, vt deficiente cõditione, perinde habeatur, ac si facta non fuisset, *l. 1. §. sin autem aliquid sub conditione C. de cadu. tollend. l. generaliter §. cum autem C. de instit. & substit. Bertrand. cons.* 18. *n.* 2. *p.* 1. *Cephal. cons.* 17. *n.* 6. *& n.* 9. vbi voluit verba illa, *videlicet, & hoc modo vsq; in infinitum* nõ operari fideicõmissũ, & si sequantur, & possent cõprehendi sub eisdem verbis, *omnes & singuli descendentes inuicè substituti* per quemcũq; modũ substitutionis, qui melius cõueniat, & *n.* 11. dixit ob nõ apertã viã primis sequẽti substitutioni nõ esse locũ, & ibi plures *text. & Doct.* allegat *Rot. decis.* 698. *nu.* 15. *& 16. p. 1. diuers.* & in terminis *Cepol. consil. 54. nu.* 3. vbi dixit, regulam esse, quod fideicõmissarius, cui debetur hereditas restitui in euentũ alicuius cõditionis, si moriatur antè euentũ conditionis, expiret fideicõmissũ in persona sua, nec trãsmittat ad hæredes suos, *& textus plures* allegant *Natta, & Dec.* quos affert *Ludouis. dec.* 542. *n.* 8. dicens bona remanere libera apud hæredes, addamus illa verba (tunc, & cõ casu) quæ restringunt vocationem filiorum D. Andreæ, & D. Io. Philippi ad casum expressum, ita vt ad alium non trahantur *Ancar. cons.* 356. *n.* 3. *vers.* 3. *Cezad. cons.* 4. *nu.* 23. *vers.* 3. *Peregr.*

qui plures allegat in *tractat.de fideicommissis articulo 29.n.15.verſ.cæterum Fusar.de fideicom.quæſt.480.nu.3.& 65. Ludou.deciſ.443.nu.6.* & multò magis, quia conditio fuit adiecta nominatim vltimo decedenti, ex Nicolao Marco Antonio, & Alberto,
8 vnde non ſolum fieret extenſio de caſu ad caſum, ſed etiam de perſonis ad perſonas, quæ non permittitur etiam ex præſumpta mente Teſtatoris *l.ſiquis ita S.penult.ff. de Teſtam.Aret.in l.Gallus S.quid ſi tantũ nu.18.in verſ.quod ſecus videtur ff.de lib.& poſth. Pereg.d.art.29.nu.33.Rot.deciſ.300.nu.20.verſ.ea extenſio p.1.in recent.* vbi quod talis extenſio admitti non debet etiã ob cauſam conſeruandæ agnationis, & hoc etiam, quia
9 hic variatur perſonę, quibus fit ſubſtitutio *Gabr.conſ.95.n.3.lib.1.Pereg.d.art.29.n.33.* Idcircò ex hoc fideicõmiſſo nõ video Illuſtriſs. DD. Angelellos poſſe dici admittẽdos.

Ad tertium Illuſtriſs. Eq. Alberti dicitur verè extare legatum domus Galeriæ, & domus in Caſtro Sanctæ Agathæ Domino Nicolao eiuſdem Teſtatoris nepoti, & eo mortuo ſuo primogenito, & de primogenito in primogenitum ordine ſucceſsiuo, & linea maſculina primogeniti extincta, ſecundo genito, & ſic ſequendo, & eo deficiente, voluit dictas domos peruenire debere ad Dominum Marcũ Antonium pariter eius nepotem, & ad eius primogenitum, & prout de D. Nicolao, & primogenitis ſcriptum eſt, itaut vnus tantùm dictum legatum æquatur, & voluit nullã ex dicto legato poſſe deduci legitimam, Trebellianicam, ſeù falcidiã, quia voluit dictas domos ſemper permanere debere in Caſatu, & familia ipſius D. Teſtatoris, & ad primogenitum modo, & forma prædictis, ex quo legato non potui videre, quo modo ijdem Illuſtriſs. viri poſſint admitti, cum de eis, Imò de Franciſco Teſtatoris Fratre nulla ſit facta mentio, nec occur-
10 rit diſputare, an familiæ appellatione contineantur collaterales, vt notatur *in l.fin.C. de verb.ſign.* cum Teſtator expreſſerit de familia ipſius Teſtatoris, vt per *Peregr.d.tract. de fideicom.artic.22.n.26.Verſ.Verum difficultas Decciſ.636 famigerato.* In reliquis autem bonis fideicommiſſum inſtituit fauore hæredum, & eorum deſcendentium maſculorum, eorumquè linea finita ſubſtituit proximiorem de linea, & Caſata de Angelellis proc.fol.87.& ſeq. ſed ex bonis eiuſdem Alberti D. Barbara prætendit aliquid non poſſidere, cum à Bartholomæo eius filio factum fuerit iuditium contra plures eo, quod eius fauore clariſſimum apparebat fideicommiſſum, & de hoc informatus eſt Peril-luſt. & Excellentiſs. D. meus Mengatius, nec probata fuit hæc proximitas, quicquid dicatur de enunciatiua in Inſtrumento producto compromiſſi, & laudi, nam Inſtrumentorum plures debent eſſe enunciatiuæ à diuerſis perſonis emanatæ *Puteus deciſ.249. nu.6.lib.2.Paſſer.de enunciat verbis lib.2.q.1.num.63.* poſt plures, quos allegat, dicens ſecus eſſe, ſi ab eiſdem perſonis habuerint originem, cum vnicum videatur eſſe Teſtimonium, & num.3. ſubiunxit idem procedere ſi omnia inſtrumenta fuerint confecta ab eodem notario, vt in caſu noſtro *Achill.de Graſſ. in tit.de iure patronatus deciſ.8.nu.2.& 3.& penes Verallum p.3.deciſ.337.nu.6.Mantic.de Tacitis, & Ambig.lib.2.tit.6. nu.21.& 22.* etiam ſi in facto antiquo enunciatiua eſſet facta à Principe, dicens nec tunc probare *Maſtard.de probat.concluſ.621.nu.19.& ſeq.* ſubiungens, quod talia verba enunciatiua ad hoc, vt aliquam faciant præſumptionem debent conferre ad ſubſtantiam, validitatem, & effectum eius, quod principaliter agitur in inſtrumento, & adducit exempla in terminis *idem Pereg.in d.tract.art.43.nu.84. dicens cum Decio* in terminis non probari, dum agitur de nominibus frequentatis *nu.85.*

Remanet vt tractemus de Teſtamento D. Marci Antonij, & duo ſunt conſideranda, aut prætenditur extare fideicommiſſa de quibus ſuprà, aut non, ſi extant, cum verè in eis vocati eſſent Io. Baptiſta, & filij, nõ poterat ipſe ad illorum euictionem fideicõmiſſum facere, & pro parte Loianos, & D. Lucretiam Sororem inſtituere, & eis perpetuò ſubſtituere, maximè, cum ex aſſertione eorundem DD. de Angelellis, præſupponantur bona

11 per DD. fideicommittentes fuisse possessa, nam regula est, quod in fideicommisso vniuersali non contineantur ea, quæ hæres grauatus habiturus erat, alio hærede existente *l. sequens quæstio ff. de leg. 2. & ibi notant Doctores* minusquè Hæres cogitur restituere, quod ad eum peruenit, non ex Iuditio Testatoris, sed ex alia causa, *l. eum quis* §. *hoc amplius vbi Bart. nu. 2. ff. de dote prælegata, l. qui fundum* §. *qui filios ff. ad l. Falc.* & in terminis vt fideicommissaria, quæ debentur hæredi grauato ex causa precedentis fideicommissi, non includantur in fideicommisso, quamuis vniuersali, quia hæres illa non habet ex iuditio defuncti post plures *textos* probat idem *Peregr. in d. tract. de fideicom. art. 6. nu.* 8. vbi ampliat etiam, quod Testator iusserit hæredem approbare, & exequi debere Testamentum suum in omnibus, & per omnia, & *nu. 12. idem Peregr.* adducit aliam rationem, eo quod dispositio facta per aliquem de bonis suis non includat bona per disponentem possessa alteri debita, sed tantum bona propria ipsius disponentis, subiungens sua non posse dici ea, quæ alteri restituere quis tenetur, *Surd. decis. 93. nu. 20. vers. hæc autem sententia*, considerans etiam Testatorem de bonis suis, & non alienis dispositisse, *Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 9. tit. 6. nu. 8. vers. fed aliud Ofasch. decis.* 85. *nu.* 18. dicens sic fuisse decisum per senatum Pedemont. *Seraph. decis. 963. nu. 6. & decis. 969. nu. 8. decis. 375. nu. 3. p. 1. in recent.* & eo magis procedit cum D. Ioannes Ba-
12 ptista etiam filiorum nomine hæreditatem adiuerit cum benef. l. & Inuent. quo casu non perdidit fideicommissum sibi debitum, & in aliquo sibi non præiudicauit *l. fin. S. in computatione C. de iure deliberãdi Cuman. cons. 109. n. 2. vers. nec rursum addita* protestatione, & declaratione in fine Inuentarij legitimè facti existẽtis penes Perilluſt. & Excellentiſs. D. meum Mengatium, quamuis non potuerim imaginari, quo sano, & pio consilio illud non fuerit productum, sed tantum illud factum per DD. Loianos, ne fortè videretur talis declaratio, assertio & protestatio, facit etiam legatum factum Iacobo, & & Fratribus filijs d. D. Ioannis Baptistæ de Domo Galetiæ, domo Sanctæ Agathæ, & duabus Possessionibus, Prædio Arcoueggij, & prato pro omni eo, & toto, quod prætendere possent ijdem Iacobus, & fratres occasione Testamentorum Alberti, & Francisci, & si non ipsis, sed Ioanni Baptistæ Patri eorum fideicommissis bona subiecta deberentur, cum ordo etiam naturæ velit, vt filij ad fideicommissum vocati post mortem
13 patris admittantur, & sic ordine successiuo *Dulcet. de Arte Testandi* post plures in *tit. de hæred. Instituendis cautel. 6. in tit. quo remedio intelligatur facta vocatio ordine successiuo nu. 2. & seq.* Ex his enim sequitur, quod dictus Dominus Ioannes Baptista, & post eius mortem filij habuerint actionem ad interesse contra dictum Dominum Marcum Antonium, & in reliquis bonis liberis, & allodialibus eiusdem *ex textu in l. ea lege, & ibi glos. communiter approbata C. de cond. ob causam, & in l. si ita quis*, §. *ea lege, vbi Bart. & cæteri ff. de verb. oblig.* Nec dicatur in dictis legibus tractari de fideicommisso in con-
14 tractu, Quia prohibitio legis, prohibitio Testatoris, & prohibitio contrahentium patificantur *l. fin. C. de Rebus alienis, non alienan.* & sic in electione eiusdem D. Ioannis Baptistæ, & filiorum fuit agere, vel ad rem, vel ad interesse, cum pro fideicommisso competat etiam actio personalis, *Odd. post altos in tract. de fideicom. quæst. 13. art. 4. nu. 45.* Et ità tenent *l. si in* §. *item si quis in fraudem nu. 61. & seq. & alij DD. Inst. de actionibus*: Vndè D. Barbara Bartholomæi hæres potest pro fructibus 29. annorum debitis viro, & filio retinere, nam facilius datur retentio, quàm petitio *glos. in l. per retentionem C.*
15 *de vsuris l. Creditor in princ. ff. qui potiu pign. habeantur Cephal. cons. 299. n. 5. lib. 2. Gratian. in discept. cap. 470. nu. 12.* Et si verum sit, quod ad rationẽ quinquè pro centenario fructus sint taxãdi *ruxtà glos. in auth. perpetua in verb. iusta C. de sac. S. Eccl. ex 1. ex in auth. de non alienan.* §. *si verò Alienans*, vbi dicit pensionem esse iustam, quæ in viginti annos

con-

contineat rei æstimationem, & ibi *Salicet. nu. 3. & alij Scribentes* longè vltra hæreditatem D. Marci Antonij erit creditrix hæres dicti D. Bartholomæi vltimo loco defuncti ergo erat solum Ioannes Baptista ad hæreditates prædictas admittendus & non Ioiani soror, & filij.

Si verò fideicommissa prædicta non extant, quod exaduerso non potest dici, cum contrarium expresserint, erunt faciendæ plures deductiones, & dotium filiarum Ioannis Baptistæ relictarum; pro maiori parte per D. Barbaram, de proprio solutarum, nam pro eis retentionem dari, non potest controuerti *Gratian. post alios quos allegat. in d. discept. cap. 269. nu. 14.*

Crederem etiam ex vsufructu relicto Lucretiæ, & alijs, potuisse per filios Ioannis Baptistæ hæredes, institutos deduci falcidiam, cum non viderim eam per Testatorem prohibitam, nam certum est de iure falcidiam deberi ab hærede detrahendam, de legatis dodrantis æstimationem excedentibus *l. 1 ff. ad l. falcid.* & præsertim ex legato vsufructus *d. l. 1. S. non solum, & S. vsusfructus, & l. vsusfructus 80. ff. ad l. falcid.* Adeò quòd etiam de vniuersali relicto, seù Institutione in vsufructu omnium bonorum falcidia sibi locum vindicare potest *l. omnium ff. de vsufruct. Bart. in l. Exori mea pp. 2. vers. item ff. de vsufruct. leg. Natta cons. 291. nu. 6. lib. 2. Gail. obser. 143. nu. 5. & 144. num. 16. lib. 2.* fructusque huiusmodi quartæ partis, quæ ex l. falcidia deducitur, non ad vsufructuarium, sed ad proprietatis hæredem pertinent, ipse enim *nedum quartam, sed & fructus ipsius quartæ percipere debet l. quod de bonis S. fructus ff. ad l. falcidiam.* Tota igitur erit difficultas videre, An Testator tacitè, vel expressè voluerit, ne hæredes falcidiam detrahere possint, & quod attinet ad taciturn prohibitionem, non videtur de illa quærendum esse cum ad effectum, vt cesset falcidia necessarium sit, quod Testator illam expressè, & nominatim, non autem tacitè prohibeat, ad *text. in auth. sed cum testator in princ. C. ad l. falcid. vbi glos. in verbo hoc expressum, & Azo. in summa prope finem sub nu. 1. Petr. de Bellapertica col. 2. vers. sed quid si hoc voluit tacitè, Ang. vers. contrarium credo, & in l. nimium vers. in textu ff. de vsufructu Alban. ad Bar. in d. Auth. sed cum Testator nu. 1. & probat tex. in c. Raynaldus tit. fin. vbi glos. fin. in fine in verbo contra voluntatem Testatoris extr. de Testam. & vbi Abb. nu. 16. Anc. de Butr. num. 34. Ancar. nu. 3. vers. octauo Ias. cons. 84. nu. 9. lib. 2. Bellon. cons. 65. nu. 1. & sic latè probat Pedroch. cons. 16. nu. 2. cum pluribus,* vbi multis rationibus, Iuribus, & auctoritatibus probat hanc opinionem veriorem esse, & magis receptam.

Et cum tacitè non appareat illius prohibitio, minus poterit dici expressè fuisse veritam, & si Testator expresserit se prohibere quamcumquè detractionem; nam prohibitio subintellecta, & in consequentiam resultans, seruilibus facta, non facit cessare falcidiæ deductionem, vt supra probatum est, & affirmat *Petr. Matheollanus in repetit. l. filium quem habentem C. famil. herciscund. nu. 44. Angel. Aret. in S. 1. nu. 3. Inst. ad l. falcid. Ripa in l. Centurio nu. 133. ff. de vulg. & pupill. Bero. cons. 193. num. 63. lib. 1. Alberic. in l. Rapiores num. 3. C. de Episcop. & Cleric. Curt. Iun. cons. 54. num. 10. & seqq.* Hoc igitur stante non esset quærendum an tacitè, vel per verba æquipollentia inducta fuerit huiusmodi prohibitio, cum pro firmo à lege dispositum fuerit prohibitionem hanc nominatim, & specificè fieri debere.

Aliæquè plures deductiones meliorationum in bonis funeralium, & alterius generis possent fieri, Vltrà quod non est facta identitatis bonorum probatio, vt alias fuit dictum. Et idcircò si D. Marcus Antonius sciuerit, siuè ignorauerit bona esse aliena, nihilominus cum sint instituti coniuncti sanguine, debebitur earum æstimatio, *Gratian. in d. discept. post alios cap. 611. nu. 7. & cap. 988. pariter nu. 7.*

Et hæc saluo &c.

CONTROVERSIA CV.

Pro Excellentiſs. DD. Collegiatis.

SVMMARIVM.

COllegium Iuriſtarum Bononiæ dicitur Clariſſimum Mundi lumen, nu. 1.

Doctores Collegiati debent præcedere Doctoribus non Collegiatis, nu. 2.

Ordo præcedẽtiæ eſt de Iure Diuino, n. 3.

Item de Iure Naturali, nu. 4.

De Iure Canonico, nu. 5.

De Iure Ciuili, nu. 6.

Quando dignitates ſunt inæquales, non ſeruatur ordo temporis, nu. 7.

Duplicem habens dignitatem præfertur habenti vnam, nu. 8.

Veſtis ab alijs differens deſignat præeminentiam honorum, nu. 9.

Conſuetudo ſcandaloſa, & deſtructiua veritatis, & contra rationem naturalem non attenditur, nu. 10.

In facultatiuis non attenditur conſuetudo, nu. 11.

Romani voluerunt præcedere Perſeo Regi Macedoniæ, eo quod concedebant Diademata Regibus, nu. 12.

Adſit Deus, & Virgo.

1 Ircа præcedentiam, dicam quid ſentiam, eo quod Collegium noſtrum Bononienſe Clariſſimum, & Mundi lumen appellatur *Peregr. conſ. 40. in princ. lib. 5.* dico DD. Doctores Collegiales debere præcedere alijs
2 Doctoribus eiuſdem ordinis non Collegiatis. Nam id correſpondet Iuri Diuino, naturali, Canonico, Ciuili, Conſuetudinario, & Conſtitutionum; Item & Hiſtorijs.
3 Primò enim de Iure Diuino datur ordo præcedentiæ, nam Deus creauit Angelos ſecundùm ordines, nam alij Angeli, alij Archangeli, alij Throni, alij Dominationes, & ſic de alijs, & legitur in *Exodi cap. 7.* quod Moyſes inferioris ætatis trium annorũ Aaron fratris ſui præcedebat illum, licet eſſet paris in dignitate ſacerdotali; cum Moyſes eſſet Rex, quod & affirmat *Dauid in Pſalme 98.* legitur etiam populum amatum præceſſiſſe vulgum, quia inſeruiebat Arcæ Domini, *Ioſue cap. 6.* Et ſic de Diuo Petro, nam licet eſſet vnus ex Apoſtolis, & frater Diui Andreæ, imò minor, & tanquam Apoſtolus eſſet æqualis alijs, nihilominus propter duplicem dignitatem, nempè dignitatem Apoſtolatus, & Vicariatus fuit antelatus omnibus alijs Apoſtolis, & habetur penes *Paulum ad Corinthios 1. cap. 3. & ad Epheſios cap. 4. & melius in Actibus Apoſtolorum cap. 5.* vbi Gamaliel tãquam legis Doctor honorabilis præcedebat, & imperabat alijs.
Secundò, dignitas, & præcedentia dicitur prouenire à Iure naturali, cum ſit quædam
4 potentia à natura tributa, *gloſſa in §. fin. inſt. de Iure nat. gent. & ciuili, in verbo perſona*, quod & aduertit *Bart. Capola de imperat. militum deligendo in §. ratione nu. 1.*
Tertiò de Iure Canonico probat *tex. gloſ. in c. Placuit, ſeu Iſidorus in verbo proponimus diſtinct. 16.* vbi ad litteram, quod non attenditur prioritas temporis, ſed maioritas au-
5 ctori-

toritatis, *glos. in c. sexta, & Archidiac. in c. quoniam ead. dist. nō l. Dominicus de Sancto Hieminiano in c. Episcopos 17. dist. nō.* ita etiam aduertit *Felin. in rub. de major. & obe. d. nu. 3. Ioannes Cerier de primogenitura quæst. 3. secundi libri nu. 38. & 39.*

Quartò de Iure Ciuili, eo quod prælatio, quæ debetur antiquiori, debet intelligi cæteris paribus; *Angel. Aret. in §. quadam inst. de act. nu. 19.* ideſt, quando agitur de eadem
6 dignitate non in præiuditium maioris dignitatis, notant *Bart. & cæteri*, & decantatur quotidie in Collegio in recitatione punctorum, *in l. 1. ff. de alboscribendo*, quando tamen dignitates sunt inæquales, non seruatur ordo temporis, sed ille dicitur prior, qui
7 maiorem meruit dignitatem, adeout Collegiatus omninò debeat præcedere, *Nic. de Baruto in l. 1. C. de Consulib. lib. 12. num. 2.* quod & notatur in titulo, *vt dignitatum ordo cod. lib. 12.* item *Ludouicus Bolognin⁹ alias noster Collega in addit. ad Signorol. de Homadeis in tract. de præcedentia Doctoris, vel militis nu. 70. & 71.* facit etiam quia ille, qui constituitur est actu in dignitate potior est illo, qui facultatem habet ad eam actu quærendam, *Rom. in cons. 333. nu. 10. vers. sunt autem dissimilia*, ergo nihil operatur, quod & ipsi possint esse Collegiati, vt post *Io. de Platea* cōsiderauit *Gratus*, pariter alias Collega noster *in cons. 116. n. 14. lib. 2. vers. præterea imò contrarium*, dupliciter ergo habentem dignitatem præferendum esse vnam tantum habenti, dixit *Staphileus in tract. de Gratijs & expectatiuis in tertia principali conclus. num. 9.* ? Nonne est verum, quod duo
8 vincula magis ligant, quam vnum, vt considerat *Dec.* ad propositum *in l. cum quidā prima lectura nu. 15. ff. si cert. pet.* sustinēs, quod duplicatio graduum maiorem dignitatem inducit, & quod vbi maior est dignitas, prærogatiua temporis non attenditur, *Gherard. in singulari 33.* dicens notandum esse, & in puncto post longam disputationem de Doctore, qui petijt, & non obtinuit Collegium, vt non præcedat ei, qui obtinuit, & si sic Iunior, *Alciat. in reg. 1. præsump. 45. in fine*, Videmus etiam, quod Princeps habens plura regna, præfertur illi non habenti tot regna, dummodo illa plura regna non sint inferiora in Regno vnicum habentis *Caphal. cons. 615. nu. 18.*

Quintò, ex consuetudine seruata, vt videri potest ex tot picturis, vbi vestimenta Rubea, & differentia ab alijs ipsi DD. Collegiati inducebant, & ego vidi diebus meis Illustrissimos DD. Ludouicum Gozadinum, & Pompeium Blanchinum vti Collegiatos defe-
9 rre vestes differentes, cum essent Clerici ad instar Prælatorum, Talis. n. claritas designat præeminentiam honorum, *Felin. in rub. de major. & obed. nu. 9.* tales enim vestes fiunt in gloriam, & decorem, vt *in Exodo c. 28.* dicuntur enim referuatæ magnis viris ad decorem dignitatis, *Platea in l. si quis nauculam C. de Mariteg. lib. 11. Lucas de Pena in l. 2. & in l. tempereni C. de Vestibus oloberis, & decauratis cod. lib. 11. Gratian. in discept. c. 845. n. 52. Collegium Patauinum posit cons. Zabarellæ in causa præcedentiæ inter Monachos, & Canonicos Regul. nu. 25.*

Nec dicatur hodie seruari consuetudinem in contrarium, quæ in materia præcedentiæ seruanda est, quia talis consuetudo non est attendenda, vt docuit *Felin. d. num. 9. & facit text. in c. inferior dist. nō 21.* vbi relatis verbis Profetæ ibi *nunquid gloriabitur securis contra eum, qui secat in ea, aut exaltabitur serra contra eum, qui trahit eam, subiungendos non debet eum, qui minoris auctoritatis est proprys definitionibus subiungare*, vbi *Turrecremata nu. 3.* dixit, quod lex, & ratio naturalis hoc habent, vt inferiora, subiecta sint superioribus suis, *Franc. Aret. cons. 123. in fine*, dicens non valere consuetudinem, quæ esset
10 scandalosa, & distructiua, veritatis, & contra rationem naturalem, & in hoc adducuntur notata per Collegium nostrum Bononiense in d. causa præcedentiæ inter Canonicos regulares, & Monachos S. Benedicti *nu. 26.* vbi demonstratur, quod quis est maior altero respectu certè qualitatis, exemplificans in Episcopo, vt sit maior Cardinali respectu qualitatis ordinis, sed Cardinalis dicatur maior Episcopo respectu qualitatis officij,

offitij, & administrationis, quod & affirmant. Idem *Collegium* Patauinum in eadem causa, & *Collegium Ferrariense*, vt videri poteſt poſt volumen *Conſiliorum d. Zabarelle.* Et cum præcedentia, vt demonſtrauimus ſit de Iure Diuino, & naturali, conſuetudo in contrarium non attenditur, *Roch. in c. cum tanto de conſuetud. in princ. nu. 12. fol. 16. & in ſectione nona nu. 53.* Quando enim conſuetudo obuiat omni Iuri, vt quia Ius penitus reſiſtat, non attenditur, *Petrus de Rauenna in tract. de conſuetud. ſect. 1. nu. 50.*

Et dato, quod probaretur per quadraginta annos Doctores non Collegiatos præceſſiſſe
11 Collegiatis, nihil operaretur, cum ea, quæ ſunt facultatis non inducant conſuetudinem reſtrictiuam liberæ poteſtatis, vt in puncto præcedentiæ dixit poſt alios nouiſsimè *Gratian. in diſcept. c. 288. n. 16.* dicens, quòd de facili recuperatur Ius, & res reuertitur ad ſuam naturam, & voluit competere officium Iudicis, & de facto reſiſti poſſe, etiam manu armata, contra eos, qui tale Ius præcedendi infringere tentant, imò poſſe agi actione iniuriarum contra tales impedientes talem decerni honorem.

Sextò, ex diſpoſitione Conſtitutionum, vt in rub. 1. ibi, & inter cæteros omnes Collegiales ſocialeſque congregationes primum locum obtineant, &c. *& in rub. 10. §. nullus Doctor in §. ad maieſtatem Collegij, & in §. Clericis autem*, vbi agitur de veſtibus preciosis per Doctores Collegiatos deferendis.

Septimò, probatur ex Hiſtorijs, nam vidimus, quod cum Martius, & alij Conſules Romani deberent de pluribus tractare, cum Perſeo Rege Macedoniæ, & cum omnes reperirentur ſecus flumen, nempè Rex, & ſequaces ab vno latere, & Romani ab alio latere, & cum contenderetur de præcedentia, & maioritate in tranſeundo flumen, Perſeus prætendebat Romanos ad ſe, tamquam ad Regem accedi, quod negatum fuit à Romanis, eo quod ſuſtinebant Maieſtatem Reipublicæ Romanæ, quæ concedebat
12 Diademata Regibus, & ſuper hoc diſputato fuit declaratum Romanis Conſulibus deberi præcedentiam, vt penes *Titum Liuium Decade quinta lib. 2.* & habetur per *Mag. Leonem Zambellam in ſuo morali politico intitolato l'Indultroſo politica ciuile fol. 218.*

Agnoſcat ergo vnuſquiſq; ordinem ſuum, & quis dignior ſit *Origenes ſuper Leuitico*, in verbo, *Ordo.*

Et hæc ſaluo, &c.

CONTROVERSIA CVI.

Pro Poſſeſſoribus bonorum olim D. Pyrri Vigiani.

SVMMARIVM.

Hæres nominatum, ſi non habeat qualitatem à Teſtatore deſideratam, excluditur, nu. 1. & 8.

Clauſula in omnibus, & per omnia, refertur ad præcedentia, & non ad ea, quæ habent particularē prouiſionem, nu. 2. & 5.

Nec poteſt referri ad omnia præcedentia, quando propriatas ſermonis non patitur talem relationem, nu. 6.

Quilibet poteſt renunciare fauori ſuo, nu. 3.

Textus in l. 2. §. furioſus ff. de lure codicillorum, declaratur, nu. 4.

Dictio, vt ſupra, declaratur, nu. 7.

Coniectura ex veriſimili teſtatoris voluntate debet eſſe talis, vt habeatur pro diſpoſitione, nu. 9.

Rea-

Reale fideicommissum in dubio non præsumitur, nu. 10.
Quilibet potest disponere de re sua, nu. 11.
Extensio non datur extra verba per Testatorem limitata, nu. 12.

Adsit Deus, & Virgo.

Facillimè responderi posse creditur subtiliter adductis pro parte DD. Viggiani, & Alexandri de Viggianis, eo quod nullum reperitur fideicommissum in testamento olim D. Alexandri antiqui de Viggianis ad quod ipsi sint vocati, sunt enim in eo tantum substituti filij D. Viggiani siue vnus, siue plures, qui doctoratus gradum, & gradus essent consecuturi in Logica, Philosophia, & Legibus, & sic omninò in omnibus illis professionibus expressis, quare cum D. Pyrrus non fuerit Doctor videntur excluſi, & sufficit dicere substitutio de te non loquitur *Iquidam cum filium vbi Bald. & Imol. ff. de hared. instituen. Seraphin. decis.* 1023. *nu.* 1. & expirasse omnium aliorum vocationes, quod & videtur quodāmodo admittere Excellentiſs. D. exaduersò scribens nempè non esse Actores expresè vocatos à Testatore tentat tamen docere de vocatione Filiorum Pyrri vnici filij d. Viggiani ex coniecturis imò, & virtualiter vt dixit expresè licèt idem Pyrrus non fuerit Doctor, & virtualem expressam vocationem desumit ex verbis testamenti ibi *& si peruento tempore nullus ex dictis filijs d. D. Viggiani esset Doctor voluit D. Isabellam debere omnibus dictis filijs d. D. Viggiani dimidiam dictæ hæreditatis consignare æqualiter inter eos diuidendam nulla pariter reddita ratione dictorum fructuum per eam interim percipiendorum, pariter per eam lucri faciendorum in omnibus, & per omnia vt suprà*, eò quod dicta clausula in omnibus, & per omnia, vt suprà habeat vim specialis expressionis.

Et pro coniecturis adducit supponens filios Pyrri esse vocatos, primò fideicommissum iniunctum filijs Doctoribus d. D. Viggiani, quos & eorum lineam fideicommittens prætulit filijs non Doctoribus, vnde si testator grauauit magis dilectos sequitur dicendum, quod voluerit grauare minus dilectos.

Secundò, Dixit verisimile esse, quod si testator cogitasset hunc casum, verisimiliter disposuisset de filijs non Doctoribus dicti Domini Viggiani, cum nulla probabilis ratio afferri possit.

Tertiam Coniecturam desumpsit ex absoluto, & reali vt dixit fideicommisso durante linea masculina filiorum d. D. Viggiani, Vndè cum vocauerit filios non Doctores d. D. Viggiani, intelligatur eos grauasse ad restitutionem ad hoc vt eius voluntas habeat effectum, nam licet Pyrrus non fuerit Doctor eius filij, seu descendentes possunt assumere gradum Doctoratus tam enixè desideratum à Testatore.

Pro-quartà Coniectura dixit insurgere ab euitando absurdo, nam absurdum esset, quod testator grauasset filios Doctores magis dilectos non Doctoribus, ne ignorantes essent melioris conditionis.

Quintam Coniecturam desumpsit ex illis verbis, & sic voluit procedi donec durauerit linea d. D. Viggiani, ita vt Testator generaliter, & indifinitè locutus sit etiam de linea filiorum non Doctorum.

Quæ & si prima facie videantur aliqualis considerationis, creditur esse in casu nostro paucæ considerationis.

Nam

Nam primo desumpta vocatio expressa exclausula in omnibus, & per omnia, non sub-
stinetur in casu nostro, eo quod si legatur illa clausula loquitur de redditione rationis
facienda per vxorem testatoris hæredem fiduciariam institutam, volens quod condi-
tiones expresse in omnibus, & per omnia essent obseruatæ, nam superius eam libera-
uerat, nedum à redditione rationis, sed omne lucrum ex hæreditate eidem concesserat,
cum ergò sit posita ad prædicta, qualificandū etiam si in fine posita sit refertur ad præ-
a cedentia *Alexan. cons.* 158. *nu.* 7. *lib.* 6. Minusq; potest referri ad ea, quæ habent suam
particularem, & determinatam prouisionem, vt in casu nostro, vbi Doctores tantum
fuerunt vocati *Gabr. post infinitos in tit. de clausulis concl.* 9. *nu.* 8. *Honded. cons.* 36. *nu.* 34.
lib. 1. *Marta in tract. de clausulis* 4. *par. cl.* 24. *nu.* 2. *& leq. secundum vltimam impressionem*; Nec faciunt allegata, nam primò *Peregr. de fideicom. in art.* 36. *nu.* 89. loquitur de
filio expresè approbante testamentum Patris prohibentis legitimæ detractionem, qui
casus est diuersissimus, eò quod quilibet potest renunciare fauori suo *Seraphin. decis.*
3 356. *nu.* 17. & ita etiam loquutus est *Fusar. in memorata exadverso quæst.* 296. *nu.* 96. &
in eisdem terminis loquitur *Rum. cons.* 56. *lib.* 2. qui & si *nu.* 12. dicat, quod sermo pro-
latus ab homine non recipiat restrictionem pro fundamento suæ opinionis adducit
4 *text. in l.* 2. *in §. furiosus, ff. de iure codicill.* cuius verba sunt hæc, *furiosus non intelligitur*
codicillos facere, quia nec aliud quicquam agere intelligitur, cum per omnia, & omnibus ab-
sentis, vel quæsentis loco habeatur, solum enim probat *textus* prædictus, quod furiosus
non potest facere Codicillos, vt ibi sic aduertunt *Odofred. Albertc. Bart. & alij*, imò
Alex. relator Angeli à Ruino ibi allegati in l. 1 *ff. de legat.* 1. *nu.* 9. vltra opinionis dicti *An-*
geli reprobationem *in d. §. furiosus* admittit restrictionem, non obstante d. clausula *in*
5 *omnibus, & per omnia*, quando sequeretur aliquod absurdum, vel inconuenies, & quan-
do à superius expressis d. clausula potest recipere, vt in casu nostro, restrictionem dicēs
debere intelligi in his, in quibus potest clausula prædicta adaptari, nec minus potest
dici, vt sit sermo vniuersalis, dum restringi potest ad impediendum molestias Vxoris
ibi in totum expressas, sed per relationem ad primæuam declarationem, & regula-
6 re est, quod clausula in fine posita non referatur ad omnia præcedentia, quando pro-
prietas sermonis non patitur talem relationem *Old. cons.* 152. *nu.* 2. *Iaf. in l. salis scriptura*
nu. 40. *vers.* 4. vltrà *Bart. ff. de legat.* 1. *decis.* 671. *nu.* 1. *par.* 1. *in recent.* non enim patitur
sermo, qui perficitur ex relatione non molestiæ Vxoris, vt possit trahi ad quid diuer-
sissimum, & verba etiam vniuersalia ad modos proportionabiles subiectæ mæstiæ, in 2
qua expressio fit sunt intelligenda *Dominicus de S. Hyeminiano cons.* 29. *in fin. Tusch. in*
lit. V. conclus. 132. *nu.* 2. & esse verba restringenda ad causam, super qua exprimitur
Surd. decis. 217. *nn.* 6. quem refert, & sequitur *Sacra Rota decis.* 224. *nu.* 11. *par.* 5. *diuers.*
dicens, quod si exprimatur vna causa, verba vltra d. causam non operantur, & debent
ad eam restringi, imò & generalia verba restringi ad causam, ob quam prolata fuerunt
not. DD. in l. his verbis ff. de leg. 3. *Gregor. XV. decis.* 511. *nu.* 23. subiungens esse intelli-
genda eo tantum respectu, quo fuerunt prolata, & relatio est facienda ad eum casum,
ad quem facta est relatio, & non ad diuersum, vt est in casu nostro vocatio non haben-
tium qualitates à Testatore desideratas *decis.* 44. *nu.* 5. *& leq. ad p.* 5. *diuers.*

Nec facit allegata *l. quicquid in §. ex compromisso ff. de his, qui not. infam.* nam & si erra-
tum appareat, cum incipiat *quid*, & non *quicquid*, verba cuius *textus* sunt hæc *ex com-*
promisso arbiter infamiam non facit, quia non *per omnia sententia est*, & sic non facit ad
casum.

Nec minus allegata *lex.* 1. *ff. de legat. primo*, cuius verba sunt hæc *per omnia coæquata sunt*
legata fideicom. & sic patet ex lectura non posse applicari.

Menoch. verò cons. 1082. *nu.* 23. *allegato* minimè obstat, quia in casu suo aderat omnium

exa-

exæquatio, & adiecta erant hæc verba, *cum illis modis, formis, & conditionibus, & qualitatibus* &c. quæ verba expressa declarabant Testatoris voluntatem, vt *nu.* 24.

Nec in casu nostro facit, quod dictio, *vt supra*, sit repetitiua præcedentium qualitatum, nam eadem responsio aplicatur, scilicet talia verba esse repetitiua in casu, de quo loquutus est Testator circa prohibitam molestiam vxoris hæredis fiduciariæ, nec d. clausulam repetere personas descendentes, dicit *Menoch. cons.* 269. *num.* 34. *& in terminis* si in præcedentibus multæ conditiones appositæ fuerunt, & in subsequentibus repetatur. Vna tantum conditio, dictio, vt supra, ne importet repetitionem in omnibus alijs qualitatibus, & conditionibus *Cuman. cons.* 22. *in fine Marta in nouiter impresso tract. clausularum* 3. *par. clausula* 94. *nu.* 3. *&* 4. 7

Nec faciunt allegatæ *decis. Sacræ Rotæ* nempè *Decisio* 269. *par.* 5. *diuers.* eò quod si legatur aliam in casu suo, non poterat capere interpretationem, vt *nu.* 8. *Decisio* verò 180. *p.* 6. *num.* 12. loquitur de clausula in stirpes, & non aplicatur, & *Decisio* 40. *d. par.* 5. loquitur in longè differentibus terminis, vt in themate legitur, primò verbum, vt supra erat in qualibet substitutione, & Testator se declarauit velle obseruare formam fideicommissorum perpetuorum, aderat prohibitio strictissima alienationis, aderat substitutio de Hospitali, & aderat vocatio post omnium substitutorum mortem, vt ex ea videri potest.

Minusq; faciunt assertæ coniecturæ, nam si prima coniectura vera esset, retorqueretur, cum diuersa considerari possit ratio, nempè d. D. Vigianum non fuisse qualitatis, & æstimationis, prout vellet, & desideraret Testator, vnde ei appareret prohibuisse Vsumfructum, cuperetq; vt Doctores ex eo essent, vt familiam redderent maioris æstimationis, quam tunc D. Vigianum patrem reputaret, quare cum non essent filij Vigiani Doctores, iuxta desiderium *in tertia coniectura per Excellentiss. D. Aduocatum exaduerso consideratum*, de alijs descendentibus non curauerit, & ideò cessat id, quod dicitur, quod descendentes, & Doctores essent deterioris cõditionis, & sic, vt dixi, pro nobis prima coniectura debet cõsiderari. 8

Secunda autem à verisimili est fallax, nec semper admittenda, maximè quando diuersa potest considerari ratio *Euerard. in loco à verisimili*, & verisimilis Testatoris voluntas debet esse talis, vt habeatur pro dispositione eadem verisimilitudo, ità vt contrarium, nisi temerè affirmari possit *Socin. Iun. cons.* 141. *num.* 14. *lib.* 3. *Farr. post alios refutans hanc coniecturam in tract. de fideicom. q.* 276. *n.* 14. 9

Ad tertiam respondetur ex verbis testamenti non posse dici fideicommissum reale, cum nec realis prohibitio legatur, vt volunt, & loquuntur *DD. exaduerso allegati, & si Bald. in leg. precibus C. de impub. & aliis subl.* non habeat nu. 65. exaduerso allegatum sed de hoc loquatur num. 49. minusque *Salicet.* ibi habeat *num.* 36. & *Mantic. de coniect. lib.* 8. *tit.* 2. *num.* 6. supponit & ipse prohibitionem præcessisse, & pluribus factã subsitutionẽ, prout & *Sacra Rota decis.* 231. *n.* 2. *p.* 2. *in recent. & in decis.* 216. *n.* 16. *par.* 5. *diuers.* nulloq; modo potest dici hoc reale fideicõmissum, cũ quidquam legatur, quod illud reale inducere possit, vt per *Bart. in l. peto.* §. *fratreff. de leg.* 2. *& alios in d. decis.* 216. *d. num.* 15. *&* 16. *memoratos*, Testator enim considerauit filios d. D. Vigiani fore Doctores, & hæredes, & non alios, est enim valdè diuersus casus, de quo in *decis.* 134. *p.* 7. *diuersorum*, ibi enim consideratur enixa voluntas Testatoris conseruandi nomen, & cognomen agnationis, & onus deferendi arma, & melius dignoscitur ex *decis. præced.* 77. *ex eod. lib.* 7. *diuersorum in eadem causa*. 10

Ad quartam de absurdo dicitur absurdum dici id, quod neq; æquitas militat, sed id, ex quo omne malum aptum nascitur, vt per *Euerard. in loco ab absurdo num.* 8.

hic

hic autem prædicta non possun considerari, cum quilibet possit disponere de re sua ad libitum, & testari, prout sibi placet *l. in re mand. C. mandati, & S. dispenat*
11 *in auth. de nuptijs*.

Ad quintam coniecturam verba sunt clara de vocatione Doctorum, & descendentium à filijs Vigiani Doctoribus, quando enim voluit testator loqui de filijs Vigiani expressit, vt in *vers. ibi superuento*, & ita videtur affirmare *Cuman. allegat. in eod. cons. 2. nu. 6.* qui approbat nostram opinionem, non enim debemus extendere casum verbis testamenti limitatum *decis. 486. n. 2. vers. attamen par. 1. in recent.*
12 Hæc enim pauca dixi, cognoscens omnibus obiectis ad primum responsum pro tertijs possessoribus fuisse replicatum per Excellentiss. D. Lancium, nè eadem repetam, in tantum, vt ex iuribus doctissimè per eum allegatis sit locus absolutioni dd. possessorum.

Et hæc saluo &c.

CONTROVERSIA CVII.

Pro D. Mattheo de Campanis.

SVMMARIVM.

Mater potest transigere de re filiorum, num. 1. & 4.

Dum non agitur de Castrensi, seu quasi Castrensi, & solus timor litis sufficit ad sustinendam transactionem, num. 3.

Et si prædo manutenendus sit in possessione, nihilominus si constet ipsum esse prædonem, non debet manuteneri, num. 5.

Remedium canonis reintegranda, 3. quæstione prima non conceditur contra titulo possidentem, num. 6.

Hæres, cum beneficio Inuentarij tenetur in quantum patiuntur vires hereditariæ, num. 7.

Adsit Deus, & Virgo.



Vam iniustum sit iuditium pro parte Baldellę motum contra DD. de Campanis super prętenso spolio, dignoscitur ex instrumento transactionis de anno 1606. 6. Aprilis inter illos de Campanis, & Patrem Aduersarij etiam nomine ipsius, in dicta enim transactione narratur iuditium motum per illos de Campanis super relaxatione bonorum fideicommissis subiectorum, & olim D. Hieronymi antiqui de Campanis expresse vocantis masculos; & D. Flore de Sancto Venantio mandantis bona sua semper esse debere in domo illorum de Campanis, & D. Camillæ pariter de Sancto Venantio expresse vocantis masculos, & cum plura facta essent acta super relaxatione bonorum mediante dexteritate, scientia, & prudentia MM. DD. Io. Baptistæ Roscij, & Ghini de Sagacijs amborum ex primarijs, & Sapientioribus Causidicis huius Ciuitatis probatissimæ vitæ, & exemplarium aliorum Procuratorum tunc viuentium, vt omnibus notorium est, fuit

inita

inita dicta transactio, & D. Petrus Antonius Baldellus nomine D. Angeli Aduersarij, & fratrum tunc viuctium filiorum D. Angelicæ olim Alberti de Campanis, & pro eisdem filijs de rato promittens, & aliæ D. Angelicæ Sorores restituerunt, & relaxarunt eisdem de Campanis bona (ad quorum reintegrationem d. D. Angelus hodie petit admitti, vti dictis fideicommissis subiecta) & versa vice dd. de Campanis in eodem Transactionis instrum. conuenerunt soluere quasdam pecunias, & consenserunt respectiuè testari de eisdem bonis pro certa summa, & alias conuentiones inter eos fecerunt. Hodie (vt audio) d. D. Angelus intentauit remed. *C reintegranda 3. q. 1* supponens constare de extremis necessarijs, nempè de antiquiori possessione D. Angeli, & noua illorum de Campanis, sed non verificatur d. D. Angelum possedisse, cum per Patrem possessio fuerit tradita, & legitimè translata in dictos de Campanis, vt in dicta transactione, quam
1 Pater vti legitimus Administrator filij facere potuit per *tex. in l. de re filiorum ff. de transactionibus*, cum illa lex prohibeat transigi de re filiorum, quos Pater non habet in potestate, secus si habet, vt ibi *glos.* declarat, admittens expresse transactionem valere in aduentitijs, cum sit legitimus administrator, & ibi aduertunt *Odofred. Bald. & alij*; adeò vt nequaquam possit dici probata possessio d. Angeli, cum tunc esset in potestate Patris, & agatur de aduentitijs, immò, vt asseritur, saltem minor, & non agitur, nec de Castrensi, seu quasi Castr. vt ibi aduertunt
2 *Doctores*, sed de bonis maternis, & aderat his, vt in *calege*, quamuis ad sustinendam transactionem sufficiat solus timor litis *Gratian. in discept. forens. 476 nu. 1. & seq.* & præsupponatur transactum bona fide, maximè interuenientibus Doctissimis vtriusque partis Procuratoribus, & Aduocatis, minusq; faciunt allegationes per Excellentiss. D. Felicorium, quod regula procedat tantum in retinendo, non autem dando, nam si Doctores allegati videantur *Bal. in l. 1. C. de bonis maternis n. 10.* dixit patrem posse absolutè transigere, ac si haberet plenum dominium, & *tex.* dicit patrem tantum debere habere diligentiam in tuendis rebus,
3 non enim *textus* permittit, vt his iniusta sustineatur, *Ias.* vero in *l. nulli ff. de Transact.* exemplificat in Prælato Eccl. fix Tutore, & Administratore Reipublicæ, & in fine est relator *Baldi* dicentis, vt ipse asserit Patrem posse transigendo retinere, sed non dare rem filij, aliud enim est dare, & aliud restituere, & quando talis opinio esset vera, bona de quibus in transactione non erant filij, sed illorum de Campanis, & sibi restituenda quicquid subtilizetur, & pariter *Tiraquel. in tract. lignager. §. 1. glos. 14. num. 6.* loquitur, prout *Iurisconj.* in procuratore Principis, in quibus *lex* nulli licere expresse prouidit, & si de Patre voluisset prouidere expressisset, prout in dicta *l. nulli*, nam militat diuersa ratio in Principe, quam in
4 Patre; Vltra quod retorquetur, idem *Tiraquel. ibi num. 70.* dicens infrascripta verba, secus si fundum, de quo litigabat minor dimisit, ecce ergo ex eodem Doctore casus nostet decisus, & quod Pater possit transigere in re dubia, & dum prudenter se gessit dixit *glos. in d. l. ac re ff. de transj. Cacc. Iaupus in tract. de transact. quæst. 7. Pinel. in l. 1. par. 3. num. 43. C. de bon. matern. ipse Bal. in cons. 448. in fine lib. 1. Blanc. in tract. de compromiss. quæst. 3. num. 52. Nat. cons. 543. in fine. Cephal. cons. 24. num. 22. Ascan. Clement. de Patria potestate effect. 12. num. 6. & seq.* & sustineri etiam sine decreto post *Alex. & alios in l. præses C. de transact. dixit Sura. cons. 451. num. 20. & 21.* & post infinitos *Philippus Paqualis in tract. de viribus patriæ potestatis cap. 2. in princ. dicens num. 4.* in dubio semper præsumi transactionem vtilem, nam satis dicitur lucrari, qui à lite recedit, nec posset dici de traditione rei filij cum ex fideicommissis appareat filium nullum ius in ijs habere, vt ex le-

ctura testamentorum legitur, & facit regula, quod licet prædo sit manutenendus in possessione, attamen si ex actis constet quem esse prædonem, non debet contra spoliatorem restitui ex communi Canonistarum, & Legistarum opinione, de qua per *Beroum in c. in literis num. 68. ext. de restitutione spoliatorum.*

Secundo remedium *c. reintegrandæ 3. q. 1.* non conceditur eis, qui possessionem iusta causa tradiderunt *Vivius* post plures in communibus opinionibus *verbo spoliatus n. 7. vers. possessorio recuperanda. Gregorius XV. decis. 15. num. 1. & 2.* & habetur in *decisione 188. par. 5. diuers. num. 3.* nec concedi tale remedium contra tit. possidentem, nisi res esset vitiosa, vel violenta, aut furtiua, dixerunt *Bart. & Angel. in l. rem quæ nob. ff. de acquirenda possessione, & post Spec. Io. de Imola, Nicol. de Matarellis, & Bald. Alex. cons. 188. num. 1. & melius num. 7. lib. 2.* dicens id procedere, etiam si possidens habuisset causam ab eo, qui potuisset excludi ab agente *Addentes ad eund. Alex. cons. 6. lib. 3. n. 17. in vers. titulo loquentes*, cum alijs de veriori, & omnis interpretatio est capienda ad excludendum spolium *Rot. decis. 450. nu. 9. p. 1. diuers. & decis. 229. p. 5. diuers. nu. 5.*

Tertio non est omittendum, quod D. Angelus est hæres Patris, & tenetur in quantũ patiuntur vires hæreditariæ habere ratum factum defuncti, non obstante, quod sit hæres cum beneficio legum, & inuentarij *vulg. l. cum à Matre C. de rei vindicatione decis. 61. n. 4 p 2. in recent. Hondrd. cons. 3. nu 53. lib. 1.* dicamus etiam aduersus remedium *d. c. reintegrandæ* obstare præscriptionem decem annorum inter præsentes, dum possessor, vt est Dom. Campana allegat se possessorem bonæ fidei, & cum titulo *Castr. cons. 105. in princ. Balb. de præscript. par. 4. quarte quæstionis principalis quæst. 24. Menoch. de recuperanda possess. remed. 15. n. 425.* qui plures allegat *Laderch. cons. 86. n. 5. vers. immo vero probabilius*, & hic agitur etiam de præscriptione triginta sex annorum, adeo vt nihil remaneat disputationis, quin D. Campana sit absoluendus, & Aduerlarius in expensis condemnandus.

Et hæc saluo &c.

CONTROVERSIA CVIII.

Pro Nobilibus Confratribus Societ. Gloriosissimæ Virginis Consolationis.

SVMMARIVM.

Ecclesiæ acquiritur ex sola oblatione, nu. 1.

Ex signis cognoscitur cuiusnã sint Bullæ, nu. 2.

Oblatio rei ad vnum vsum non est conuertenda in alium vsum, nu. 3.

Donatũ Ecclesiæ ex causa ingratitudinis Fratrũ Monasterij non potest, nu. 4.

Præsumitur administratorem de bonis administratis expendisse, nu. 5. & 9.

Et tenetur reddere rationem de redditibus bonorum administratorum, n. 6.

Actori sufficit probare antiquam possessionem, nu. 7.

Testes de vniuersitate probant, quando sunt plures, nec agitur de commodo singulorum, nu. 8.

Valet argumentum à solitis, nu. 9.

Testes sufficit probare in substãtia, n. 10.

Adsit

Adsit Deus, & Virgo.



Vppositis ijs, quæ veridicè ex nimia diligentia visionis in processu apparent, non possunt RR. Prior, & alij Fratres S. Iacobi contradictores se excusare, quin iniustè denegent Candelabra argentea, alias per Fr. Marcum Antonium Vianum, dum Abbatiali insignitus esset dignitate oblata Altari Gloriosissimæ Virginis Consolationis, cui præsunt Illust. DD. dictæ Societatis Consolationis Officiales tanquam membrum à Conuentu separatum, & sub commoditatem solitum sit retineri pro Custode vnus ex Fratrum Monasterij. De oblatione, & donatione constat ex illis verbis in Candelabris descriptis.

Accipe, quod offerimus, & quæ sequuntur.

1 Eo quod Ecclesiæ ex sola oblatione acquiritur ius, *l. vt inter diuinum, C. de sacrof. Eccles. c. sunt qui opes 17 quæst. 4. vbi Ioannes de Turrecremata nu.* 1. dicens cum alijs, quod donatio facta Ecclesiæ, seu Altari ex quodam mentis impulsu, in o sine deliberatione reuocari non potest, tantò magis, quia non fuit oblatio verbalis, sed realis, quæ in ipsa re consistit, *Rebuff. in l. ferri, ff. de reg. iur. in vers. Aduertendum est*, & approbat *Gratian. in discept. cap. 28 num. 7.* & oblationem esse ad instar, & speciem donationis, & fieri posse simplici verbo, & pacto, notatur in *l. quus argentum, C. de donat. sub* § *perficiuntur, Institt. eod. Iudicante, extra de Test. Martian. Socin. in tract. de oblat. in libello nouo nu. 27. & seq.* vbi dicit oblationem factam Ecclesiæ, & pio loco, etiam excedentem quingentos aureos, sustineri.

Secundò, Et simpliciter, quando ponatur aliquid in Ecclesia ad ornatum Templi, vt dicatur donatum, etiam nemine recipiente, dixerunt *Socin. in l. Paulus. ff. de except. præscript. & præiuditijs infisc*, per ea, quæ not in *l. si qua Puteum, & in glos. ff. quod vi, aut clam, & Tiraquel. de priuil. pia causa priuil. 115. in fine, Roth. Maluccius de oblat. 4. dubio, nu. 23.*

Tertiò, Ex signis, & Imagine ejusdem Virginis cum Sanctiss. Puero Iesu in manibus, habente Cincturam, censetur, quod efferens voluerit statim, & perpetuo esse eadem Candelabra ejusdem Altaris, & Societatis, cui fuerunt tradita tanquam illi perpetuo dicata, arg. *l. stigmata, C. de fabricens. lib.* 11. vbi latè *Lucas de Pena, & Nicolaus Barulus*, & alios refert *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 63. & Anna. al.*

2 *leg.* 10. vbi ait, ex signis probari dominiū, adeo vt Actor debeat obtinere, ex quo habet intentionem fundatam, habetur etiam per *Barr. & alios in eadem l. stigmata*, & facit illud vulgatum, quod ex signis appositis cognoscitur, cuius nam sint Ballæ, *Mal. in l. semulier nu.* 12. *ff. sol. mat.* & signum semper representat suum signatum, *Io. de Annania in c. nonnulli num.* 1. *extra de Iudeis*, & probatur ex verbis *Christi in Euang. Matthei c.* 22. ibi, Ostendite mihi numisma, &c. post plures *textus* aducrtunt *Afflict. Decis.* 23. *nu.* 24. *& Cacheranus Decis.* 40. *nu.* 2. *& seq. Bruchin. in tract. de Episcopis in* §. *videmus nu.* 30. Non ergo debet dd. Prior, & Fratres contradictores sub nomine Ecclesiæ, & eorum Monasterij denegare Candelabra dicto Altari, eo maxime, quia Ecclesia debet esse cultrix, & auctrix Iustitiæ, minusque debet pati aliquid fieri contra Iustitiam, *Alex. cons.* 10. *nu.* 10. & 11. *lib.* 6. *Alba cons.* 397. *nu.* 15. *Bero. cons.* 89. *nu.* 37. *lib.* 1. *Grat. cons.* 66. *lib.* 1. *nu.* 34. nec Iudices debent fauere Monasterio, vt alijs iniuria fiat, *Barbat. cons.* 13. *nu.* 9. *& cons.* 34. *nu.* 3. *lib.* 1. *& cons.* 67. *nu.* 15. *lib.* 3. *Rimin. cons.* 454. *nu.* 28.

Et sic non debebant Candelabra remoueri ex Altari, & manibus Custodis, vt dicitur, de sedilibus, quæ ab Ecclesia nõ sunt remouenda, *Giouagn. post alios cons.* 8. *l.* 2. & habetur *in decis.* 388. *p.* 2. *in recent. nu.* 3. vbi fuit decisum sedendum esse in eodem loco, vbi quis ante nouam constructionem Ecclesiæ erat solitus sedere.

Et cum ad vsum dicti Altaris fuerint destinata, in alium vsum non sunt conuertenda, *Clem. quia contingit, de Relig. domibus*, vbi *text.* loquitur de omnibus Ecclesiæ, & piorum locorum Administratoribus, *Tiraquell. in præfatione dict. tract. de priuil. pia causæ*, §. *& hoc adeo.* 3

Nec dicatur, quod idem Abbas Marcus Antonius eadem candelabra rehabuerit, quia semel Deo oblatum, seu dedicatum non potest ab eo auferri, not. *in c. quæ semel* 19. *quæst.* 4. *C. ligna, distinctione* 1. *in tit. de consecrat. Socin. in dicto tract. de oblat. in libello* 11. *nu.* 11.

Minusque obijci potest, quod ex causa ingratitudinis aliquorum dictæ Societatis, seu alterius ex Fratrib. d. Monasterij potuerit d. Abbas retroaccipere dd. Candelabra, vt videtur asserere idẽ Abbas ex Epistolis suis recognitis, in quibus dixit: Li Candelieri gl'hò fatto per la Madonna, & voglio siano della Madonna, sc. bene hò hauuto disgusto &c. nam talis oblatio, & Altari donatio nec propter ingratitudinem reuocari potest, *Rota cons.* 28. *nu.* 2. *& in l. fin. nu.* 52. *C. de reuocan. donat. Rotæ in Decis. Cur. Archiepis. Neapolitanæ* 19. *nu.* 2. *vers.* 3. 4

Ex alio etiam crederem Candelabra esse propria eiusdem Altaris, & successiuè Societatis, cõstat. n. ex responsione positionum dictum Abbatem fuisse Administratorem, imò vti talem de pecunijs, elemosinis, & oblationibus emisse bona in terra S. Ioannis, ex instrum. vltimo loco producto, quo casu præsumitur de dictis oblationibus factis Altari ea emisse, *Menoch. de præsumpt. præsump.* 47. *nu.* 9. & melius *præsumpt.* 51. *nu.* 23. *lib.* 3. vbi in individuo, quod præsumantur acquisita ex rebus Ecclesiæ, eaque etiam potuerit construi facere ex votis argenteis Altari oblatis, vel saltem ipse, & ex eius persona Fratres S. Iacobi hæredes tenentur de 5

omnibus sibi factis oblationibus rationem reddere, *Socin. cons.* 46. *lib.* 1. quod & correspondet *Euang. Luc. cap.* 16. ibi *Redde rationem villicationis tuæ*, eo magis cum esset ex priuilegio etiam Apostolico separatus, & segregatus à Monast. & haberet facultatem testandi, & disponendi. 6

Quare cum negotium pluribus appareat vitio scandali, & pessimi exempli obnoxium, ex eo, quod Christi fideles ex his retrahi possint ab oblationibus, & elemosinis Ecclesijs, creditur causam quamprimum fauore dictæ nobilissimæ, & antiquissimæ Societatis finiendi.

LAVS DEO.

POst hæc scripta vidi quamdam quærimoniam, iudicio meo chimeram, cum marginaturis, nomine contradicentium impressam, & omnibus per Ciuitatem publicatam, quæ iudicio meo nullius est substantiæ: Primò. n dixit Dominus exaduerso scribens, laudare vtriusq; partis pietatem, sed admirari Patrum magnam iustitiam, videtur. n. ipsum errare in terminis, cum manifestè ex superius dictis pateat dd. contradicentes malum ius fouere, & fundamentum illud, quod decantatur nõ posse prætendi vti donata, nec vti debita Candelabra euaneſcit, eo quod id minimè procedit facta oblatione Altari valida, vt superius dixi, & probaui, & cum Altare fuerit spoliatum suis Candelatibus, non tenebantur do- 7

cere de titulo nobilissimi Contratres, cum sat sit probare antiquam possessionem eorumdem Administratorum d. Altaris, & nouam eorumdem Fratrum, *Innoc. in c. sapè num.* 2. *& de restitut. spoliat. Seraph. decis.* 1055. *num.* 2. *Greg. XV. decis.* 485. *num.* 2. *&* sic in spolio non requiritur tituli iustificatio.

Ad

Ad secundum, quod debeat constare, quod, quale, & quantum prætendatur, certè ex processu satis colligitur descriptio Candelabrorum cum qualitatibus.

Ad tertium de Testibus, ne probent vanum est, cum reâè deponant, nec obstet eos esse Confratres, & sic de vniuersitate, latè *Farinac. in tract. de testib.* exaduerso alleg. *quæst. 60. nu. 450.* & seq. qui plures refert, & licet aliqui dixerint cõtrariũ, id procedit, quando agitur de commodo singulorũ, & quando pauci sunt testes, nec integritatis, vt sunt nostri, & superius scriptum est, ita distinguit post alios *Farinac. ibi d. quæst. 60. num. 540.*

Et ex scriptis exaduerso *num. 23. vers.* Demum esto corroborantur per me dicta, nam fatetur D. Aduocatus exaduerso Abb. Vianum fuisse Administratorem, & constare iam expendisse lib. 7400. de oblationibus perceptis, vnde sicut expendidit dd. lib. 7400. de dd. oblationibus, potuit etiam expendere in pretio Candelabrorum de eisdem oblationibus, cum valeat argumentum ab vsitato, seu à solitis, vel consuetis, *l. si quis donaturus*, & ibi *Glos. ff. de vsufruct. Euerard. in loco* ab vsitato, seu à solitis *num. 1* qui plures allegat, & præsumi empta de pecunijs d. Confraternitatis iam fuit demonstratum.

Nec faciunt sophisticæ considerationes circa contrarietatem testium, quia non dicuntur contrarij, dum concordant in substantia negotij, de quo agitur, scilicet Candelabra esse Altaris, & illi oblata, *Innoc. in c. qualiter, & quando il secondo, circa princip. & ibi Henric. Boyc. num. 16. ex. de accus.* multos cumulat idem *Farinac. quæst. 65. num. 30.*

Et non sine arte tacuit, qui scripsit vltra Arma, & Insignia legi in eisdem Candelabris illa verba, Accipe quod offerimus, & quæ sequuntur. In tantum, vt, non prout ipse scripsit Confratrum sint commenta, & somnia, sed iustissima prætensio.

Et hæc &c. Saluo &c.

Candelabra Confraternitati fuerunt restituta.

CONTROVERSIA CIX.

Pro D. Marsilio Lombardo.

SVMMARIVM.

SI duo Notarij sint rogati vtrinsq; subscriptio requiritur, num. 1.

Iudex concedendo immissionẽ, non censetur velle præiudicare non citato, n. 2

Si quis constituat se possidere post mortem suam non transfertur possessio, num. 3.

Constitutum non operatur in Instrumento nullo, num. 4.

Statutum Bonon. sub rubrica, quod nullus occupet, declaratur, num. 5.

Non datur medium inter possessionem defuncti, & hæredis, num. 6.

Substitutus in donatione, non potest capere possessionem bonorum tentorum per defunctum nõ citato hærede, n. 7.

Ex contractu conditionali non transfertur possessio, num. 8.

Minori competit restitutio aduersus hæreditatem non additam, num. 9.

Filius semper est legitimus contradictor, num. 10.

Adsit Deus, & Virgo.

IDEO pro parte D. Andreæ Lombardi prætendi manutentionem prætensæ possessionis captæ, mortuo D. Bartholomæo de Lombardis, ad præiudicium D. Marsilij filij, & hæredis instituti à d. D. Bartholomæo, ex Testamento in actis producto eo sub prætextu, quod d. D. Andreas post mortem d. D. Bartholomæi in vim prætensæ donationis factæ à Marsilio seniore de Lombardis immissus fuerit in possessionem, stante, quod super eius possessione examinati fuerint plures testes, & productæ Colonorum recognitiones, in tantum, vt ipse D. Andreas habens ciuilem possessionem, ex constituto, de quo in Instrumento d. donationis, præferendus sit eidē D. Marsilio iuniori, dictūq; Marsilij carere titulo. Quæ quam vana sint inferius demonstratur. Obtinuit.n. D Andreas prætensam immissionem vigore assertæ donationis, de qua fol. 6. ad 29. quæ sic reperitur subscripta nota, & rogatio mei Antonij Bennij Not. Bonon. de prædictis rogati, prout pariter rogatus fuit D. Calistus Florentinus Not. Bonon. & vterque
1 nostrum confecit documentum de altero Instrumento mentionem faciens, iuxta formam *Stat. Bonon.* quæ subscriptio non sufficit, nec dat fidem Instrumento, cum requirātur duo Notarij eodem tempore scribentes, & subscribentes ad for. stat. nostri in Rub. de donationibus, vbi *Monteren.* animaduertit *in litera C.* similibus verbis, *nota, quod non sufficeret subscriptio alterius Notarij*, & de iure non adhibetur fides, nisi vtriusq; Notarij de eo rogati apparente subscriptione, *Bertrand. cons. 4. num. 23. & cons. 33. nu. 1. lib. 2. Purpurat. cons. 284. num. 12. lib. 1. Guido Papa q. 122.* sublato ergo hoc fundamento, remanet vitiosa immissio, & per consequens hæ omnes probationes, quas super prætensa possessione d. D. Andreas fecisse prætendit.

Secundò, vitium manifestum remanet, quia absq; aliqua mortis Bartholomæi probatione obtinuit immissionem, licet super hoc testes inducere asseuerit, vt ex processu, & actu petitionis fol. 2. & fol. 29. nec tunc reperiuntur examinati, & mens Illustris D. Iudicis vti ministri Iustitiæ præsumitur alteri maximè non citato noluisse præiudicare in terminis immissionis similis, *Pereg. de fideicom. art. 47. num. 28.* debebat etiam probari mors Bartholomæi, sine filijs ex legiti-
2 mo matrimonio natis, citato Marsilio filio, vt in decis. quæ legitur post *Gionagn. in cons. 42. lib. 2. num. 34. & affert Coccin. decis. 150. nu. 6.* qui loquitur in fortioribus terminis, etiam si extaret pactum ingrediendi propria auctoritate.

Tertiò, petijt mandatum de continuando possessionem, cum vnquam possessionem habuerit, nec prætensum constitutum operetur, nam si quis constituat se possessurum post mortem suam, non transfertur possessio ex constituto, sed con-
3 stitutum nullius est momenti, cum in tempus conferatur, quo constituens non est possessor, *Angel. in l. quamuis, §. si conductor, ff. de acquir. possess. Alex. cons. 82. num. 9. vers. Sed ita est, lib. 2.*

Et in terminis donationis, quando bona fuerunt apprehensa per hæredes donantis, mortuo donatore, pro quo stipulatus est Notarius, ne possit per constitutum transferri possessio, dixit *Castr. cons. 195. num. 2. & 3. lib. 2.* & quando dominium transijt in singularem, seu vniuersalem successorem, *Barth. Cassanæus cons. 7.* & est in terminis *decis. Guid. Papæ 512. per tot.* vbi dixit, nec possessionem, nec

domi-

dominium acquisiuisse secundum donatarium, & facit *Rotalin decis. 694. p. 1. in recent. num.* 8. vbi in terminis, quando res fuit apprehensa ab hærede constituentis, mortuo constituente, & omnibus respondet.

4 Quartò constitutum non operatur in Instrumento nullo, vt ibi aduertit *Rota num. 9.* quale est istud; nam donatio supponitur nulla, maximè inter patrem, & filium, seu alios liberos in potestate existentes, vt probat *tex. in l. donationes quas parentes, C. de donat. inter vir. & vxor.* & ibi *Odofred.* & cæteri, cum vigeat eadem ratio, etiam non obstante iuramento, *Bart. in l. 1. ff. de donat. inter vir. & vx. Salicet. ibi num. 2. vers. Ego contrarium. Fulgos. ibi dicens opinionem esse veriorem. Io. Faber in l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. Henric. Boyc. in c. donatio, ext. de donat. inter vir. & vxor. Cyn. Io. And. Angel. Gulielm. de Montelaudano, Rom.* & alij, quos allegat *Socin. cons. 66. lib. 1. num. 12. & 13.* dicens excellentiores DD. pro hac opinione tenuisse *Curt. sen. cons. 66. nu. 6. Castr. cons. 345. num. 3. lib. 1. Corneus cons. 238. lib. 2. nu. 3. & 14. & in cons. 9. num. 4. & seq; cod. vol. 2.* vbi sic dixit iudicatum fuisse, *Felin. in cons. 30. num. 16.* & hoc, quia patria potestas est sacra, & ei renunciari non potest, *Cassan. in consuetud. Burgund. Rub. 4. la mari, & la femme §. 7. Io. Coras. de veriori in l. frater à fratre, ff. de cond. indebiti num. 74. & 75.* vbi dixit hanc esse veriorem, *Zabarel. in Clem. vnica de iure iurand. in §. fin. num. 10. Alex. Raudens. var. resol. c. 59. num. 21. vers. Multum per hanc.*

5 Quintò, *statutum, quod nullus occupet*, procedit, & habet locum, quando constat vt hic vnum esse hæredem ex testamento, siue etiam esset ab intestato, & alius non ex titulo pro hærede, nec tanquam hæres, sed ex alia causa bonorum hæreditatis possessionem ingressus est, & sic in indiuiduo, declarat *Bero. in quæst. famil. 71. num.* 4. sic etiam in hoc statuto nostro validissimo num. 2. dixit *Decian. cons. 37. lib. 3. num. 60.* vbi declarat, nulli alij ex quouis capite, nisi hæredi licere capere possessionem, data n. est ex statuto facultas ingrediendi, etsi præoccupata sit possessio ab alio, *Ripa in c. sæpè num. 86. ext. de restit. spoliat.* & ratio est, quia si statutum vult, quod possessio bonorum defuncti per tertium occupata, nullius momenti sit, perinde est, ac si vacans esset, sed quando vacans est, hæres potest propria auctoritate illam apprehendere, *l cum hæredes, ff. de acquir. vossess. Menoch. in simil. Bar. Mediolani in tract. retinenda remed. 3. num. 59. Marescot. lib. 2. var. resol. cap. 116. num. 4.* dicens *statutum nostrum Bonon.* & ex communi opinione seruari debere, & post *Rotam Rom.* dixit nouiss. *Post. de manuten. obseru. 55. num. 55.* qui loquitur etiam in concursu donatarij num. 62. & esse communiorem opinionem, vt ipso iure nullo actu, nec verbo intercueniente

6 transferatur possessio, ex simili statuto, seu consuetudine dixit *Turaq; in tract. le mort saisit le vif declar. 6. num. 5. & multis seq.* vbi inter cæteros DD. dicit, vt nec dicatur vacans, quando Andreas illam apprehendidisse prætendit stante simili statuto, sed dicitur fuisse penes defunctum, *Dec. cons. 400. num. 8. Argel. de adipiscenda quæst. 13. art. 8. num. 122.* nec dari medium inter possessionem defuncti, & hæredis, *Decian. cons. 47. num. 11. lib. 3. Milanens. decis. 3. lib. 1.*

Nec facit, quod dicitur licitum fuisse ex lege ingredi possessionem, quia, vltra quod nulla lex in casu nostro ad præiudicium filij id dicit, nihilominus ibi declaratur à *Monterentio*, quando recta via potest capere, non quando res fuit penes alium, & sic non procedit fauore prætensi substituti in donatione, & ita di-

7 cit ibi *Ruin. in cons. subseq;* Et quando etiam statutum subintelligeretur, & possessio continuaret in hæredem, & in fideicommissarium, intelligitur prius in hæredem, & postea in fideicommissarium, & sic prius hæres debet præferri,

quam

quam substitutus, *Pereg. d. art. 44. nu. 22.* vbi dixit licere hæredi expellere fideicommissarium, & possessionem prosequi hæredem, dixit etiam *Fulgos. cons. 30. nu. 4. & 5. & melius Dec. cons. 84. prope num. 2.* dicens, fideicommissarium non posse stante simili statuto ex apprehensione possessionem acquirere, & idcirco teneri ad restitutionem bonorum hæreditariorum, dixit idem *Dec. cons. 243. nu. 3. vers. Ad maiorem tamen declarationem.* & sic non posse apprehendi possessionem post obitum Testatoris ad præiudicium hæredis, quæ in eo per statutum continuata est, dixit *Io. Ant. Rub. Alex. cons. 121. num. 5. & 6. Honded. cons. 18. lib. 2. nu. 10. vers. Iam dictis, ac similibus, & plurib. seq; Seraph. decis. 1065. nu. 3.* & quod dicatur vitiosa capta vacante hæreditate, dixit idem *Seraph. decis. 271. nu. 3.* & idcirco non impedire immissionem hæredis, probauit ipse *decis. 29. n. 2.*

Addatur sextò contractum istius donationis fuisse conditionalem, si & quatenus
8 Bartholomæus moriatur sine filijs, & descendentibus ex legitimo matrimonio, quo casu non transfertur dominium, neq; possessio, vt aduertit *Honded. d. cons. 18. num. 42. & seq.*

Septimò minori, prout est Marsilius actor aduersus hæreditatem non aditam, com-
9 petit restitutio in integrũ ad abundantiã, *Odd. de restit. in integ. p. 2. quæst. 63. art. 1.*

Octauò, nullissima est prætensa immissio D. Andreæ, quia filius debebat citari ad hanc immissionem, & producendam assertam donationem, *Bald. etiam in fort. term. in cons. 181. num. 1. lib. 1.* eo quod in filium continuetur possessio, & filius
10 semper est legitimus contradictor, dicens Iudicem aliter facientem procedere de facto, & ibi in casu suo erat institutus hæres frater, & priuatus filius, nam voluit *Bal.* debuisse filium citari ad producendum Testamentum, subiungens, sicut Iudex fuit facilis in imitten. debet esse facilis in extramitten. & idcirco nullo iure debet D. Andreas manuteneri.

CONTROVERSIA CX.

Pro Illustris. D. Co. Alexandro Mangiolo.

SVMMARIVM.

Linea vocata, sunt vocati descendentes, num. 1.

Filij masculi ex filiabus possunt dici filij, & descendentes masculi, num. 2. vid. num. 12.

Eo magis, quando Testator instituit filios ex filiabus, num. 3. & 8.

Testator præsumitur prospexisse soboli suæ, num. 4.

Filius spurius non potest dici de Agnatione, num. 5. declara, num. 15.

Quando testator vocando proximiores de Domo, & familia, adiecit cognomen eius familiæ, non consideratur linea fœminarum, num. 6.

Maximè dum testator fecit semper mentionem de masculis, num. 7.

Iurisdictiones non debent scindi in plures partes, num. 9.

Quando testator mandat dotari fœminas ex descendentibus, videtur eas excludere, & ex eis descendentes, num. 10.

Conditio nil ponit in esse, & dispositio-

nem

nem non induxit, nu. 11.

Faminæ non venirent appellatione proximiorum, quando vocata est familia, nu. 13.

Extensio non est facienda, quãdo transuersales essent melioris conditionis descendentibus, declara, nu. 14.

Consuetudo est Bononiæ, vt illegitimè nati, deferant Arma, & Insignia familiæ, nu. 16.

Et si Testator substituerit natos ex legitimo matrimonio, non excludit illegitimè natos in separata oratione, nu. 17.

Repetitio non datur, quando deficit copula, &, & seu coniunctio, & quãdo substitutio non regitur ab eodem verbo, & quando non adest identitas rationis, nu. 18.

Naturales veniunt in fideicommisso in defectum legitimorum, nu. 19.

Dispositio semper debet intelligi ne pereat, nu. 20.

Adsit Deus, & Virgo.



Illust. Dom Philippus q. Bartholomæi olim Melchioris de Manzolis in suo testamento instituit hæredes Alexandrum Constantium, & Lelium filios D. Polissenæ Testatoris filiæ ex D. Iacobo Leonardo de Attendolis de Cottignola, eiusdem Testatoris filios adoptiuos, prohibuitq; alienationem bonorum immobilium suæ hæreditatis, Iubens ea omnino deuenire ad eosdem supra nominatos, & alios infra substitutos descendentes, & posteros concessa eisdem hæredibus licentia bona prædicta propria auctoritate apprehendendi, eosq; inuicẽ substituit eorumq; filios, & descendentes masculos legitimos, & naturales, & ex legitimo matrimonio natos, & procreatos, Vltimoq; ex filijs, & descendentibus masculis legitimis, & naturalibus decedenti, tota q; eorum linea finita in parte Vsusfructus substituit Ludouicum alterum ex Polissena filia nepotem, & quoad proprietatem vnum masculum ex filiabus primo eiusdem Alexãdri si supererit, secundo dicti Constantij si supererit, & tertio loco ex filiabus d. Lelij, semper præferendo natu maiorem, & quatenus aliquis ex dd. Filijs non supererit, voluit eligi vnum ex filijs legitimis, & naturalibus Dianoræ filiæ eiusdem Iacobi Leonardi de Attendolis, & Thobiæ q. Ludouici de Rangonibus eius mariti legitimi, & naturalis, qui debeat eligi per Guardianum Sancti Francisci, & Abbatem Sancti Proculi, dictisq; filijs Thobiæ, & Dianoræ, & eorum filijs, & descendentibus masculis legitimis, & naturalibus deficientibus substituit in vniuersis suis bonis proximiores ipsius testatoris de Domo ipsorum de Manzolis. Quo Ludouico d. Iacobi Leonardi, & D. Polissenæ filio defuncto voluit dictum vsumfructum cum proprietate cõsolidari, & ad dd. Thobiæ, & Dianoræ filios, sicut supra eligen. superextantes spectare, & pertinere debere in totum pleno Iure, & ipsis filijs dd. Thobiæ & Dianoræ non extantibus, ad supradictos proximiores ipsius Testatoris de familia ipsorum de Manzolis spectare, & pertinere pleno Iure; Quos voluit nominari, & appellari filios ipsius D. Philippi de Manzolis, & supradict. omnes, & singulas in d. testamento Institutiones, & substitutiones fecit, ordinauit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum omni meliori modo, quo fieri potuit, & potest.

Anno

Anno 1556. 23. Iunij Com. Alexander d. Com Philippi filius adoptiuus in suo testamento instituit hæredem alterum Com. Philippum eius vnicum filium, & expresse prohibuit ex quauis causa vendi bona in sua hæreditate reperienda, itaut post mortem d. Com. Philippi succedat alter Co. Alexander ex d. Co. Philippo filio nepos, & a lij forsan nascituri, & subftituit eorumdem filios in stirpes, & non in capita vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, Iussitq; fœminas descendentes dotari, & esse contentas dote sibi assignan. per Patrem, vel fratrem, & casu, quo vnus ex filijs dicti sui filij, seu Nepotes deficerent relicta filia fœmina vna, seu pluribus absq; Patre, & fratribus, si sola erit, voluit dotari scut. 3. mille, si plures essent scutis 2. mille pro qualibet, & reiterauit, & ratificauit geminatis verbis easdem strictas ordinationes fideicommissi factas à Co. Philippo patre adoptiuo. Mortuisq; omnibus masculis de familia eorumdem de Manzolis descendentibus, tam ab eisdem Alexandro Constantio, & Lelio, quàm & ab eisdem Dianora, & Thobia, & solum superextantibus tribus Filiabus fœminis natis ex legitimo matrimonio ex Illustris. D. Co. Francisco Maria Manzolo vltimo loco defuncto, & Illust. D. Co. Alexandro filio olim Illust. Co. Herculis filij naturalis Bartholomæi dudum Illust. D. Co. Melchioris de Manzolis Agnato, & de Domo eorumdem Philippi, & Alexandri Testatorum, modo quæritur, an ad dd. fideicommissa sint ipsæ filiæ admittendæ, vel potius Co. Alexander.

1 Et pro filiabus Co. Francisci Mariæ contra Co. Alexandrum multa vrgere videntur, Primò ipsemet sunt descendentes à Testatore, & ab eis saltem per nomen collectiuum vocatæ, ibi totaq; eorum linea finita, quo casu non erit dubitandum, quin sint vocatæ, per *text. in l. fin. C. de suis, & legitimis, & auth. de hared. ab intestato in princ. l. cognoscere §. vlt. ff. de verb. signif. Gozad. cons. 10. nu. 48. Ruscius in l. cum Anus lib. 2. c. 5. nu. 14. & seq.* qui infinitos *Doctores* allegat.

2 Secundò, quia masculi ex dd. filiabus poterant dici filij, & descendentes masculi à dd. Testatoribus *Iac. de Bellouisu in auth. de fest. fideicommissi in fin. vers. quid si testator*, & multò magis, quia descendentes masculi ex fœminis ab Alexandro primo

3 Testatore fuerunt considerati per ea, quæ habentur ab *Dec. lib. in decis. 23. nu. 38. & late scripsit Collegium Bonon. cons. 50. inter vos. Curtij seniores nu. 35. & seq.*

Tertiò, & quando non essent nec ipsæ, nec filij forsan tunc nascituri comprehensi in illis verbis (descendentes) & tota linea, venirent appellatione proximiorum *l. 1. §. proximus ff. vnde cognati §. non tamen tacito §. cæterum Instit. de legit. agnat. succes.*

Quartò, & quatenus verba non sufficerent talis esset facienda extensio, ex quo Co. Alexander transuersalis esset melioris conditionis, quam descendentes Testato-

4 rum, qui præsumuntur magis prospexisse soboli suæ *Ceph.* post plures loquitur in fortioribus terminis fauore descendentium ad exclusionem fratris, & ex fratre Nepotum Testatoris *cons. 383. nu. 13. lib. 3.* per totum, *nu. 18. Peregr. in tract. de fideicomm. art. 13. nu. 83. in fine, & art. 26. nu. 18. ad finem*, vbi plures allegat.

5 Quintò, ipsemet Co. Alexander videtur omnino incapax, cũ sit filius naturalis, nec vocari possit de agnatione *l. hac parte vbi glos. & l. hi spurius ff. vnde cognati l. vltima C. de nat. lib. & l. non facile §. cognationis ff. de grad.* vbi habetur agnatum non posse vocari, nisi interuenientibus iustis nuptijs, & in pũcto naturales, nec eorum filios censeri vocatos ad fideicommissum familiæ relictum *Bart. in l. tutelas in princ. ff. de cap. minutis Mant. de conject. vlt. vol. lib. 8. tit. 12. nu. 20. & 21.* & post *Bald. Petrum de Ancar. & Card. Alex. idem tenuit Tract. de nobilit. 15. nu. 24.*

Quibus tamen non obstantibus in contrariam sententiam condescendo, nempe Co. Alexandrum esse solum admittendum ad d. hæreditatem, exclusis filiabus d. Co.

Fran-

Franciſci Mariæ, eo quod primus Teſtator, cuius teſtamentum fuit in parte fideicommiſſi à ſecundo teſtatore ratificatum, non vocauit proximiores de Domo, &
6 familia ſimpliciter, ſed adiecit cognomen de Manzolis, quo caſu non habuit reſpectum ad lineam fœminarum, ſed ad tranſuerſales maſculos de Mãzolis, & ſemper mentionem facit de deſcendentibus maſculis, quo caſu fœmine non comprehenduntur; Id videtur tenuiſſe *Matheſilan. in notab. 129. & ibi Addentes Ant. de Butr. conſ. 46.* vbi dixit, quod Inſtituto primi gradus reſtricta ad maſculos, cenſetur ẽt reſtricta ad maſculos gradus vlterioris, & quod nec fœminæ, nec liberi ex eiſdem fœminis nati excludunt ſubſtitutum. *Aretin. Socin. & Inſ. in l. Gallus §. nunc de lege de lib. & poſth.* qui referuntur, & approbantur à *Hier. Grat. in conſ 120. nu. 14. & ſeq. lib. 2. Gabr. con. 132. quæſt. 5. nu. 56. & ſeq. lib. 1.* Et fœminæ nunquam veniunt in diſpoſitione loquente de familia *Cum. Dec. Curt. iun. Cravet. Rotin. Mant. & alij* relati à *Surd. conſ. 96. nu. 28. Peregr. in tract. de fideicõ. art. 25. nu. 48. in fine*, & vltimo loco *Fuſarius poſt alios in ſuo tract. de fideicommiſſaria ſubſtit. quæſt. 311. nu. 22.* facit etiam *deciſio. 432. p. 2. in recent. nu 3. & 4. & ſeq.* quæ adducit multas rationes. Nec dicatur Teſtatorem inſtituiſſe hæredes extraneos de aliena familia deſcendentes à filiabus, nã ad minimè facit, quia nepotes ex filiabus cognoſcebat, & pro filijs adoptauerat, modo etiam poſſet ſequi vnum inconueniẽs, eo quod hæreditas Teſtatoris poſſet deuenire ad quamplures familias, in quibus fœminæ deſcendentes reperirentur Teſtatori incognitæ, & inimicæ, & de quibus ſi fuiſſet interrogatus, verifimiliter maſculos ex eis ad ſuam hæreditatem non admiſiſſet, vt poſt multas ra-
8 tiones, & Doctores ſuſtinet *Grat. d. conſ 120. lib. 2. nu. 16. & melius nu. 22.* vbi cum alijs confidetauit filios filiarum primo loco inſtitutos fuiſſe de familia cognita, dilecta, & approbata à Teſtatore, cum ſequantur patrum, & auorum ſuorum familiam, qui fuerunt mariti filiarum Teſtatoris, quos approbauit, & eis filias ſuas nuptui tradidit, & talem dixit eſſe rationem vrgentem, & ex mente legum ſecundum communem eorum intelligentiam.

Quod & eo magis corroborari debet, nam ex teſtamento d. Co. Philippi apparet in hæreditate extitiſſe duas Iuriſditiones, nempe Caſtrum Teodorani, & Caſtrum
9 Munzuni, quæ non debebant ſcindi in plures partes, & in diuerſas perſonas diuerſorum generum, & familiarum nam euenire potuiſſet, & poſſet, quod ſi plures naſcerentur ex dd. Teſtatoris, ſeu Teſtatorum pronepotibus filij, quam plures fierent partes patrimonij Teſtantis, ita quod hæredes vti pauperes nobilitatem conſeruare non poſſent, vt conſiderat idem *Grat. nu. 24.* & nouiſſime poſt *Caſtr. Rutn. & Menoch. Fuſarius in tract. de fideicommiſſaria ſubſt. quæſt. 346. n. 8.* nec in hoc videtur poſſe dubitari eo magis, quia Co. Philippus ſecundus Teſtator poſt ratificationem Teſtam nti patris adoptantis, iuſſit in caſum in quem vnus ex filijs filij, ſeu Nepotis deficeret relicta filia vna, ſeu pluribus abſq; patre, & fratre, ſi plures eſſent dotari debere dote ſcut. 6. millium pro qualibet, & ſatis eſt, quod Te-
10 ſtator in aliqua parte Teſtamenti mentionem fecerit de fœminis, vt dicantur excluſæ ad *Rotam* poſt alios in *d. deci. 432. nu. 3. par. 2. in recent.*

Nec faciunt exaduerſo obiecta, nam ad primum reſpondetur tolli per ſupradicta,
11 nec operantur ea verba conditionalia, tota q; eorum linea finita, quia talis conditio nihil poſſit inceſſe, & diſpoſitionem non inducit *l. ex facto, & l. ſi quis ita hæres ff. de hæred. inſtit.* & hanc eſſe communem opinionem, vt poſt *Ruſtic. & alios centum viginti Doctores* tenuit *Theſaur. deciſ. 96. nu. 40.*

Ad ſecundum pariter videtur tolli poſſe, & deſcendentium appellatione non venire
12 deſcendentes maſculos ex fœminis, maximè ſi ſuperius in Teſtamento facta ſit

mentio

mentio masculorum *Rota d. decis.* 432. *nu.* 3. *par.* 2. *in recent. l.* 1 *in fin. & l. immunitate ff. de iure immunit. Bald. in cons.* 40. *lib.* 3. *nu.* 1. *in vers. praterea ista subtilitas Menoch.* post alios *cons.* 1036. *nu.* 7. *lib.* 11. & maximè quia Testator excluſit proprias filias & ſic proximiores habentur poſt alios vltimo loco per *Fuſar. in d. tract. de fideicom. ſubſtitutione q.* 346. *nu.* 15. *vers. ſecundo nu.* 26.

Item, quia non de filiabus ex filio, ſeu nepote, ſed ex pronepote, vt voluit idem *Menoch.* poſt alios in *conſ.* 878. *n.* 8. *vers. ſecundo accedit, & idem Fuſar. in q.* 325. *n.* 5.
13 *vers. tertius caſus,* nec minus poſſunt venire dd. fœminæ appellatione proximiorũ, vt tertio loco oppoſitum fuit, & vt ſupra fuit dictum, ſtante illo verbo familiæ *ad Fuſar. poſt alios in q.* 366. *n.* 24. nimirum, quia fœmina eſt finis agnationis, & principium agnationis ſuæ *l. pronuntiatio in fine tuncta eloſ. ff. de verb. ſignif. Decian. conſ.* 30. *nu.* 14. *lib.* 3. dicens, quod fœmina familiæ Patris finem facit, illamq; extinguit, & familiam viri auget *Port. Imol. conſ.* 11. *nu.* 14. *Hond conſ.* 65. *nu.* 33. *lib.* 2. *Peregr. in tract. de fideicommiſſ. art.* 26. *nu.* 29. vſq; ad *nu.* 30.

Ad quartum, quod ſi & quatenus verba non ſufficerent eſſet facienda extenſio, ex quo Co. Alexander eſſet melioris conditionis, quam eſſent deſcendentes Teſta-
14 torum. Reſpondetur talem propoſitionem non procedere in onere fideicommiſſi impoſito, ſeu imponendo, vt *poſt Cravet. Menoch. & Rol.* tenuit *Sforza Oddus conſ.* 66. *nu.* 105.

Ad quintum, & vltimum incapacitatis Co. Alexãdri vti filij Co. Bartholomæi natu-
15 ralis, ne dicatur de domo, & familia. Reſpondetur contrarium eſſe verius, nempè naturales, & ſpurios dici de domo, & familia *Bart. & ſalicet. in l. ſuggeſtionẽ C. de verb. & rerum ſignif. nu.* 5. *vers. ad id quod, addentes ad Guid. Pap. deciſ.* 280. *in litera C. Angel. conſ.* 30. *nu.* 6. *& conſ.* 191. *nu.* 4. *Corn. conſ.* 169. *nu.* 7. *in.* 3. *vol.* qui loquitur in puncto de filio baſtardi *Emmanuelis Card Paleot. Aunuculus d. Com. Alexandri nun. in tract. de noth. & ſpur.* quem cum alijs ſequitur *Lup. in tract. de illeg. & nat. reſt. lib.*
16 *Com.* 1. §. 3. *nu.* 91. quod tantò magis procedit, quando naturalibus, & illegitimè natis (vt Bonon. ſeruatur) & permittitur ferre arma, & inſignia familiæ, quo caſu voluerunt ad fideicommiſſum admitti ſimiles naturales *Socin. ſen. conſ.* 102. *nu* 8. *lib.* 3. *Ceph. conſ.* 591. *nu.* 13. *lib.* 4. *Lambert. de contract. gloſ.* 19. *nu.* 1. *Menoch. lib.* 4. *præſumpt.* 88. *nu.* 14. & id etiam poſt *Mar.* tenuit nouiſſimè idem *Vinc. Fuſarius in d. tract. de fideicommiſſaria ſubſt. quæſt.* 361. *nu.* 16.

Nec dicatur d. Teſtatorem ſubſtituiſſe filios, & deſcendentes maſculos ex legitimo matrimonio natos ex d. Poliſſena, eamdemq; qualitatem præſumi repetitam
17 in ſubſtitutione facta de proximiore de familia, quia id non procedit, quando eſt facta ſubſtitutio de alijs perſonis in oratione ſeparata, vt hic id *Soc. Sen. conſ.* 63. *nu.* 19. *lib.* 3. & approbat poſt *Pancir.* idem *Fuſar. quæſt.* 450. *nu.* 12. Minuſq; repetitio eſt, dãda, nam ſi teſtator voluiſſet, ſciuiſſet exprimere, ſicut in alia parte expreſſit, vt in *deciſ.* 350. *nu.* 3. *inter impreſſ. penes Farin. poſt lib.* 2. *conſ.* tantò magis, quia nullum verbum repetitiuum ſimilis qualitatis legitur ad *Molin. de primogenit. lib.* 3. *c.* 5. *nu.* 59 *&* 64. *Gabriel. in conſ.* 97. *nu.* 28. *lit.* 1. qui loquitur de qualitate maſculinitatis, & arguit pro, & contra, & demq; concludit veriorem, & magis communem opinionem eſſe non concedi *Caſ. Barz.* eius Nepos in *deciſ. Bon.* 119. *nu.* 5. Idque poſt *Pariſ. Ceſ. Vgon. Siluan. Ceph. Rolan. & Rimin. iun.* tenuit *Rullit. in l. cum Auus in lib* 3. *c.* 10 *nu.* 158. & melius *nu.* 172. vbi cum *Bald. conſ.* 153. *lib.* 3. dicit repetitionem ſemper dici excluſam, quando deficit copula, & ſeu coniunctio, & quando ſubſtitutio nõ regitur ab eodem verbo, &, quãdo non adeſt identitas rationis. Quæ tria cum non concurrant in caſu noſtro, ergo non poterit dici

de

de repetitione, Vocantur enim vt diximus, proximiores testatoris, de domo de Manzolis deficientibus alijs superius nominatis absq; copula, aut coniunctione aliqua, & vocatio regitur à separato verbo, & non militat eadem ratio, quia isti de domo de Manzolis sunt de vera agnatione Originaria testatoris, & non ficta, prout fingere debebant alij prius vocati *to. de Annan. cons. 22.* quę approbat *Rub. Alex. cons. 31. nu. 5. & 6.* eo maximè, quia agitur de diuersis personis *Peregr. in d. tract. de fideicommissis art. 25. nu. 33. & nu. 35. vers. concluditur credere m.* Idem *Fular. quæst. 403. nu. 18.*

Et tantò magis res redditur clara, dum tempore testamenti, & mortis Testatoris
19 nemo natus de legitimo matrimonio de domo, & agnatione de Manzolis viuebat; qui posset prolem habere, sed tantum pater d. Co. Alexandri innioris naturalis, adeo vt si verum sit in fideicommisso naturales non venire, attamen in defectum legitimorum, quando aliter fideicommissum, seu substitutio non posset habere locum comprehenduntur *l. heredes §. primo ff. ad trebell. &* ibi aduertunt *glola, Bart. & aly, & in l. ex facto §. si quis rogatus nu. 2. ff. eodem ad trebell. vbi Bar. nu.*
1
2. Calir. nu. 5. Alex. nu. 6. Rip. nu. 6 Cost. in c. si pater in vers. si ablq; liberis nu. 39. in
20 *prima parte, extra de Testamentis* & facit ratio, quod dispositio semper debet intelligine pereat *l. vbi est verborum ambiguitas ff. de reb. dub. Mant. in tract. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 9. nu. 3. Surd. cons. 280. nu. 6.* & nouissimè idem *Fusar. quæst. 314. nu. 7.* leges etiam excludentes naturales loquuntur tantum, quatenus concurrant cum legitimis, & non quando soli sunt, & existunt, nam tunc veniunt, & admittuntur ad fideicommissum *Dec. cons. 365. nu. 4. & 5. Rum. cons. 49. nu. 5 lib. 1. Decian. cons. 1. nu. 168. lib. 3. Pancir. cons. 169. nu. 9. Ceph. cons. 591. per totum,* & idem in spurijs voluit *Sorin. cons. 63. nu. 20. vers. videmus lib. 3. Mant. cons. 115. nu. 8. lib. 1.*

Et quod magis est attendendum, debet considerari in vocatione facta de proximioribus testatoris de domo ipsorum de Manzolis non esse adiectam qualitatem legitimitatis, prout in præcedentibus vocationibus fecit testator, sciens qualitatem Patris Comitis Alexandri, & descendentium, & talem substitutionem fecit duplicatè per verba geminata eosdem proximiores de familia de Manzolis nominando, faciunt etiam notata per *Ias. cons. 51. nu. 1. lib. 3. & per Peregr. in d. tract. de fideicom. art. 11. nu. 1. & seq.* & verisimile esse Testatorem sentisse de his, qui tunc viuebant, & præoculis habebat affirmare videtur idem *Eminentiss. Paleot. in d. tract. de noth. & spurijs c. 29. nu. 4. per glolam in l. plenum §. equitij vers. sensisse ff. de vsu, & habit.*

Et ex his creditur iudican. esse in fauorem Co. Alexandri contra filias fœminas Illustriss. D. Co. Francisci Mariæ. Saluo tamen saniori iudicio.

CONTROVERSIA CXI.

Pro Illustriss. D. March. Ferdinando Riario.

SVMMARIVM.

S Tatutum loci, vbi continuè habitat Maritus, est seruandum in restitutione dotis, nu. 1.

Fallit, dum promissores Dotis ignorarũt dispositionem talis statuti, nu. 2. quæ ignorantia præsumitur, vt ibi.

Item quando maritus se etiam appellauit Ciuem eiusdem Ciuitatis, vbi de-

gunt promissores, & ibi bona possidet, nu. 3.

Item quando promissio fuit facta de soluen. dotis complemento, & inuestitura faciend. in Ciuit. eorundem promissorum, nu. 4.

Item quando aliter conuentũ fuit, nu. 5.

Et pactum seruandum processit de ore Dei, nu. 6.

Contenta in Instrumento debent seruari ad formam Clausularij loci, vbi contractus celebratur, nu. 7.

Tempus contractus spectari debet, & non id, quod post sequitur, nu. 8.

Forenses tenentur seruare statutorum loci contractus, nu. 9.

Patri legitima debetur, nu. 10.

Pater imò quilibet extraneus dotans nõ potest transferri in domicilium Generi, nu. 11.

Statutum Ferrariæ nõ tollit legitimam Patri, dum de ea non est facta mentio, nu. 12.

Statutum Bonon. de Dotibus restituendis, §. & si decesserit, declaratur, nu. 13.

Per quamcũq; generalem dispositionem vnquam excluditur legitima, n. 14.

Legitima in bonis filiæ prius fauore Patris est deducenda, nu. 15.

Dictio, dum tamen, requirit, vt illud existat, cui adijcitur, nu. 16.

Adsit Deus, & Virgo.

Millesimo sexcentesimo quadragesimo quinto 12. Decemb. Illustriss. & Nobilis. D. Marchio Ferdinandus Riarius in priuata scriptura ex causa Dotis Illustriss. D. Mariæ Franciscæ eius filiæ promisit Illustriss. D Carolo Varano de Camerino d. eius filiæ Sponso scutos tres mille ducentos quinquaginta, tempore dotalis superinde celebrandi Instrumenti, & alios scutos bis mille septingẽtos quinquaginta statim illorum facta recuperatione ab HH. d. Illustriss D. Mariæ Franciscæ primi Viri d. Illustriss. D. Franciscæ Mariæ, alioſq; scutos nouem mille in termino nouem annorum. Quibus solutis totam eamdem summam, d. Illustriss. D. Carolus promisit inuestire in tot immobilibus in Ciuitate, seu Territorio Bononiæ ad placitum d Illustriss. D. Marchionis Ferdinandi emendis, etiamque stabilia hypotecare vltra generalem obligationem scutorum quindecim mille, quam dotem vna cum apparatibus sibi dandis D.Carolus cum habuerit restituere promisit eidem Illustriss. D. Mariæ Francisc æ, aut suis hæredibus in omnem casum tempus, & euentum restitutionis, salua parte lucranda per Maritum in omnibus, & per omnia, secundum formam, & dispositionem Statutorum Bonon. Anno sequenti 1646. 4. Februarij superinde celebratum fuit Instrumentum, cum quo d. D Carolus Nobilis Bonon. & Ferrariensis confessus est ab eodem Illustriss. D. Marchione habuisse scutos tres mille ducentos quinquaginta promissos ad rationem librarum quattuor pro quolibet scuto; eodemq; modo idem D. Marchio soluere promisit d.D. Varano alios scut. bis mille septingẽtos quinquaginta statim illorum facta recuperatione ab HH primi Viri, soluereq; etiam promisit scutos nouem mille, quolibet anno mille vsq; ad integram summam specialiter Bonon. & generaliter alibi vbiq; locorum, & fori, cum annua respõsione ad rationem quattuor cum dimidio pro centenario quolibet anno, tradi-

ditq;

ditq; apparatus, & mobilia, de quibus in Inuentario; Idemq; Illustriss. D. Carolus se, bona, & hæredes obligando dare, reddere, & restituere promisit d. Illustriss. D. Mariæ Franciscæ licet absenti, & d. Illustriss. D. eius Patri præsenti &c. pro omnibus, quorum interest, & intererit in omnem casum &c. salua per Maritum lucranda parte, Vxore sine liberis præmoriente, in omnibus, & per omnia secundum formam statut. Bonon. & pariter apparatus, & mobilia restituere promisit in terminis, in quibus reperientur ad formam dd. Bonon. statutorum.

Modo mortua d. Illustriss. D. Maria Franciſca absque liberis, condito, vt audiui, quodam Testamento, in quo Illustriss. Genitori tantum reliquit scutos mille, vt expressit ex causa amoris, distribuendos inter eum, & Illustriss. Matrem, & Illustriss. Fratrem. Quæritur, quid restituendum sit eidem Patri, & primò, an statutum Bonon. vel Ferrariæ sit seruandum, & prima facie videtur dicendum Ferrariense, cum ibi continuè D. Varanus habitet, & speciale sit in Dote, vt locus,

1 & domicilium Viri attendatur, & si alibi Instrumentum dotale conscriptum sit *l. exigere ff. de iudicijs, & ibi Odof. Bart. & caeteri scribentes, idem Bart. in l. 1. n. 14. C. de sum. Trinit. & fide Cathol. Cremens.* qui *plures* allegat *in sing. 67. Cotta in memorialibus verbo Dos repetitur*, dicens casum esse peregrinum, & singularem *Mantica de tacitis, & ambig. lib. 3. tit. 14. nu. 1. & seq. Gratian. in discept. forens. c. 609. nu. 24.* & ita videtur *statutum Ferrariense* attendēdum, vbi in quibusdam casibus filiæ familias testari concessum est de licentia Patris, dummodo cum instituere non possit.

His tamen non obstantibus, contrarium iudicandum esse arbitror.

Nam primò disposita in *d. l. exigere de iudicijs*, non procedunt quotiescunque Illu-

2 stris. Socer, & Illustriss. Vxor ignorarunt, quid d. statutum Ferrariæ contineret tempore contractus, prout ignorasse præsumitur tamquam quid facti, cum sit statutum alterius Ciuitatis *c. 1. de const. lib 6.* cum concord. minusq; de eo tamquam de re futura diuinare poterant, aut debebant *l. si putatur ff. ad l. Aquiliam*, ita post *Bald. Alex. Felin. Ias. & Crotus* affirmat *Grat. cons. 113. nu. 12. vers. ea tamen, & nu. 13. lib. 2.*

Secundò, ipse Illustriss. D. Varanus in Instrumento se etiam Bononiensem appel-

3 lauit, bonaq; plurima in Bononiensi agro possedit, & hodie possidet, vt ex communiori opinione tenet, & attestatur *Gratus loco præallego nu. 14.*

Tertiò, promissio fuit facta de soluendo Dotis complemento in Ciuitate Bonon.

4 & de inuestitura acquirenda in stabilibus in Ciuitate, vel Territorio Bonon. hypotecandis in casu restitutionis Dotis, secundum formam Clausularij Bonon. & d. Illustriss. D. Varanus se obligando vt supra, restituere promisit d. Illustriss. D. Mariæ Franciscæ tunc absenti, & d. Illustriss. D. eius Patri præsenti pro filia, & omnibus, quorum interest stipulanti in omnem casum vt supra, salua parte lucranda per Maritum in casu decedentiæ d. eius filiæ, nullis ex se relictis liberis, secundum formam statut. Bonon. omnesq; aliæ executiuæ clausulæ leguntur

5 ad formam d. Clausularij redactæ, adeout nulla sit maior iustitia, quam pacta seruare *l. iuris gentium ff. de pactis l. 1. §. si conuenerit ff. depositi Bal. cons. 366. lib. 3. Corn. in l. si pascenda C. de pactis*, dicens, quod si quis tentet rumpere pacta, graue committit. erga Deum, & homines, & illud pacta seruabo processit de ore Dei *Bald. in rub. de consuet. in princ. Beccus cons. 45. nu. 25. lib. 1.* & sicut vbi est casus legis non est disputandum *glos. in l. ancillæ C. de furtis*, ita vbi extat Instrumentum idem *Bald. cons. 215. lib. 2. Giouagnon. cons. 27. lib. 2. nu. 24.* & nemo dubitat, quin contractus à conuentione partium legem accipiant *l. contractus*, vbi latè *Cagnol. nu. 72. ff. de reg. iuris Duran. decis. 247. nu. 6. lib. 1. decis. 151. num. 16. par. 6. diuers. & decis.*

& decis. 201. num. 51. par. 7. pariter diuersorum.

Et quod standum sit Clausulario Bononiæ, & ad illius formam omnia contenta in Instrumento debeant redigi, nec alio modo alterari, fuit decisum per sacram Rotam in causa Illustris. DD. de Pepulis, vt *decis. 696. nu. 7. p. 2. in recent.* & iterum confirmatum legitur in *Decis. Durant 49. nu. 8. p. 1.* Assensus igitur in constitutione Dotis præstitus debet sustineri, etiam pro illius restitutione, nam semper est interpretandus secundum qualitatem, & ius contractus, super quo præstitus fuit *Surd. decis. 182. nu. 5.* & contractus initium est spectandum, & non id, quòd postea sequitur probant *Textus in l. si filius ff. de verb. oblig. l. 1. §. si seruus ff. depositi l. Pomponius §. 2. ff. de neg. gest.* idem *Surd. decis. 278. nu. 26. decis. 116. nu. 6. part. 7 diuers.* Non ergo Illustris. Varano conuentioni licet contrauenire *Bero. cons. 143. nu. 17. lib. 1. Neuizan. cons. 66. num. 18.* & in contractibus etiam syllabæ operari debent *Alex. cons. 36. nu. 5. lib. 2. d. decis. 201. nu. 5. p. 7. diuers.* & nil aliud attendendum est, nisi id, quod contrahentes expresserunt *decis. 311. nu. 11. ead. part. 7.* imò de iure, semoto contractu forenses seruare tenentur statuta loci contractus, *Textus* est in *l. si fundus ff. de euict. Bart. in l. semper in stipulationibus nu. 3. ff. de reg. iuris,* & in *l. contraxisse ff. de act. & obligat.* & rursus *in l. 1. nu. 16. & 17. C. de summa Trinit. & fide Catholica Bald in rub. de consuetudine nu. 39. Corduba poli Centum in tract. de Centibus decis. 195. nu. 4.* Et cum ex prædictis clarè appareat statutum Bonon. esse seruandum portio legitimæ Illustris. Marchioni Ferdinãdo, reseruata est nedum totius Dotis, sed & cæterorum bonorũ vndiq; quæsitorum, vt in *rub. de Dotibus restituendis in §. Item decimus il secondo,* vt cõsiderat *Rota Bonon.* Inter statutarias *decis. 68. nu. 4. & seq. & ibi in additione* aduertit *Fundatus*, & ita in puncto decisum repetitur *in decis. eiusdem Rotæ Bonon. 3. nu. 3. & seq.*

Addamus illam conclusionem, vt statutum Viri domicilij sit seruandũ nequaquam procedere quotiescumque Dos non est restituenda Vxori è loco contractus discessuræ sed Patri, vt in casu nostro, cum Pater non subijciatur statutis Ferrariæ, sed statutis Bononiæ vbi vti senator fixas retinet ædes *Bald. in l. vnica nu. 3. vers. Item non habet locum C. de priuil. Dot.* ex hac ratione, quia pater imo quilibet extraneus dotans non potest transferi in forum, & domicilium Generi *Felin. in c. 1. nu. 27. de sponsalibus Iaf. in l. cunctos populos in 1. decl. nu. 28 vers. tertio limita C. de summa Trinit. & fide Catholica Sacra Rota decis. 250. nu. 6. p. 6 vers.*

Nec statutum Ferrariæ sibi suasit tollere legitimam Patri, dum de ea non est facta specialis mentio *l. & si quando §. & generaliter. C. de inoff. Test. Salicet. Inter cons. Balat lib. 1. cons. 453. per totum Balb. in tract. de præscript. 4. part. principal. quæst. 23. nu. 3. & 4. Alex. cons. 7. nu. 20. lib. 1. Rota Bonon. Inter dd. Statutarias decis. 150. nu. 6.*

Idque dignoscitur ex *Statuto nostro Bonon. ibi in §. & si decesserit,* vbi disponitur, quod muliere sine liberis, & ascendentibus decedente, teneatur relinquere fratribus, seu filijs fratrum tertiam partem totius dotis, & omnium bonorum, quod si non esset dispositum in Patre, peioris esset conditionis, quam frater, & fratris filius, quod non est dicendum.

Et per quamcumq; generalem dispositionem simpliciter loquentem vnquam censetur legitimè factum præiudicium *d. l. si quando in fine cum præcedenti C. de inoff. testam.* nam lucrum dotis, quod habet Maritus ex morte Vxoris, dicitur exorbitans, & contra regulas iuris arg. *l. 1. C. vnde vir. & vx.* & debetur mero iure positiuo, legitima verò regulariter est debita, vt aduertit pulcherrimè cum pluribus rationibus, & auctoritatibus *Berous cons. 26. nu. 8. lib. 2.* sustinens, quod æs alienum legitimè prius, & potentiori vinculo debetur, quam Marito lucrum dotale,

tale, nam legitima secundum iuris regulas debetur *l. num & si parentibus in princ. ff. de inoff. testam. l. cum ratio ff. de bonis damnatorum*, sed lucrum dotis debetur per posterius, & debiliori vinculo, & contra iuris regulas Marito debetur, & merè de iure positiuo, & idcircò non erit hęsitandum, quin prius legitima in bonis filiæ sit deducenda, vti magis debita, quam lucrum dotale; idq; etiam in terminis post infinitos tenet *Rota Marchiæ* penes *Thomat. decis.* 87. *nu.* 2. idq; etiam sanxit *Statutum nostrum Bonon.* dum voluit lucrum dotis deberi Marito, dum tamen reseruata liberis, seu descendentibus legitima sit.

Illa.n. dictio (dum tamen) ex necessitate requirit, vt illud existat, cui adijcitur *Barbos. de dictionib. dict.* 81. & esse dictionem exceptiuam, & falsificari regulam dixit *Angel. cons.* 290. *nu.* 5. *Tusch. in littera D. quæst.* 273. *& quæst.* 278. *Marta de clausulis*, secundum nouam impressionem, *claus.* 21. *num.* 2. *p.* 3. dicens idem esse dicere, dumtamen, vel dummodo, ita etiam prius *Alex. in l.* 1. *num.* 6. *&* 7. *ff. ad l. falcidiam*, facit etiam talis dictio dispositionem modalem, & sic resolutiuam, sialiter factum esse contigerit, siue repertum fuerit *Bart. & cæteri Doct. in l. quibus diebus* §. *Termitius ff. de condit. & demonst. Bero. quæst. famil.* 99. *num.* 3. & aliqui dixerunt talem dictionem importare conditionem, per *tex. in l. Thais* §. *Illud ff. de fideicom. libert. ita Menoch. cons* 60. *nu.* 47. & hoc, quia adstringitur ei, quod venit implendum, antequam actus perficiatur *Scacch. decis. Rotæ Bonon.* 67. *nu.* 5. *Rota decis.* 777. *nu.* 6. *p.* 2. *in recent.* Et hæc saluo &c.

CONTROVERSIA CXII.

Pro RR. Canonicis S. Saluatoris.

SVMMARIVM.

Emphiteosis ecclesiastica licitè concedi potest alteri Ecclesiæ, num. 1.

Nisi extaret pactum, ne in aliam Ecclesiam alienari posset, vel in potentiorem, num. 4.

Et est in optione Ecclesiæ Dominæ directi dominij canonem recipere, vel rem pro se retinere, num. 2.

Clarus in S. emphiteosis quæst. 33. *reprobatur, num.* 3.

Prælatus potest præiudicare Ecclesiæ in quærendis, non tamē in quæstis, n. 5.

Emphiteosis præsumitur solemniter cōcessa ex cursu triginta annorum, n. 6.

Tria copulatiuè requiruntur, vt quis ob deteriorationem cadat ab emphiteosi, num. 7.

Priuilegiatus contra priuilegiatum restituitur in integrum, quādo tractat de damno euitando, num. 8.

Adsit Deus, & Virgo.

IN hac causa RR. Canonicorū S. Saluatoris, cum RR. Patribus Cruciferis quæritur, an eisdem RR. Cruciferis licuerit concedere dd. RR. Canonicis S. Saluatoris in emphiteosim bona, de quibus agitur, & permissum videtur ex S. *si verò contigerit*, in *auth. de alien. emphit. & locatione* his præcisis verbis, *Si verò contigerit quamlibet rem ex aliquo prædictorum locorum venerabilium emphiteutico iure datam, aut in*

Imperialem domum peruenire licentiam præbemus Ordinatoribus venerabilium locorum, in quibus à principio emphiteosis facta est mox, vt peruenerit in vnam personarũ prædictarum ipsa emphiteosis manifestare suam voluntatem intra biennium, aut ab ijs derelinqui eamdem rem, ad quos peruenit, & annuam pensionem, quæ pacto continetur inferri, aut hoc recipere emphiteosi soluta, eo quod hoc sibi prodesse existimant. Poterant n. dd. RR. Patres Cruciferi intra biennium auferre soluta æstimatione, aut eligere exactionem annuæ pensionis, prout fecerunt, ita ibi *Bart. nu.* 4. & 8. *Angel. nu.* 1. & *cæteri scribentes*, & eo magis, cum in præcedenti locatione facta Bertusijs non fuerit expressum bona esse prohibita trãsire in aliam Ecclesiam, prout *ibi* aduertit *Bart.* & est communis opinio *Doctorum*, quod emphiteosis vnius Ecclesiæ in aliam
2 transeat, quando Ecclesia directi Dominij Domina noluit eam ad se reuocare *Albericus in auth. Ingressi C. d. Sacrosanct. Eccles. nu.* 11. dicens esse in optione d. Ecclesiæ Dominæ directi Dominij, si velit Dominari, & canonem recipere, aut velit rem habere: ad hoc adducens auctoritatem Baldi in eadem *Auth. Ingressi nu.* 13. sic dicens, Emphiteusis Ecclesiastica non transit ad Ecclesiam Ecclesia proprietaria inuita, sed consentiente contrarium permittitur, & id repetijt *in auth. nisi rogati nu.* 12. *C. ad sen. conf. Trebel, Iaf. in l.* 2. *C. de Iure emph. nu.* 200. *Guido de Suzaria in tract. de Iure emph. nu.* 49. dicens esse casum a lege definitum, & non egere disputatione *Ancar. conf.* 165. *nu.* 1. *& conf.* 167. *vers. ex quibus*, dicens contrariam partem tenentes debere erubescere, cum sine lege loquantur.

Nec operatur id, quod dicit *Speculator in tit. de Emph* §. *nunc aliqua nu.* 142. *quæst.*
3 116. & 117. à quibusdam modernioribus allegatus in aliam Ecclesiam prohibitam esse transire, sed Infra annum debere vendi ex consuetudine, de qua habetur per *Clarum in* §. *emphiteusis quæst.* 33. *in fine*, non enim *Claro, & aly* credendum est, cum id non probetur legibus, vt rectè demonstrat *Gratus conf.* 80. *lib.* 1. & nouissimè *Franc. Cald. f. in tract. de emphiteosi in tit. de potestate nominandi, seu eligendi ad emph. lib.* 3. *cap.* 1. *nu.* 16. dicens talem *Spec.* & sequatium opinionem esse explodendam. Imò si rectè Videatur *Speculator loco allegato nu.* 102. *quæst.* 154. Videtur admittere esse in optione Ecclesiæ Dominæ directi Dominij, an velit accipere pensionem, vel rem recipere soluto contractu Intra duos annos *per text. in d. auth. de alienatione emph. & locatione. Clari* enim *& aliorum* opinio posset forte saluari, quando staret pactum, ne res alienaretur in aliam Ecclesiam, seu in potentiorem, vt
4 notat *Abb. in c. potuit extra de locato in p. col. vers. Item nota Surd. post plures conf.* 521. *nu.* 11. dicens Ecclesiam non posse dici Inhabilem ad tenendum, & Incapacem Iuris Emphiteotici, nam quòd pertinet ad factum est habilis, & Inhabilitas debet procedere à voluntate Domini directi, qui ex pacto prouidere potuit, & ibi *Surd.* paulò ante dixit Ecclesiam Dominam directam habere facultatem, vel retinendi rem emphiteoticam, vel soluẽdi æstimationem vel vt Intra annum res vendatur. Nec dicatur RR. Cruciferos non potuisse in prima concessione præiudicare eorum Ecclesiæ, quia hic nec graue, nec leue potest præiudicium considerari, cum ex Iure communi sit permissum *Gozad. conf.* 26. *nu.* 55 Imò notissimum
5 est omnibus Prælatum posse in qnærendis, non tamen in quæsitis Ecclesiæ præiudicare. *Cephal. conf.* 471. *nu.* 124.

Minusq; dici poterit fuisse alienationem, & consequenter prohibitam, eo quod iam
6 effluxerunt triginta anni à die primæ concessionis emphiteosis, quo casu solemniter concessa præsumitur *Socin. conf.* 266. *nu.* 34. *lib.* 2. Idem *Cephal. conf.* 316. *nu.* 43. *& seq.* dum constat de substantia, eo quod solemnitas est antecedens ad eam *l. illud ff. de acquir. hered.*

Et

Et quod dicitur de Deteriorationc, sciẽdum est, quod in bonis in emphiteusim conc-
essis erat quædam Domuncula, vt asseritur, destructa, & melior fuit constructa,
vltraquod debet præcedere cognitio, & sententia, quæ declaret deterioratio-
nem *Ias. in repet. l. secunde C. de Iure emphiteotico quæst. 43. num. 99.* plura etiam re-
7 quiruntur, vt per deteriorationem quis possit declarari decadutus; primo quod
deterioratio sit notabilis *l. scio ff. de in Integrum restit. secundò*, quod sit perpetuo
duratura, tertiò, quod procedat dolo, lata culpa, vel leui emphiteotæ *Iason. cons.*
17. nu. 1. lib. 1. & quicquid esset RR. Canonici, essent in Integrum restituendi,
8 etiam lapso quadriennio ob frequentem Prælatorum mutationem *Natta cons.*
525. num. 49. eo quod præsuponitur probabilis Ignorantia *Cephal. consil. 518.*
nu. 16. & licet cum alia Ecclesia agatur potentius debet esse priuilegium illius,
qui certat de damno Vitando, quam illius, quæ tractat de lucro captando *DD.*
inter quos *Abb. in cap. in præsentia col. 13. ext. probat. vers. sed vnus tantum.*

CONTROVERSIA CXIII.

Pro Illustriss. D. Romeo Foscherario, & Vxore.

SVMMARIVM.

Aditio hæreditatis fit sola voluntate simplici actu declarata, nu. 1. & 3.

Hæres, qui non confecit Inuentarium, insolidum cum defuncto tenetur, nu. 2. & 6.

Ex vna interula amore Dei data, arguitur aditio, nu. 4.

Semel hæres semper hæres, nu. 5. & 10.

Frater etiam de proprio tenetur dotare sororem, nu. 7.

Scripturis publicis in Archiuio repositis datur fides, nu. 8.

Probatio per confessionem propriam vnquam dicitur exclusa, nu. 9.

Interusuria dotalia debentur Viro pro sustinendis oneribus matrimonij, nu. 11.

Et statim debentur post terminum destinatæ solutionis dotis, nu. 12.

Et id procedit non solum in Patre, sed etiam in quolibet extraneo dotem promittente, nu. 13.

Adsit Deus, & Virgo.

NVlli dubium est, quod Nobilis D. Sigismundus, qui post mortem Nobilis D. Herculis eius fratris exegit emolumenta vnius officij vtilis (& habuit vestimenta, & mobilia illius, vt mihi supponitur, tresq; Equos d. fratris mortui magni pretij vendidit) dicatur adiuisse fraternam hæreditatem, cum sufficiat sola voluntas simplici
1 actu declarata, per *text. in l. gerit ff. de acquir. hæredit.* ibi n. Iurisconsultus sic scripsit, *Gerit pro hærede, qui animo agnoscit successorem, & 10. de Imola ibi nu. 3.* dixit vt infra, *Iusta Constitutio iuris positiui, quæ obligat hæredem insolidum, si non facit Inuentarium, quoniam imputet sibi, ex quo neglexit amplecti legis beneficium,*
2 *Bart.*

Bart. in l. filio in fine vers. vnde constituendo C. de iure deliberandi, & in l. 1. nn. 3. vers. non possum facere C. qui admitti, sat. n. est, vt res, seu creditum exegerit, & habuerit *l. 1. C. de repud. hæreditate, & l. pro hærede*, & ibi *Baldus in princ. ff. de acquir. hæred. Mantica in tract. de coniect. vltim. volunt. lib. 12. tit. 12. nu. 10. & in decis.* 245.

3 *nu. 11.* talis n. exactio (& vestimentorum retentio) fieri non potuit citra ius, & nomen hæredis, vt per eumdem *Bart. in l. frater à fratre ff. de condit. indeb. Iaf. in d. l. pro hærede* §. *Papinianus nu. 8. & 9. ff. de acquir. hæredit.* facit *text. in* §. *fin. Inst. de hæred. qualit. & differ. Roca decis. 82. p. 2. in recent.* & in puncto idem *Tasson. in cons. 112. lib. 4. nu. 2.* ibi è contra recipiendo debitum hæreditarium, censetur adire

4 hæreditatem, subiungens, quod ex vna Camisia data amore Dei, arguitur aditio locupletissimæ hæreditatis, per doctrinam *Baldi in l. cum te in vlt. col. de donat. ante nuptias, Corn. Alex. Socin. & Parisius*, quos refert, & sequitur *Tusch. in verbo aditio*

5 *concl. 190. nu. 55* vnde cum per additionem effectiuè sit hæres d. D. Herculis, hodie non potest dicere nolo esse hæredem, ex regula, quod semel hæres non potest desinere esse hæredem, nec licet hæreditatem iam aditam repudiare *l. si quis, & l. sicut C. de repud. hæred. & ibi glosa, & Doct. aduertunt, Corn. cons. 165. num. 47. lib. 2.. Monticulus in tract. de Inuentario quæst. 234. num. 23. Papiensis in forma libelli, quo petitur hæreditas ex testamento in epitome purè instituit nu. 8. Fanuc. de Inuent. quæst. 237. nu. 30.* & sic per talem additionem representat personam debitoris in libris quinque mille, & interusuriorum dotalium Nobilis D. Margheritæ eius Sororis & Viri *Crus. in* §. *omisso hæreditatis quæst. 19. n. 2. &* 3. qui *plures allegat*, & sic de proprio etiam d. D. Sigismundum teneri, cum Inuentarium non legatur ab eo factum, sumitur ex *textu in l. 1. circa* §. *cum agitur C. de iure deliberandi l. more ff. de*

6 *acquir. vel omit. hæred. l. quia poterat ff. ad Sen. Conf. Trebel.* & hoc, quia, vt dixi, hæres succedit loco defuncti, hanc communem attestatur *Roland. in tract. de Inuent. 10. & vltima parte quæst. 35. Turzan. in communibus opinionibus opin. 95. Franciscus Porcel. in tract. de Inuent. cap. 1. nu. 2.* Non ergo poterit euitare, ne condemnetur ad d. summam, secundum opinionem communem, de qua per *Roland. in d. tract. in 5. & vltima parte in tit. quæ incommoda sentiant hæredes, omissa Inuentarij confectione, & qua non, c. 1. per totum*, vbi *plures* allegat, nec dicatur ad tantum rigorem non debere procedi cõtra hæredem non conficientem Inuentarium, quia extant pro d. opinione sustinenda plures, & plures rationes, quæ per Doctores adducuntur, nempè per Eminentiss. *Cabalerium æccis. 240. num. 6. ita etiam poli. Alexan. & Rum.* dixit *idem Crus. in* §. *Translatio quæst. 22. Francus decis. 556.* quê refert, & sequitur *Decius in Collectanea 21.* secundum primam impressionem, id etiam videtur probari ex *textu in* §. *si verò non fecerit in auth. de hæred. & falcidia Cuman. cons. 30. & cons. 73. & per Baldum in l. filium quem habentem C. familiæ herciscundæ.*

Minusq; debet d. D. Sigismundus renitens esse, cum ipse sit Dives ex hæreditate

7 post nuptum ei superuenta, tanto magis, cum Nobili Viro sit nupta, eo quod frater etiam de proprio teneatur dotare sororem *l. cum plures, & ibi Bart. ff. de administrat. & periculo Tutorum.*

Et hæc saluo semper saniori Iudicio.

CVM post scripta viderim, quod de anno 1642. 25. Ianuarij d. Dom. Sigismundus nedum vti frater, sed & vti hæres Illustris D. Herculis Danesij eius fratris elegit, deputauit, & assumpsit pro Notarijs ad officium Prætoriæ Galeriæ, ad quod d. D. Hercules extractus fuerat DD. Bernardinum Ferrarium, & Alexandrum Bindum publicos Bononiæ Not. pactis, modis, & conuentionibus, de quibus

bus in scripto ab eodem D. Sigismundo, & testibus scripto, & respectiuè subscripto, ex Archiuio publico Bononiæ desumpto, vbi omnes Notarij officiorum publicorum Bononiæ post semestre exercitati officij, scripturas, & acta omnia re-
8 ponere tenentur, & quibus scripturis, & actis omnibus fidem adhibendam esse, probant omnes scribentes, inter quos *Alexan. vers. 6. fallit in l. si quis in aliquo C. de edendo Veral. decis. 42. lib. 1.* & ideircò nõ erit hæsitandum, quin d. D. Sigismundus teneatur ad summam per d. D. Herculem etiam nomine d. D. Sigismundi permissam, eo magis cum suum hæredem esse confessus sit, & nulla maior reperitur probatio, quam propria confessio *l. vnica C. de confessis*, imo & si in iure ex-
9 cludatur omnis probatio, vnquam excluſa censebitur partis confessio *l. generaliter C. de non num. pecunia Gratus cons. 1. nu. 36. lib. 2.* & cum se hæredem declarauerit, vt alias diximus, hodie non poterit desinere esse hæredem *l. & si sine §. sed quod papinianus ff. de minor. l. ei qui soluendo ff. de hæred. instit. notat. etiam in l. substitutione ff. de vulg. & pupil. Ruin. cons. 36. num. 3. lib. 2. Honded. cons. 68. num. 30. lib.*
10 *2. Fabianus de Monte Aduocatus Concistorialis inter cons. ad vlt. volunt. lib. 1. cons. 149. nu. 5. & 7.* dicens, quod nec lex, nec Testator in contrarium statuere potest, non ergo poterit D. Sigismũdus inficiari, quin teneatur ad solutionem aliarum libràrum quinque millium per d. olim D. Herculem pro eo de rato promittentem pro parte dotis nobilis. Viro Sororis nuptæ promissarum, & solui conuentarum. *Marcus Modcllus inter dicta cons. diuersorum ad vltimas volunt. cons. 160. lib. 1. nu.* 17. & pariter non erit dubitandum, quin ad interusuria dotalia pro d. summa teneatur, cum iuri consonum sit, vt fructus dotis dentur Marito pro oneribus
11 marrimonij *l. pro oneribus C. de iure dotium, & ibi* affirmant omnes scribentes *Rumald. tun. cons. 776. num. 65 lib 7.* & statim debentur Marito post terminum destinatæ solutionis *Bart. cons. 132. vnu. 2. lib. 1. Aretin. in §. fecerat num. 3. vers. sed*
12 *quod dixi Instit. de actionibus*, & melius *Iason num. 5. Surd. in tract. de alimentis tit. 1. quæst. 42. num. 125. & num. 133. Burat. decis. 159. num. 1. & 2. & ibi in additione Florentil. num. 13.* id etiam desumitur ex *textu in l. salubriter ext. de vsuris, & in l. in-fulam §. vsuras ff. solut. matrim. ex l. cum pol. §. in domum ff. de iure dotium*, & cum auctoritate quadraginta Doctorum probat nouissimè *Giurba in decis. Siciliæ 72. nu. 1.*
13 atte stans de *magis communi*, dicens id procedere, siue Dos à Patre filiæ fuerit promissæ, siue nepti, siue sit facta promissio cuiuis mulieri etiã extraneæ, nam æquitas id suadere compellit *Grattan. in discept. forens. cap. 241. in fine.* Hæc adieci pro veritate Saluo &c.

Sic Bonon. per Excellentiss. D. Auditorem Generalem iudicatum, & vltimo loco per Illustriss. D. Auditorem Cameræ Apostolicæ, & relaxatum mandatum, vt ex actis ser Petri Chiarelli.

CONTROVERSIA CXIV.

Pro Illust. D. Vlysse Turrono.

SVMMARIVM.

VSura, & simulatio contractus possunt probari coniecturis, & præsumpt. num. 1. Imò argumentis, nu. 2. Et duabus verisimilitudinibus, nu. 4. Et quando deficerent probationes, Iu-

dex

dex pro reperienda veritate potest deuenire ad torturam, nu. 3.

Vsura est malus peccatum, quod fieri possit, nu. 5.

Iudices debent esse prompti ad capiendos libros, & scripturas vsurarium, nu. 6.

Vendens ad tempus cariori pretio, præsumitur vsurarius, nu. 7.

Duo testes, quod publicè quis habeatur pro vsurario, & contra eum sit publica vox, & fama probant, nu. 8.

Etiam si sint singulares, dummodo alia accedant adminicula, nu. 9.

Vendentes merces ijs, qui non sunt similium mercium artifices, excepto vsu proprio, vsurarij præsumuntur, nu. 10.

Adsit Deus, & Virgo.

NOn potest controuerti, quin vsura, & simulatio contractus possint per coniecturas, & præsumptiones probari, cum id dicat *text. in l. dolum C. de dolo malo, & in c. ad nostram ext. de empt. & vendit.* & hoc, quia occultè solet committi, nec adhibentur testes, nec fiunt scripturæ veritatem continentes, quia alter alteri fidem non habet *Ias. in l. prætor ait num. 26. ff. de edendo Castr. cons. 109. num. 1. lib. 2.* dicens probari
1 per coniecturas etiam læues per *textum in l. si maritus §. fin. ff. qui, & à quibus. & in cons. 319. nu. 3. cod. lib. 2. Io. de Annan. cons. 49.* dicens semiplenam probationē sufficere propter fraudes inconuincibiles, & secretas machinationes, quæ ad palliandos similes contractus fiūt *Decian.* post *alios cons. 62. nu. 15. lib. 3.* dicens sufficere ar-
2 gumenta, & duas præsumptiones esse sufficientes affirmauerūt *Calcan. co s. 8. col. 8. Bertrand. cons. 111. in 1. parte vol. 3. Cassador. & aly*, de quibus per *Mascard. concl. 447.*
3 *num. 4.* & quando deficerent probationes, Iudex pro veritate reperienda poterit ad torturam deuenire *Peguera decis. 30. nu. 18.* & melius *Socin. sen. omninò videndus cons. 219. nu. 4. lib. 2. per tex. in c. grauis ext. de Depositis*, quamuis nulla præcedat diffamatio ob periculum animæ, vsurarij enim sunt soliti infinitis cauillis, & vergutijs secum contrahentes circumuenire, nè furtum, rapinaque, quam verè committunt, detegatur, non est ergo mirum, si omnes conueniant, vt probationes, quæ minimè admitterentur contra vsurarios, admittantur *Io. And. in c. ex litteris de iure Iur. Paul. de Eleazaris Ancar.* quos refert, & sequitur *Alex. cons. 54. vol. 6. nu. 3. Butr. post Host. in d. c. ad nostram de empt. & Vend. Paris. cons. 55. nu. 31.*
4 *lib. 1.* & duas verisimilitudines pariter sufficere voluerunt *Cravetta cons. 156. nu. 7. Ias. cons. 141. lib. 4. Io. de Platea, Rodulphus, Franc. Ripa, Angel. Cuman, Fulgos. Capol.* & alij, quos more solito doctissimè adducit *Tiraquel in tract. de retract. conuentionali in præfatione nu. 36. 37. & 38.* vbi quod probationes imperfectè conjunguntur, quæ alias non coniungerentur, & id procedit nedum ex occultatione, & alijs supra
5 expressis, verum, quia vsura reputatur maius peccatum, quod reperiatur *Io. And. in c. peccatum de reg. iur. in 6. Io. de Annan. in c. 1. in fin. de vsur. & Maranta in disput. 5. n.*
6 18. non est ergo mirum, si Iudices debent esse prompti ad capiendum libros, & scripturas, per *tex. in cap. vnico in clem. de vsuris in S. cæterum*, & hoc quia si sic non procederetur, vix stante clandestino tractatu conuinci possent, non igitur erit deneganda petita per D. Vlyssem Turronum librorum illorum de DD. NN. captio, quia contra eos extant nedū argumenta, sed plures præsumptiones, & coniecturæ
7 Primò constat, quod merces ad tempus cariori pretio vēdiderunt D. Alexandro

Lo-

Loiano tunc in ingenti necessitate, prout probatum fuit, eo quod post nonnullos dies decoctus à Ciuitate Bonon. aufugit, vt considerat *Calcan. cons. 26. col. 8. in fine, & Crauet. ead. cons. 156. nu. 13. Nauar. in tit. de empt. & vend. cons. 15. nu. 13. tom. 1.* dicens absolutè similem venditionem esse vsuræ peccatum.

Secundò, iam duo testes de posuerunt de publica voce, & fama, quod ijdem DD. de NN. exercere solent vsuras, quorum dicta, iunctis aliquibus adminiculis, plenam in hoc probationem faciunt, vt post *plures* dixit idem *Decian. d. cons. 62. num. 20. lib. 3.*

Nec facit, quod ijdem testes non reddiderint rationem eorum dicti, & sint singulares, quia (& si in facto esset verum) nihilominus probare in iudicio vsura, sustinuit id. *Decian. d. cons. 62. nu. 92.* & singularitas adminiculatiua non repellit dicta testium, quando agitur de his, quæ solent occultari, & in puncto si agatur de contractu in fraudem vsurarum *Castr. d. cons. 109. & cons. 143. lib. 2. Tiraquel. de retract. conuent. in præfat. nu. 38.*

Tertiò ijdem DD. N. & N. vendiderũt Siricum, Canabem, & similia in magna quantitate personis non exercentibus similium rerum traficationem, & si extet prohibitio in *Statuto Mercatorum Bonon. in rub. che il Giudice sia tenuto &c. S. & acciò, cum duob. seq.* ibi enim expresè legitur non debere, nec posse vendi merces alicui, qui non sit artifex similium artiũ, excepto tamen emptoris vsu proprio, accedat *Banninentum olim Emin. Card. Henrici Caetani* alias Bonon. de latere Legati, quæ *Statut. & Banna* iuri communi esse conformia, asserit *Bubal. in decis. 30. post cons. Farinatij lib. 1. nu. 4.* qui inter alias coniecturas hanc approbat præcisis verbis, considerata qualitas ipsius emptoris, qui non erat mercator, nec indigebat tanta pannorum quantitate.

Quartò probatur, quod post solutionem sibi factam, & tacita exequi tẽtarunt mandatum contra D. Ludouicum Vitalium absentem ad debitum solutum insolidum obligatum. Ex quibus &c. saluo &c.

CONTROVERSIA CXV.

Pro Nobilibus de Danesijs, cum Hæredibus D. Ioannis Torfanini.

SVMMARIVM.

Liquidæ portiones non possunt retineri, si remanent aliæ illiquidæ, nu. 1.

Ex coniunctione vocali fit locus iuri accrescendi, nu. 2.

Fideicommissum inducitur per verba denotantia tractum temporis in infinitum, nu. 3.

Portiones, quæ defecerunt antequam sint acquisitæ cæteris substitutis accrescunt, nu. 4.

Ex verbis vniuersalibus Testatoris videntur comprehensa bona, etiam alijs fideicommissis subiecta, nu. 5.

Quando res est pro parte Testatoris, & pro parte hæredis, censetur in dubio tota res legata, nu. 6.

Voluntas captatoria dicitur tribus modis,

dis, nu.7.

Caput, & fundamentum Testamenti est institutio, nu.8.

Aliud est, quod in secretum alterius Testatoris voluntas conferatur, & aliud est, quod conferatur, sub conditione non pendente ex secreto voluntatis alterius, nu.9.

Adsit Deus, & Virgo.

ON possunt retineri portiones debitæ, in quibus nulla cadit dubitatio, sub prætextu, quod multæ remaneant disputationes circa reliqua prætensa, cum tritum sit in iure non posse retineri id, quod est
1 liquidum, donec de reliquis fiat liquidatio *Benuentandus decis. Bonon. 90. in fine, &* post *Bald. cons. 152. lib. 3. Greg. XV. decil. 220. in fine Lancellot. decis. 155. post Zach. in tract. de oblig. Camer. nu. 3.* & impedientes liquidi solutionem, siue consulendo, siue non studendo, aut alio modo, peccare dicuntur, ex his, quæ habentur per *Nauar. in Manuali c. 17. nu. 131. & 132.* Et vt remoueantur omnes dubitationes, nō potest tergiuersari, quin DD. Danesij debeāt assequi partes DD. de Bologninis, & de Zanis, in quibus fuerunt substituti, cū in substitutione adsit coniunctio nedum realis, sed & verbalis, vt legitur in Testa-
2 mento, & si quælibet linea pro tertia parte sit substituta; Primò, quia partes corporaliter videri nequeunt, vt affirmant *omnes in l. re coniuncti ff. de leg. 3 vbi Bart. nu. 23. Peregr. post plures in tract. de fideicom. art. 9. nu.* 8. co magis in fideicommissarijs vniuersalibus *Bero. cons. 75. lib. 2.* per *tex. in l. unica C. de caduc. toll.* §. *vbi autem,* & in hoc nemo discordat, facit etiam *tex. in l. triplici ff. de verb. signif.* Secundò, quia
3 Testator vsus fuit verbo (substituo) & alijs verbis denotantibus tractum temporis in infinitum *Cranet. cons. 22. nu. 7. &* 8. *Rota decis. 579. nu. 10. & seq. p. 1. diuers.* Tertiò, quia adest nomen collectiuum, Descendentes, *Barz. decis. Bonon. 4. nu. 15. & seq.* in causa Nobilium de Felicinis. Quartò, quia semper fuit habita ratio Masculinitatis, *Intriglioli. de subst. tent. 3 quæst. 81. nu. 30.* Quinto, stante clausula codicillari *Cranet. d. cons. 22 nu. 8.* Sextò, cum adsit prohibitio alienationis *Mantica de coniect. lib. 10. tit. 3. nu. 17. & 21.* Septimò, quoniam portiones defecerunt antequam fuerint acquisitæ, & sic ante mortem D. Ioannis Torfanini vltimi ex vo-
4 catis de eius agnatione *Bart. in d. l. re coniuncti nu. 49. Crot. in* §. *ius accrescendi quæst. 15. nu. 2. & quæst. 16. nu. 8. &* 10. Nec facit, quod non disposuerit Dominos de Danesijs vocari de Torsaninis, prout disposuit de Zanis, quia nullibi reperitur cautum, quod ex hoc tollatur ius accrescendi in vniuersali institutione, & substitutione, prout & ipse hæredes instituit etiam secundo, & tertio genitos eorumdem DD. de Zanis, & DD. de Bologninis absq; simili grauamine sē vocandi de Torsaninis, maximè stante prædilectione, & prima vocatione facta de DD. Danesijs: Crederem etiam in fideicommisso à Iulio fauore DD. de Danesijs in-
5 stituto comprehendi ea bona, quæ alienis fideicommissis subiecta esse dicuntur, quod cessat illa disputatio, an testator voluerit comprehendere bona alienis fideicommissis subiecta, de qua habetur per *Ioannem Campegium, Vlpianum, Zanum, Antonium, Burgos, & Ioannem de Monteferrato* inter consilia *Grati cons 9. lib. 2. nu. 33.* quæ forsitan sustineri posset, stantibus illis verbis vniuersalibus ibi, in omnibus suis bonis, vt per *Ferretum cons. 119. nu. 12. vers. quia Testator locutus est per verba vniuersalia Alba Mandel. cons. 73. n. 6. &* 7. considerans inter alia, quod bona fideicom-

commissaria erant indiuisa, & confusa, cum bonis ipsius Testatoris licet ipse haberet aliquam partem ad se liberè spectantem, adeout si locutus fuerit de omnibus bonis, sit verisimile, quod senserit de omnibus, quæ tũc possidebat, & sic non est credẽdum, quod voluerit distinguere partes, quas si tunc voluisset distinguere nesciuisset *Corn. cons.* 84. *num.* 8. *vers. tamen quando res est pro parte ipsius Testatoris,*
6 *& propriæ heredis*, dicens censeri relictam totam rem, dum Testator non expressit pro iure suo tantum, & id ẽt comprobat ibi *vers. vnde ad propositum & cons.* 150. *num.* 12. *& 13. lib.* 3. *Pereg. de fideicom. art.* 33. *nu.* 5. & si sit factum Inuentarium bonorum hæreditariorum in quantum patiuntur vires hæreditariæ *nu.* 13. & in puncto *nu.* 24. *&* 28. quando Testator expressit bona, vt in casu nostro de Rubezano, idq; *Pereg.* affirmat ex *Petro Rebuff.* omninò viden. *in cons.* 174. *nu.* 9. dicens tali casu alterius portionem deberi. Cessat igitur illa disputatio, an Testator censeatur de suo tantum Iure disposuisse, stantibus illis verbis geminatis in integra, & vniuersa hæreditate, quæ diminutionem non patiuntur *Inomen debitoris §. fin. ff. de leg.* 3. *Barbos. de dictionib. dict.* 143. *nu.* 4. & quod cuidens demonstratio voluntatis Testatoris sufficiat absq; indiuiduali, expresè dixerunt *Borgn. ad vsufructũ nu.* 104. *Peregr. art.* 6. *nu.* 16. *Fusar. in tract. de fideicom. q.* 648. *nu.* 8. *& q.* 649. *vbi nu.* 17. declarat procedere regulam, quando Testator sciuit extare fideicommissum in bonis relictis, quod negari non potest in casu nostro, cum Iulius in communione, cum M. Antonio steterit, & in diuisione de fideicommisso facta fuerit mentio, & pariter in substitutione, vt *ibi* aduertit *Fusar. nu.* 25. Additis verbis Testatoris, ante institutionem, vbi adiecit illa verba, rebus, & bonis quibuscumq; præsentibus, & futuris, & expressit res, & palatium Rubizani licet Dominus esset pro dimidia, prout & domus Galeriæ, & sicut Testator se declarauit nolle præiudicare D. Ioanni in bonis S. Nicolai de Vilula, sic etiam fi voluisset de cæteris bonis expressisset, & idcircò *Peregr. Fusar. & alij* in locis allegatis tenent bona hæredi debita etiam ex fideicommisso in hæreditate esse comprehensa. Addo *Merzar.* qui plures allegat *in Epitome de fideicom. p.* 2. *q.* 4. *nu.* 14. *vers. sed in contrarium*, & cessare omne scrupulum, in casu nostro, ex quo bonorum ipsorum facta est in Testamento expressa mentio *Petr. de fideicom. q.* 8. *nu.* 279. *Fusar. de fideicom. q.* 648. *nu.*
9 Quare videtur dicendum Hæredes Ioãnis iunioris non posse se opponere, cum ipsemet obseruare talem dispositionem teneretur *Alciat. cons.* 611. *num.* 1. *Menoch. cons.* 89. *nu.* 62. *& seq.* eò magis cum fructus ex d. hæreditate longè excedentes receperit *Socin. iun. cons.* 57. *num.* 19. *lib.* 3. An autem voluntas Marci Antonij possit
7 dici captatoria, eo quod eius voluntatem in casu deficientiæ Agnatorum remiserit in Iulium. Respondetur voluntatem captatoriam tribus modis declarari, vt *per Craf. in §. insititutio nu.* 2. Inter quos modos legitur, vt præsenditur, noster, scilicet, quando dispositio confertur in voluntatem alterius *Rota decis.* 350. *num.* 4. *& per totam p.* 6. *diuers.* & ratio est, quia non licet, vt Testamentorum Iura ab alieno arbitrio pendeant *l. illa institutio ff. de hared. instit.* Id tamen *ex textu* videtur declarari de prima institutione, non autem, quando agitur de substitutione, & hoc,
8 quia in institutione consistit caput, & fundamentum Testamenti, vt in eadem *l. illa institutio* aduertit *Cuman.* in *princ.* dicens *nu.* 2. d. legem non operari in legatis, & fideicommissis, & ratio legis est, quia in institutione deficeret materia, & forma, *Imola* etiam ibi aduertit propè *num.* 3. nam institutio per Testatorem explicari debet, vt ibi *nu.* 4. & affirmant omnes d. legem commentantes, non .n. loquuntur de his, in quibus non cadit eadem ratio, vt affirmat *Bald.* in principio,
9 aliud .n. est, quod in secretum alterius testatoris voluntas conferatur, & aliud est,

quod conferatur, sub conditione non pendente ex secreto voluntatis alterius, vt *ibi nu.1. Angel.* aduertit, quod in casu nostro non potest considerari, quia aliud est, quod hæredis electio sit remissa in alterius libera voluntate, & aliud est, quod sit remissa in eius arbitrio, secundum conscientiam, & discretionem, quo casu non dicitur voluntas collata in alterius volũtate *l.cum quidam, & l.vnum ex familia ff.de leg.2.Bertrand. cons.222.nu.3.lib.6.Berous cons.23.nu.29 & in prima addit. n.31. & in secunda addit. nu.39.lib.2.* vbi multas rationes allegat *Ruin.* post plures *cons.19.nu.5.lib.2.vbi nu.7.* & ipse demonstrat aliud esse in alterius voluntate ponere substantiam dispositionis, vel electionem, & nouissimè *Duran.* post suas decisiones *in tract.de condit.& modis impossibilibus, ac iure prohibitis 3.p.c.4.n.27.* dicẽs in hæredis arbitrio poni posse, & aliud est committere declarationem, vt per eum, & sic crederem omnia bona per Iulium relicta Nobilibus DD. de Danesijs deberi ex substitutione per eum facta. Saluo saniori iudicio.

CONTROVERSIA CXVI.

Pro Illustriss. D.Co. Ioanne de Pepulis.

SVMMARIVM.

Filij spurij non possunt hæredes instituj, nu.1.

Nec sunt Deo amabiles, nec minus hominibus honorabiles, nec in bello fortes, nu.2.

Et quoad leges dicuntur infames saltem infamia facti, nu.3.

Nullaq; cautela dari potest, vt spurius à Patre instituatur, nu.4.

Dispensatio dicitur, quando legitimantur nati ex illis, inter quos matrimonium esse non poterat, nu.5.

Et per talem dispensationem spurij non desinunt esse spurij, nu.6.

Nec fieri possunt sine iusta causa, & agnatorum, & interesse prætendentium citatione, nu.7.& 11.

Et talis dispensatio ad Principem spectat, nu.8.

Et Diuus Bernardus appellauit eam nõ dispensationẽ, sed dissipationem, n.9.

Et à solo Papa, & non ab Imperatore est facienda, nu.10.

Co. Palatinus non potest tollere spem, quam habet substitutus, cum sit probabilis, nu.12.

Spurio non competit benef. l. fin. C. de edicto Diui Adriani tollendo, n.13.

Sed substituto, nu.14.

Porrectio libelli est tantæ efficaciæ, vt per partes remitti non possit, nu.15.

Abbas non potest reconualidare acta per vnum non vocato alio socio, & eo non nominato, nu.16.

Nec potest ius alterius tollere, nu.17.

Legatus etiam de latere non potest violare ius commune, nu.18.

Pactum de succedendo est in iure prohibitum, nu.19.

Vel dicto quid operetur, nu.20.

Ad-

Adsit Deus, & Virgo.



Er mortem Illustriſs. D. Co. Galeatij de Pepulis Illustriſs. D. Co. Io. de Pepulis eſt immittendus in poſſeſſionem bonorum Emphiteoticorum relict. per olim Illustriſs. D. Marchionem Vgonem de Pepulis d. D. Co. Galeatj Patrem, quantum eſt pro dimidia ad formam Teſtamenti d. Illustriſs. D. Marchionis Vgonis, & ſi dicatur d. Co. Galeatium ſpurios filios in Teſtamento ab eo inſtitutos reliquiſſe. Reſpondetur, quod hæredes à Co.

1 Galeatio inſtitui non potuerunt *tex.* eſt in *auth. quibus modis naturales effictan. S. pen.* ibi, *qui ex prohibitis nuptijs proceduntj, neq; naturales vocari, neq; participanda eis vlla Clementia eſt*, & ibi, *nec quicquam peccatrucis concupiſcentiæ eorum habebunt filij. Ang. q. ibi num.* 12. dixit notandum eſſe, quod filius ſpurius nullo modo Patri ſuccedere poteſt *tex.* etiam eſt *in auth. ex amplexu, C. de inutilibus, & inceſtis nuptijs*, ibi, *ex complexu nephario, aut inceſto, ſeu damnato libers, nec naturales ſunt nominandi, & omnis paternæ ſubſtantiæ ſunt indigni*, ibiq; *Bald. & cateri* eſt etiam *tex. in auth. licet C. de naturalibus liberis*, ibi, *qui ex damnato coitu ſunt, omni prorſus beneficio ſecludantur, glol. eſt in S. nouiſſimè in verbo admitti inſt. ad Orficianũ* notatur *etiam in c. per venerabilem* in fine *ex. qui filij ſint legitimi Rot. decif. 443. nu. 1 p. 1. diuerſ. verſ. nec obſtat Ruin. conſ. 180. nu. 16. lib. 2. Barth. Cepola conſ. ciuili 41. nu. 16. lib. 2.* dicens, quod ſpurij non ſolum Patri, & Matri, ſed & alijs per lineam Paternam, & Maternam ſuccedere non poſſunt, imò nec ex ſpurijs deſcendentes, eſt. n. filius ſpurius Patri incognitus, nec quoad effectus ciuiles, & ius ſuccedendi dicitur filius, nec pro tali nominandus *Bero. queſt. ſam. 90. num. 11. Rimin. iun. conſ.* 568. *nu.* 60. & cum ſpurij naſcantur ex peccato, non ſunt Deo amabiles, nec hominibus

2 honorabiles, nec in bello fortes, nec in fide ſtabiles *tex. eſt in c. ſi gens Anglorum diſt.* 56. eos. n. totus mundus abhorret, & deteſtatur *Laurent. de Pinu conſ.* 56. *nu.* 23. vti et-

3 iam turpes perſonæ dicuntur infames, ſaltem infamia facti *Azo. in ſumma C. ex quibus cauſis infamia irrogetur Grat. conſ.* 6. *nu.* 3. *lib.* 2. *Roland. conſ.* 74. *nu.* 30 *lib.* 1. *Ruin. conſ.* 161. *nu.* 23. *lib.* 2. & ſic ſpurij à Parentibus non poſſunt hæredes inſtitui, minuſq; eis aliquid relinqui etiam iure diuino inſpecto, ita poſt plures *textus* affirmauit *Natta conſ.* 420. *num.* 30. nam propter agentis turpitudinem dicitur actus reprobatus, & vti talis actui de iure diuino prohibito æquiparatus per *tex. in c. ex parte ext. de conſuetud. ibiq;*

4 *idem Natta nu.* 42. dixit nullam dari poſſe cautelam, vt ſpurius à Patre inſtituatur, idq; eo magis comprobauit idem *Natta conſ.* 619. *nu.* 15. dicens, & ibi filio ſpurio Patris hæreditatem non deberi, nedum humano iure, ſed etiam ex diuino, & poſt *Federic. de Senis, & alios* id affirmauit *Manentes conſ.* 138. *num.* 26. Imò ſtatutum in contrarium non valeret, vt dixit *Natta loco quo ſupra Barz. in conſ vnico poſt Decif. Bonon. nu.* 70.

5 Nec dicatur filios fuiſſe diſpenſatos, nam propriè diſpenſatio dicitur, quando legitimantur nati ex illis, inter quos matrimonium eſſe non poterat lege diuina prohibente, & hoc, quia cum matrimonij veritas inter eos eſſe non potuerit, ita nec etiam illius imago fingi poteſt *l. 1. C. de lat. liberis tollen.* ita *Canonista in d. c. per venerabilem Colleg. Bonon. Bald. & alij prout refert Caſtr. conſ.* 30. *nn.* 4. *verſ. ita incertum eſt lib.* 1. *Dec. conſ.* 338. *nu.* 3. *& conſ.* 579. *nu.* 1. *Barbat. conſ.* 58. *nu.* 6. *lib.* 2. *Gozad. conſ.* 85. *nu.* 6. *Bero. conſ.* 176. *nu.* 41. *lib.* 2. *Surd. plena manu conſ.* 552. *nu.* 28. *Fuſar. poſt alios q.* 408. *nu.* 32. *Ghertinzon. conſ.*

6 103. *nn.* 6. Nec ex diſpenſatione deſinunt eſſe ſpurij, ita poſt *Caſtr.* dixit *Ruin. conſ.* 70. *nu.* 3. *lib.* 3. *Gabr. conſ.* 30. *nu.* 2. *lib.* 2. taliſq; diſpenſatio ſemper odioſa dicitur, & ſtricta eſt ſemper intelligenda *Grat. conſ.* 158. *num.* 17. *lib.* 1. *Ripa in obſeruat. obſer.* 80. *Honded.*

conſ.33.nu.23.lib.2.Mantua conſ.121.num.36.Pariſ.conſ.137.nu. 2.lib.4.Rimin.iun. conſ.478.nu.4.Roland.conſ.61.nu.16.lib.1.Surd.conſ.245.num.10.& conſ 453.num.4. Euerard.conſ.195 nu.9.Bero.d.conſ.176.nu.43.lib.2.Ghirlenzon. loco quo ſupra; Similiſq; diſpenſatio non potuit fieri ſine iuſta cauſa, & ſine agnatorum, & intereſſe prætendentium Citatione, minuſq; Comiti Palatino illam facere licuit, cum id ad Principem,
7 & non ad inferiorem ſpectet *text.eſt in c. miſi rigor 1. q 7.* & ibi, *gloſ. ordin.* & poſt *Butr.*
8 *Iac.de Zochis* dixit *Cepol.in conſ.ciuili 68.nu.14.* dicens, notandum eſſe, quia ex hoc multæ legitimationes deſtruuntur, & *nu.15.* cum *Duo Bernardo* dixit, quod alio modo non dicitur diſpenſatio, ſed diſſipatio *Cruuet.conſ.135.num.44.* Moneos Principes, ne tam
9 ſint faciles ad diſpenſandum, vt poſtulantium tædia euitent, imò idem *Ber. conſ. prædicto 176.nu.40. 42.* & 43. dixit, quod talis legitimatio illius, qui natus eſt ex ijs, inter quos matrimonium eſſe non poterat à ſolo Papa, & non ab Imperatore eſt facienda, &
10 *in conſ.172.nn.27.& 30.eod. vol.2.* dixit in tali diſpenſatione requiri nedũ citationem, ſed & cauſæ cognitionem alias vocari diſſipationem *Giouign.conſ.21.lib. 1.num.84. Trentacinq.de legitimat.reſolut.2.num.22.lib.1.Surd.d.conſ.552.num.3.* etiam quod in priuilegio diſpenſantis extet clauſula, citatis, vel non citatis agnatis *Peregr.deciſ.Patau. 10.nu.12.* ſuſtinens tali caſu in Co.Palatino non præſumi iuſtam cauſam.

Nec dicatur, quod Pater potuerit obtinere legitimationem, ſeu diſpenſationem filiorum non citatis agnatis ex *Bart.in l.Gallus § quid ſi tantum ff. de liber. & poſth.* nam id procedit, quando Pater de bonis ſuis poteſt diſponere, ſecus autem ſi in illis alij ſint vocati,
11 quia ſemper eorum requiritur citatio *Curtius ſen. conſ.85. num.29. circa medium* dans exemplum in Rege decedente ſine filijs conſuetudine ſucceſſione deferente ad conſanguineos, quia filius legitimatus, non citatis conſanguineis, in Regno ſuccedere non poterit *Ant. Roſcel. in tract. de legitimatione in tit. de cauſa formali legitimationis num.4. Mart.Laudenſis in tract. pariter de legitimat nu.120. & ſeq.* vbi de veriori *Lud. Sardus in tract. de nat. liber. ac ſucceſſione eorum in rub. requiſitain legitimatione impetranda 8. quæſt. Honded.de Communi conſ.64.nu.23 & ſeq.lib.1.*

Erat enim in caſu noſtro neceſſe, vt diſpoſitionis Teſtamentariæ D. March. Vgonis mentio fieret, quia ſimiles ſpurios expreſsè excludit *Alex.conſ. 67.propè finem lib.1. Aret. conſ.*
12 *166.ante finem.* dicens Co.Palatinum non poſſe tollere ſpem, quam habet ſubſtitutus, cum ſit probabilis *Neuizan.conſ.99.nu 16.Surd.d.conſ.552.num.29. Honded.conſ.64.* omninò videndus *nu.33.lib.1.Gratian.in diſcept.cap.496.nu.5.& nu.66.Manica de coniect.lib.11.tit.11.nu.14.verſ.ſed contrarium.*

Hac igitur ſtante incapacitate ſpuriorum excluſorum à beneficio *l.fin.C.de edict. Diui Adr.*
13 *tollen.* vt doctiſſimè etiam comprobat *Laderch.conſ.122.nu.3.* non obſtante quacunq; legitimatione, & *Argel. de legit. contradictore q.2.art.9.nu.230.* etiam ſi ſtatutum continuet poſſeſſionem in hæredem, non poteſt denegari immiſſio in bonis d. olim D. Marchionis Vgonis D.Co.Ioanni pro dimidia *Thob.Non.conſ.28.nu.17.Surd.conſ.250. nu. 13.& 14.Manent. conſ.146.nu.24.* eo maximè, cum adſit reciproca inter eoſdem olim Co. Galeatium, Co. Ioannem, & Co. Vgonem Ioſeph *l.Lucius* vbi *Bart.* & alij *ff. de vulgar.& pupill.l.2.C. de impub. & aliis ſubſtit. Argel. loco quo ſupra*; & ſibi dandam eſſe
14 immiſſionem, dixit etiam *Sacra Rota poſt Zucchard. Menoch. & alios penes Canaler. deciſ. 167.nu.3.Burat.deciſ.257. nu.7.* & penes *Duran.deciſ.146.lib.1.nu. 5.* vbi dixit immiſſionem concedi debere, ac ſi eſſet primus inſtitutus, ſat enim eſt, vt Co. Ioannes hodie dicat ſe Marchionis Vgonis hæredem pro ſua parte, in qua Co. Galeatium grauauit, *Doctores omnes*, inter quos *Iacobin.de Sancto Georgio in d.l.fin.C.de edict. Diui Adr.tollen. nu. 18.* & ea, quæ hodie proponuntur pro parte D.Co. Vgonis Ioſeph non impediunt, nec ſunt præſentis ſpeculationis.

Primò,

Primò, venit requiritur libellus, cuius porrectio est tantæ efficaciæ, vt per partes remitti
15 non possit, *not. in c. de causis in glos. 2. & ibi per Doctores extra de officio deleg. & in Clem. 1. de verb. signif. spec. in tit. de prolatione sententiæ S. iusta versi. quid de partium*, & abundè *Bart. & DD. in auth offeratur C. de litis contestatione*, & idcircò maxima prudentia Illustriss. D. A. Generalis decreuit libelli dandam esse D. Co. Ioannicopiam.

Et illa approbatio, seu actorum reconualidatio facta per Eminentiss. D. Legatum, etiam
16 vti Nonantulanæ Ecclesiæ Abbatem, nihil in hoc operatur, ibi. n. minimè citatus, vocatus, nec nominatus Co. Ioannes, nec aliquod verbum de immissione per eum petita, si enim rectè legatur, ibi Eminentiss. solum reconualidat acta coram Illustriss. Nardino, ne dubitari contingeret de iurisdictione, cum sit Iudex laicus, & agatur de bonis Emphiteoticis Ecclesiæ, non enim intellexit velle, vt absq; libello, & terminis substantia-
17 libus, cum Co. Ioanne procederetur, nec id facere sibi esset de Iure concessum, cum Ius alterius, Legatus etiam de latere tollere non possit *Federic. de Senis cons.* 200. omnia. n.
18 tendentia ad violationem Iuris Legato etiam de latere sunt prohibita *spec. in tit. de leg. in §. super est in 2. col. Alex. cons.* 17. *nu.* 14. *lib.* 4. *Rota decis.* 490. *p.* 1. *in recent. nu.* 7.

Et quando erit tempus demonstrabitur, quod Instrumenta producta pro parte d. D. Co. Vgonis Iosephi patiuntur multas difficultates, cum sint concepta per viam pacti de succedendo, quod est prohibitum in Iure, & contra bonos mores *l. licet, & l. pactum, quod*
19 *dotale C. de pactis l. ex eo C. de inutilibus stipulationibus*, ibi *ex eo Instrumento nullam vos habere actionem, in quo contra bonos mores de successione futura interposita fuit stipulatio, manifestum est, cum omnia, quæ contra bonos mores, vel in pactum, vel in stipulationem deducuntur nullius sint momenti*, & ratio est, quia sunt inuenti certi modi succedendi de Iure tantum, videlicet Iure sanguinis ab intestato per *l. duodecim tab.* vel per edicta, vel Iure solemnis vltimæ voluntatis, vt dicit *Bart. cons.* 212. & si extet iuramentum.

Secundò, non possunt sustineri; vti Donationes inter viuos, cum mentio sit mortis, & in dubio inter viuos non præsumantur *l. cum de indebito ff. de probat. Mantica de tacitis, & ambiguis lib.* 13. *tit.* 5. *nu.* 12. & sic causa mortis D. Marchio potuit illas reuocare *Cenalos in Communibus contra Communes q.* 774.

Tertiò, in dictis Instrumentis sunt comprehensa bona tunc præsentia, nec, quæ fuerint, apparet.

Quartò, Illustriss. D. Co. Ricciardus prædecessit Illustriss. D. Marchioni Vgoni, vnde facilimè potest dici expiratum pactum de succedendo, stantibus illis verbis, dimisit, & relaxauit alteri, sic superuiuenti, vel alterius prædefuncti filijs, & sic Co. Ricciardus dimisit D. Marchioni Vgoni, tunc viuenti, quod sat fuit, stante alternatiua, *vel*, & sufficit alte-
20 ram partem esse verificatam *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 83. *n.* 66. *Barbos. de Dictionibus dict.* 360. *nu.* 3.

Plura, & plura alia poterunt dici, & probari, cum & quando iudicium super dd. Instrumentis ventilabitur. Et hæc pro nunc saluo, saniori iudicio.

CONTROVERSIA CXVII.

Pro eodem Illustriss. D. Co. Io. de Pepulis.

SVMMARIVM.

EX constituto transfertur possessio Ciuilis, & naturalis, *nu.* 1.

Et conceditur manutentio, *nu.* 2.

Et in eo extenso Bonum continetur clausula

suia ex nunc, prout ex tunc, num. 3.
Et datur auctoritas apprehendendi bona propria auctoritate, num. 4. 11. & 19.
Etiam ad præiudicium tertij possessoris, num. 5.
Constitutum suspendi, & differri potest, num. 6.
Constitutum operatur reiectis detractionibus, quæ petitorium respiciunt, nu. 7.
Vna pars dispositionis declaratur per sequentia verba, nu. 8.
Contrarietas semper est euitanda, nu. 9.
Sat est restitutionem in integrum obtinere ante quadriennium, post vigesimum quintum annum expletum, num. 10.
Probibitio alienationis sufficit ad inducendum fideicommissum, etiam in casu mortis, nu. 12.
Maximè si sit realis, nu. 13.
Quid operetur dictio (vltra) nu. 14.
Spurij nō possunt hæredes instituj, n. 15
Legitimatio filiorum esse non potest, si sint nati ex eis, inter quos non potest esse matrimonium, nu. 16.
Dispensatio requirit citationem Agnatorum, Cognatorum, & aliorum interesse habentium, nu. 17.
Nec potest fieri, nisi per Principē, n. 18.

Adsit Deus, & Virgo.

EX pluribus manutentio est concedenda Illustriss. D. Co. Ioanni de Pepulis de bonis olim Illustriss. D. Co. Francisci de Pepulis nedum ex constituto, & precario, de quo in donatione facta de anno 1587. vbi substituti sunt descendentes ex legitimo matrimonio olim Illustriss. D. Co. Iacobi alterius ex donatibus, & vbi donantes constituerunt se possidere nominibus descendentium, quo fit, vt translata sit possessio ciuilis, & naturalis *l. quod meo ff. de acquir. possess. Tiraquel. de iure constituti possess. p. 1. nu. 2. & 4. decis. 549. nu. 1. p. 1. diuersorum* in causa Bonon de Pepulis *Ferentil. qui plures allegat ad Burattum decis. 145. in littera A.* dicens ex tali constituto dari manutentionem, vt aduertit idem *Burat. decis. 179. nu. 2.* dicens in tali constituto Bonon. extenso contineri clausulam ex nunc, prout ex tunc *Laur. de pinu. cons. 99. nu. 3.* & idcircò satis clarum apparet ex constituto, & precario extenso in fine Statutorum nostrorum criminalium concedi facultatem apprehendēdi bona propria auctoritate, & non posset controuerti, quin si in Instrumento extet constitutū, & precarium, possit exequi etiam contra tertium non citatum, vt aduertit *Monter. ibi in rub.* pactum precarij in vers. alterius, & probatur ex *decis. Eminentiss. Prioris Pamphily 31. nu. 7. post Zachiam de obligat. Camerali, Gratus loquens de dicto Stat. cons. 37. num. 2. lib. 1. Peregr. in tract. de fideicom. art. 51. nu. 79.* & idcircò non poterit obijci, ne ipse D. Com. Ioannes sit legitimus contradictor aduersus hæredes scriptos in testamento Co. Francisci *ad tradita per Oddum cons. 22. nn. 5.* & cum prius possederit per constitutum est præferendus secundo, etiam habenti actualem possessionem *Barbos. de clausulis claus. 14. nn. 5.*

Secundò, dictus Co. Ioannes immissionem obtinuit in vim eiusdem donationis, cuius vigore concedi potuit substituto in ea etiam ad præiuditium tertij possessoris *Ita post Specular. & Decium sustinuit Cranet. cons. 19. nu. 9.* dicens id procedere etiam si non sit facta stipulatio, *Ofsi. decis. 85. nu. 8.* asserens, quod si stipulatio, & acceptatio notarij interuenerit ius substituto acquisitum est irreuocabile *Peregr. de fideicom. art. 1. nu. 16.*

nu.16.& art.31.nu.17. eo quod donatio habeat speciale priuilegium *Fusar.de fideicom.subst.q.287.nu.1.*& id tanto magis procedit cum possessio vt imbi supponitur esset tempore apprehensionis vacans. 11

Nec facit, quod vt asseritur d. Co. Ioannes renunciauerit constituto, & precario in Instrumento transactionis cum Co. Francisco, dum confessus bona fideicommissi non incre- ad dictum Comitem Franciscum, nam stante reseruatione primauorum Iurium in ca- 6 su mortis eiusdem Comitem Francisci absq; filijs Capacibus dicitur non simpliciter, sed temporaliter fuisse suspensum illius vsum, & exercitium vsque ad obitum illius absq; filijs Capacibus, quod suspendi, & deferri potest, prout demonstrauit. Excellentiss. D. Pontus in suo responso *ex Marta in tract. decis. claus. 2. num. 2. & 4. & decisionibus allegatis* post *Post. in tract. de manutenendo*, & ratio est, quia constitutum operatur, vt tempus futurum inesse videatur præsenti, & actus sumere se possit In tium ex quocumque tempore *Idem Burat. post Mal. visam cons. 99. & post plures d. decis. 179. nu. 9. Negus. de Pign. membr. 2. p. 2. nu. 5. Sard. resp. 31. nu. 3.* Quare manutentio Co. Ioanni est concedenda non obstantibus præcensis detractionibus, 7 quæ petitorium respiciunt *ad tradita per Decian in cons. 463. nu. 13. Afflict. decis. 119. nu. 7. Seraphin. decis. 971 in fin. alibi verbis*, & *in causa Bonon. de Bolognino legitur decisum coram Eminentiss. Virespso de anno 1619. vt in decis. 156. post Post. in tract. de manutenendo nu. 10.* 11

Tolliturq; omnis dubitatio in verbis illis transactionis, *che si habbia per espressa ogni perfetta delle sue ragioni delli fideicommissi, & empheuseì* &c. *Et quello solamente contra terzi, & non mai contro il Co. Francisco suoi heredi, & successori* ex subsequenti declaratione per transigentes facta, quod in casu mortis Co. Francisci absq; filijs capacibus 12 Co. Ioanni iura primæua fideicommissi &c. sint reseruata in tantum, vt superiora verba debuerint intelligi de heredibus, & successoribus in posteriori parte instrumenti 8 declaratis. Notan. est regula, quod vna pars dispositionis recipit declarationem per sequentia *l. 6 Seruus plurium §. fin. ff. de leg. 1. Cranet. cons. 297. nu. 5 Parl. cons. 110. nu. 17. vbi Angel. & plures tex. allegat, & nu. 34. lib. 3.* & semper in omnibus est facienda interpretatio vt contrarietas euitetur *Alex. cons. 141. lib. 2.* quem refert, & sequitur 9 *Dec. in l. vbi repugnantia ff. de reg. iuris* in fine, & quod talia præcedentia verba debeãt limitari, & restringi à verbis inferius adiectis post alios *dixit Rot. loquens in donatione decis. 194. nu. 9. & seq. lib. 5. diuers.*

Addamus nihil operari talem transactionem, cum D. Co. Ioannes intra quadriennium 41 à die quo fuit factus maior perierit, & obtinuerit restitutionem in integrum, nam *verba tex. sunt, clarum l. fin. C. de temporibus, in integrum restitutionis*, vbi incipit currere, 10 ex quo vigesimi sexti anni dies illuxerit, & *ibi notant DD. Odd. post Vestrium in tract. de restit. integrum p. 1. q. 20. art. 1. nu. 1. Rot. decis. 11. nu. 7. p. 5. diuers. Burat. decis. 75. nu. 22.*

Tertiò, ex instrumento emancipationis factæ per d. Illustriss. D. Co. Iacobum de Pepulis Illustriss. DD. Co. Ianni patri eiusdem Illustriss. D. Co. Ioannis Posthumi, & Hippolyto suis filijs constat auctorizante Perilluſt. & Excellentiss. D. Prætore Bononiæ assignasse eisdem emancipatis pro se, & eorum filijs legitimis, & naturalibus citra- prætuditium iurium fideicommissorum quorumcunq; & cuiuscumq; successionis sibi 12 debitæ, vel debendæ tam in vim contractus, quàm ex Testamento. Patrem Palatij Bononiæ, & quattuor possessiones bebulchatũ sexcentarum, & sex in communi Crepalcorij in loco detto Prachiosso, & alia bona, vt in instrumẽto iurato roborato, adeò vt Co. Iacobus de dd. bonis filijs natis, ex legitimo matrimonio assignatis amplius disponere non posset ad fauorem d. Co. Francisci Spurij, & hæc vti propria Co. Ioannes

etiam

11 etiam ex persona Co. Hippolyti potuit capere, maximè extante clausula ad habendum, & alijs dominij translatiuis *Barbos. de clausul. clausul. 3. nu. 3.* addito constituto, & precario, de quo supra, accedente expressa conuentione, vt in familia conseruentur integrè, & absq; diminutione, citra præiudicium aliorum fideicommissorum, vt supra fauore ipsorum, & eorum filiorum, & descendentium masculorum ex legitimo matrimonio natorum, cum reciproca, & perpetua inter dictos filios, & descendentes substitutione, immo ex eodem Instrumento constat d. D. Co. Iacobum non potuisse de bonis sibi restantibus testari. Pactum enim est clarum, ibi, *hac tamenn adiectâ declaratione, quod liceat, & licitum sit supradicto Illustriss. D. Co. Iacobo inter viuos de alijs bonis sibi restantibus alienare, & disthahere tot de alijs bonis remanentibus, quot ascendant ad scuta quattuor mille & non vltra, erogan. in satisfactionem aris alienat., & non vltra*, ex tali enim prohibitione alienandi, nisi pro dicta summa, inducitur fideicommissum fauore dd. filiorum, & descendentium, maximè cum alienatio Co. Iacobi fuerit voluntaria, in tantum, vt statim potuerint filij emancipati, & alij descendentes illa capere *l. cum pater §. libertis ff. de leg. 2.* multos *allegat Hier. Zanchin l. hæredes mei §. cum ita nu. 406. ff. ad Trebel.* Immo tali casu rem licere propria auctoritate capi post *Rald. Roman. Iason. Crauet. & alios dixit Simon de Praets in lib. 3. de interpret. vlt. volum. so-*
12 *lut. 10. fol. 283.* & sufficere, vt ei sit prohibitum disponere ad inducendum fideicommissum etiam in casu mortis *Fusar. post alios in tract. de fideicom. alienationis prohibitione q. 688. nu. 60.* nec dicatur non esse causam prohibitionis expressam, nam in contractibus prohibitio sine causa sustinetur ex solo contrahentium beneplacito *l. si ita quis §. ea lege ff. de verb. oblig. l. ea lege C. de condit. ob causam Odd. de fideicom. q. 2. n. 13.*
13 & eo magis, quia prohibitio est realis, cum exprimantur bona remanentia, vt ibi *idem Odd. aduertit nu. 9.* talis enim permissio alienandi vsque ad dictam summam inducit prohibitionem vltra dictam summam scut. 4. mill. *Greg. XV. decis. 567. nu. 1. Surd. decis. 291. nu. 20.* & facit id, quod dicitur, vt inclusio vnius sit exclusio alterius, vt ibi *Surd. adnotauit*, & permittere eius est, cuius & prohibere *l. 3. ff. de re iudicata, & ibi Doct. per tex. in l. nihil tam naturale ff. de reg. iur.* ex tali permissione alienationis vsque ad dictam summam à contrario sensu inducitur prohibitio alienationis cæterorum, & omnium aliorum d. D. Co. Iacobi bonorum *Euerard. in loco à contrario sensu nu. 25. Mantica de tacitis, & ambig. lib. 11. tit. 21. nu. 12. idem Odd. in quæst. 15. nu. 9.* & hoc propter extremum, quod patitur inclusionem *Bald. in c. expositi de aliat. nu. 2.*
14 facit etiam illa dictio, non vltra, *c. nonnulli, & ibi Doct. extra de rescript. l. fin. C. de modo multitarum l. si ita legatum ff. de leg. 1. Manent. decis 4. nu. 17.* & cum talis dictio (non vltra) sit restrictiua, & taxatiua, excludit omnes casus præter expressos *l. qui in aliena §. libertos ff. de neg. gest. & multos adducit Surd. d. decis. 291. num. 19. Card. in Clem. 2. de Magistris*, loquens, quando quantitas, vel numerus limitatur, vt in casu nostro, & prout etiam refert *Bertach. in repertorio in verbo vltra*, & sic quando dictio vltra habet negatiuam in se, vt in casu nostro, semper stet limitatiuæ in terminis, post plures *tex. & DD. Parisi. cons. 68. num. 29. lib. 3. Alberic. in dictionario in verbo vltra*, vnde ex hoc non videtur DD. Hæredes immissioni petitæ contradicere posse, facit etiam, quia nedum Co. Franciscus mortuus, sed & Sorores erant spuriæ ex parenti-
15 bus, qui tempore conceptionis non poterant inter se contrahere matrimoniũ, adeoque nec à Patre potuerint institui *Rot. decis. 443. nu. 1. p. 1. diuers. & penes Mantic. decis. 83. per totam, & decis 96. nu. 5.*

Nec dicatur potuisse legitimari per Illustriss. DD. Co. de Campegijs, quia non datur
16 legitimatio, quando agitur de filijs eorum, inter quos matrimoniũ esse non poterat, cum nec matrimonij imago fingi possit *l. 1. C. de latina libert. toll. Canonistæ omnes in*

c. per

c. per Venerab. extra, qui filij sint legitimi Cuſtr. conſ. 30. nu. 4. verſ. ita incertum eſt lib. 1. dicentes tali caſu debere dictos ſpurios diſpenſari Dec. conſ. 338. nu. 3. & conſ. 579. nu. 2. Bero. conſ. 176. nu. 41. lib. 2. Surd. plena manu conſ. 552 nu. 28.

Taliſq; diſpenſatio, & ſi facta eſſet minimè prodeſſe poſſet non citatis Agnatis, & intereſſe prætendentibus *Pariſ. & alij, quos ſequitur, & refert Caphal. conſ. 285. num. 14.*

17 18 *Minuſque fieri potuiſſet per Co. Palatinum, cum id ad Principem, & non ad inferiorem ſpectet tex. eſt in c. niſi rigor p. q. 7. & ibi glo. ord. & poſt Butr. Iacob. de Zochis, & alios dixit Cepol. omninò videndus in conſ. ciuil. 66. nu. 14. dicens, quod etiam requiritur cauſa iuſta diſpenſandi alias ſecundum Diuũ Bernardum dict. non diſpenſationem, ſed diſſipationem,* & dixit eſſe notandũ, quia multæ legitimationes ſupraſcriptis non ſeruatis deſtruuntur *Cruet. conſ. 135. nu. 44.* monens Principes, ne ſint tam faciles aã diſpenſandum, dato etiam, quod Co. Palatinus habeat priuilegium legitimandi, cũm clauſula citatis, vel non citatis Agnatis *Peregr. deciſ. Pataui 10. nu. 12. & dixi in Co. Palatino non præſumi ſuſtam cauſam Lup. de illegitimè nat. rell. comment. 3. §. 5. num. 30. vſque ad 33. & idem Cepol. d. conſ. 66. nu. 19.* ſuſtinet nullo modo potuiſſe legitimari ſpurium ad præiudicium aliorum filiorum natorum ex legitimo matrimonio, & tanto magis, quia in prætenſa legitimatione adeſt clauſula, citra præiudicium fideicom. & forſan ſuccedentium ab inteſtato, vt mihi ſupponitur, quia eam non vidi, niſi per relationem.

Addatur ex Breui Leonis Decimi, & inueſtitura antiqua de anno 1510. eſſe emphiteuſim conceſſam ab Illuſtriſs. Abbate Nonantulæ primo pro filijs legitimis, & naturalibus, & ijs deficientibus pro legitimatis, & tertio pro naturalibus, adeoit extante Co. Ioanne de legitimo matrimonio, non potuerint, nec poſſint hæredes Co. Franci-

19 ſci quidquam in hac hæreditate prætendere, & ſtante inhabilitate hæredum ei competijt auctoritas apprehendendi eadem bona emphiteotica, vt declarat *Clar. in §. emphiteuſis q. 43. nu. 2.* maximè additis alijs rationibus acutiſſimè, & iuridicè enucleatis per D. meum Pontum, qui docet vitia prætenſas detractiones d. Com. Franciſcum habuiſſe ex bonis d. Co. Ioannis debitis.

Et ideo non poterit conſiderari aliqua vitioſa apprehenſio ex parte d. D. Com. Ioannis bonorum prædictorum, additis etiam alias per me ſcriptis, ad quæ me remitto.

Et hæc ſaluo &c.

CONTROVERSIA CXVIII.

In Cauſa Placentina.

SVMMARIVM.

TEſtamentum de licentia Iudicis ordinarij exemplari, & publicari poteſt per notarium Commiſſarium rogituum, nu. 1.

Fallit ſi non apparet de Matrice originali, ſeu protocollo, nu. 2.

Et quando non ſunt citati ij, quorum intereſt, nu. 3.

Notario ſolum creditur, quod ſcripſerit, nu. 4.

Si matrix non reperiatur inter ſcripturas mortui notarij rogati, non poteſt deſumi ex ea exemplum, nu. 5.

Et ſi ſit deſumptum non probat, nu. 6.

Si Teſtamenti originale non reperiatur præſumitur falſum, nu. 7.

Mi-

Minuta Testamenti manu Testatoris non probat, nu. 8.

Quod procedit etiam tempore pestis, nu. 9.

Adsit Deus, & Virgo.



Vppositis ijs, quæ in facto proponuntur, Primò erit videndum, an Testamentum, quod asseritur rogatum per Ser Bartholomæum Aimum Notarium Placentinum, de Iudicis ordinarij licentia extrahi, & in authenticam formam per Ser Bernardum Camiam redigi potuerit.

1 Secundò, an dicto extracto sit danda fides, eo quod matrix inter dicti Aimi rogitus non fuerit reperta, & per consequens, an Ser Stephanus à Turri Notarius potuerit ex transumpto exempli Camiæ aliud exemplū publicare.

Tertiò, an de falso sit suspectum d. Testamentum.

Quartò, an minuta, seu notula ipsius Testamenti reperta manu Testatoris scripta aliquid operari possit.

Et ad primum videbatur prima facie dicendum, Instrumētum Testamenti per Camiam Notarium, Aimi rogituum Commissarium, præcedente Iudicis ordinarij licentia, exemplari, & publicari potuisse, per tex. in *c. cum P. Tabellio, & in c. si Instrumenta ext. de fide Instrum. Calir. conf. 25. p. 2. in fine*, & habetur ex *decis. 389. nu. 2. p. 1. in recent.* 2 his tamen minimè obstantibus, contrariū videtur in casu nostro resoluendum, dum non apparet de matrice originali, seu protocollo, eo quod non potest decerni, an in eo adfuerint solemnitates requisitæ, & subscriptio manu eiusdem Aimi (vt asseritur) rogati, quo casu auctoritatem Iudicis non esse attendendam, non obstantibus dispositis in *d. c. cum P. Tabellio*, dixerunt post *Butr. Alex. conf. 153. nu. 13. lib. 2.* & post DD. plures *Couar. in lib. pract. quæstionum vnico cap. 19. nu. 1.* minusq; exemplationem factam attendi debere, & si præcedat Iudicis auctoritas, non citatis ijs, qui 3 lædi possunt, affirmat post plures *textus Spec. in tit. de Instr. editione in §. ostenso nu. 26.* subiungens citationem esse committendam per Iudicem pro Tribunali sedētem, affirmansq; *num. sequenti* citationem minimè ex antiquitate temporis præsumi, si de ea expresè in publicatione rogitus non constet *Abbas inter alios in d. c. cum P. in princ. Cyn. petr. de Bellapertica, & Gulielmus de Cuneo*, quos refert, & sequitur *Bart. in auth. si quis in aliquo nu. 4. C. de edendo*, & ibi *ad Bart. Andreas de Pomate in verbo debeat*, & de communi *Alex. in d. auth. si quis nu. 2. Felin. in c. Albericus ext. de testibus num. 4. Calir. in l. 1. nu. 3. & 4. C. de Testam Dectanus*, qui alios plures allegat *in cons. 24. nu. 25. lib. 1.* omnesq; concorditer affirmant, quòd si pars non sit certa, debet fieri generalis citatio per edictum contra incertos, referēs *Decian.* ibi *nu. 26.* sic tenuisse sacram *Rotam* ibi allegatam *Afflict. in Const. Neapolit. lib. 1. tit. 73. nu. 58. Boer. decis. 36. per totam, Couar. in d. lib. pract. qual. cap. 21. nu. 3. in 8. requisito*, asserens & ipse de communi *Menoch. cons. 42. nu. 27. Surd. cons. 187. nu. 33.* & nouissimè *Barbos. in c. cap. cum P. Tabellio nu. 3.* Notario igitur solum creditur, quod scripserit, vt ait *Scacc.* post alios 4 *in desis. Rotæ Bonon. 13. nu. 52. & 53.* ex hac ratione, quia non est eius officium firmare primum Instrumentum esse authenticum, & ei firmitatem præstare, nam & si deficiant cancellationes, & interlineaturæ, possunt tamen multa alia interuenire, ob quæ fides ei non adhibeatur, & ita habetur per eumdem *Spec. in d. §. ostenso nu. 5.* & idem non debuisse extrahi sine citatione, pluries fuit decisum per eamdem sacram *Rotam*, vt in *decis. 1. de fide Instrum. in nouis Verall. decis. 24. p. 2. & seq. decis. 362. nu. 9. p. 1. in recent.* & per *Burat. decis. 444. nu. 3.*

Ad

Ad secundum dicitur conclusionem esse receptissimam, quod si matrix, originale, seu protocollum non reperiatur inter scripturas mortui Notarij rogati, non potest desumi ex eo exemplum in forma probanti *Corn. cons. 226 nu. 4. vers. quadituantur præmissa, lib. 3. Alex. d. cons. 153 nu. 13. vers. nam ad hoc lib. 2. Bertran. cons. 2. num. 37. lib. 2. idem Surd. d. cons. 187. nu. 35. & seq. Menoch. d. cons. 42. nu. 8. 11. & 27. & in tract. de arbitr. Iud. lib. 2. casu 187. nu. 31. Cephal. post Ruinum, & Ias. in cons. 238. nu. 11. & 12. vers. & licet huiusmodi, Angel. Aret. cons. 51. nu 19.* dicens ex hoc inferri Notarium non habuisse d. scripturam pro perfecta, nam si pro perfecta habuisset illam, saluasset sub illa custodia, sub qua & aliæ scripturæ custodiebantur, scilicet, vel in protocollo, vel in filcia *Paris. cons. 27. nu. 14. lib. 2.* sustinens & ipse non posse etiã ex commissione Iudicis tali casu extrahi, idem *Cephal. cons. 409. nu. 26. & pluribus seq.* & ratio est clara, quia si non sit repertum Testamenti inter alias scripturas, non poterit dici originalis scriptura ea, quæ fuit publicata, & proinde exemplum sumptum nullo reperto originali fidem non facere dixerunt *Bal in l. Cassius circa princip. vers. item est Instrumentum suspectum nu. 5. ff. de Senat. Couar. d. lib. vnico c. 19. nu. 3. vers. quarto erit Maluat. cons. 69. nu. 1. cum seq. Pancirol. cons. 165. nu. 10. Surd. cons. 173. num. 25.* & non probare exemplum ab alio exemplo extractum, fuit decisum per *Sacram Rotam Romanam* dicentem esse simile testimonio de auditu auditas, quod non facit fidem, dato etiam, quod sumptum, à quo fuit extractũ fuisset solemniter ab originali exemplatum, habetur per *Greg. XV. decis. 432. nu. 1. & seq. & decis. 550. num. 1. & 2.* vbi aliæ concordantes decisiones allegantur.

Ad tertium dicitur, quod si Testamentum præd. originale in protocollo non reperiatur esse de falso suspectum *auth. de tabel. S. fin. Bald. in d. l. Cassius d. vers. item est instrumentum suspectum, Natta, qui alios allegat cons. 633. nu. 19. Cephal. cons. 287. nu. 34. & 57.* & in terminis terminantibus *Pancirol. d. cons 165. nu. 10. Couar. d. c. 19. nu. 3. ad finem vers. quarto erit obseruandum, Menoch. de adipiscen. remedio 4. nu. 736. & d. cons. 42. nu. 11. Farinac. q. 153. nu. 144.*

Ad quartum, an minuta, seu notula Testamenti manu Testatoris probet. Respondetur, quod non, quia etsi per eam possit dici constare de voluntate Testatoris, dum scripturam fecit tamen debere tunc considerari tamquam præparatio ad Testamentum, quæ non operatur, si non doceatur ex post in dispositionem transiisse *Dec. cons. 287. nu. 7. & cons. 513. nu. 11. Alex. cons. 202. nu 4. lib. 7.* cum alijs allegatis per *Seraphin. decis. 1486. nu. 15.* & in fortioribus terminis de voluntate in totum scripta manu testatoris etiam tempore pestis non rogata per Notarium, in qua erant instituti filij, & pia causa ne deberet attendi fuit decisum per eamdem sacram *Rotam*, vt penes *Puteum decis. 97. p. 3.* in nouiter impressis. Et ex his pro veritate. &c.

CONTROVERSIA CXIX.

Pro Illustrissimis Syndicis Gabellæ grossæ.

SVMMARIVM.

Iudex debet arbitrari tempore pestis, facien. esse remissionem Conductori, num. 1.

Lucra præcedentium annorum debent compensari cum damno, quod Conductor ex causa pestis patitur, nu. 2.

Pa-

Pactum etsi sit, quod vltimo conductionis anno fiat damni remissio, debet intelligi secundum dispositionem Iuris, nu. 3.

Et debet esse intolerabile, nu. 4.

Propriè pestis dicitur, quæ procedit ex nutrimentorum, & aeris infectione, & quando Bruta, nempè Canes, & Muli moriuntur, nu. 5.

Adsit Deus, & Virgo.

RRima facie Datieriorum Gabellæ Grossæ Bonon. prætensio videbatur iuridica, scilicet sibi deberi restaurum hoc pestis anno 1630. eo quod Illustris. & Excellentis. DD. Syndici, cum auctoritate Eminentis. de latere Sanctis. D. PP. Bonon. Leg. conenerunt, in casu Belli, & Pestis sibi fieri debere remissionem vltimo anno de eorumdem Eminentis. & Excellentis. Virorum consensu, quo casu iudicem sic debere arbitrari
1 dixit Sacra *Rota* penes *Manticam decis. 35. nu. 6.* & quia etiam videtur conuentum, vt de damno annuo, & non totius temporis sit faciendum restaurum, & impossibile esset vltimo plurium anno fieri debere, cum damnum excedere posset id, quod illo vltimo anno esset soluendum, quibus tamen non obstantibus contrarium esse censeo, motus ex rationibus alias à me auctoritatibus comprobatis debere, scilicet inspecto Iure
2 communi compensari præcedentium annorum lucra, cum prætenso huius anni damno, ita *Host. in c. propter sterilitatem ext. de locat. in 2. col.* & in puncto post *Nicolaum de Matarellis* subsistinet *Bal. in l. licet C. locati nu. 11. vbi si confulis annorum redditibus non remaneat deceptus vltra dimidiam, conductori non fit remissio Bos. in tit. de remiss. mercedis conductorum nu. 100. & in titulo de remiss. mercedis publicanorum nu. 30.* dicens seruandam esse dispositionem Iuris communis, subiungens, quod aliter mercatura cesset absq; periculo, & vniuersi homines illam facerent, & quod aliter sentientes pessimè sentiunt *Grat. conf. 161. nu 20. vers. vltimo principaliter lib. 2.* & post *Signorol. & Bellonum Mantica in tract. de tacitis, & ambiguis lib. 5. tit. 8. nu. 41.*

Nec obstare videtur pactum remissionis faciendæ in vltima anni solutione, quasi annua-
3 tim sit facienda remissio, quia per hoc non tollitur, quin annorum præcedentium lucrorum debeat fieri compensatio, vt distinguendo affirmat idem *Bos. de remiss. mercedis conductorum nu. 23. ad 32. Carocc. de loc. in tit. de remiss. mercedis q. 8. nu. 63. decis. 727. nu. 3. p. 4. diuers. Surd. cons. 34. nu. 54. & seq.* & hoc, quia vn ca dicitur locatio, & si solutio sit diuisa in annos, & menses; verba igitur prædicta debent intelligi secundum terminos Iuris communis *Rart. in l. haredes mei §. cum ita nu. 2. ff. ad trebel. & in l. patronus §. Sempronio in fine ff. de leg. 3. Surd. decis. 73. nu. 12. Gozad.* omninò videndus loquens, quando in contractu est conuentio, quod conductor, si damnum passus sit, teneatur pro rata in *cons. 74. num. 5. & 9.* dicens *num. 15.* tale pactum esse intelligendum, dummodò damnum de Iure Communi mœrear remissionem *Rimin. iun. cons. 282. nu. 62. vers. ad primum,* & melius *nu. 67. 73. & seq. Surd.* post *Cephal. cons. 104. & alios plures* pariter viden. *d. Surd. d. cons. 34. nu. 6. vers. verumtamen*, & per totum, vbi ad partes hanc quæstionem disputat, & tali pacto non obstante sustinet damnum; debere esse intolerabile, cum debeat intelligi, secundum naturam contractus,
4 qui debet esse conformis dispositioni Iuris communis, nec censetur appositum, vt legalem nouet dispositionem, & præcipuè *nu. 34. & seq.*

Et id co magis est dicendum, cum pactum restauri, sit restrictum ad pestem Generalem,

quæ

quæ hodie omnipotentis Dei gratia non viget, nec in Ciuitate, nec in Comitatu Bononiæ; nam pestis dicitur eà, quæ procedit ex nutrimentorum, vel aeris infectione *Ripa in prælud. de peste nu. 7. Marsil. Ficin. de pestilenta c. 1. Franc. Valeriola post Hippocratem in locis communibus Medicinæ lib. 2. cap. 11. in fine*, nec vocari posse pestilentiam, quando primum Bruta non pereunt, maximè Canes, & Muli, ex *Filostrato* retulit *Tiraquel. de nobilit. cap. 31. nu. 110.* addito, quod verba stant precisè cum clausula, nec aliter, nec alio modo, quæ excludit omnem aliam intelligentiam, & facit conditionem *Cened. pract. & Canon. quæst. fing. 65. nu. 1. Barbos. de Diffinitionibus in dict. 186.*

CONTROVERSIA CXX.

Pro R. D. C. B.

SVMMARIVM.

SAcerdos vnam tantum Missam dietim celebrare debet, nu. 1.

Plures enim casus reperiuntur, in quibus Sacerdos duas celebrare potest Missas, nu. 2.

Pluries tamen fuit tali Sacerdoti secundam eodem die celebrati Missam imposita pœna triremium, nu. 3.

Eo magis cum ex auaritia idem procedat, nu. 4.

Adsit Deus, & Virgo.

RO veritate requisitus, vt videam quamnam pœnam incurrerit R. D. C. B. qui eodem die duas celebrauit Missas, respectu vnius ante ortum Solis, & respectu alterius post Nonas in Ecclesia Cathedrali, dum Anniuersarium Illustris. D. Io. de Maluitijs celebrabatur, vt ipse R. fatetur, sed qualitate adiecta, quod fuerat oblitus prima Missa, stante maximè dolore propter antecedenti die Matris mortem, & idcirco eleemosinam secundæ Missæ amore Dei pauperi tradidisse, & dicta de causa rogasse Illust. D. Eq. Barberium ad ipsius nomine veniam petendam ab Illustris. Suffraganeo, & sic etiam Sacerdoti cum alijs peccatis expressit imò etiam Birruarijs eum ad carceres ducentibus, ex quibus dicebatur abfuisse dolum, & ad id obtinuit examinari tres testes, inter quos d. Illust. D. Barberius, dicens ex superuenta sibi infirmitate non potuisse ad Illustris. Suffraganeum accedere, & alios cõcludentes ipsum esse probatissimæ, & exemplaris vitæ solitum facere eleemosinas, ieiunare in honorem Gloriosissimæ Virginis quolibet Sabbati die, & absolute dicunt potius ex obliuione, quam ex auaritia secundam Missam celebrasse, eo quia post primam dormiuerat, & quod propter Matris mortem erat doloratus. Quare vt nobilissimo Viro me requirenti satisfaciam, dico me adhuc non inuenisse *textum* specialiter super tali pœna imponenda, nam
1 *text. in c. sufficit 53. distinct. 1. de consecrat.* sic disponit per verbum, sufficit, ibi, *Sufficit Sacerdoti vnam Missam in die vna celebrare, quia Christus semel passus est, & totum mundum redemit*, & ibi subiungitur, *Non modica res est vnam Missam fa-*

cere, & valdè falix est, qui vnam dignè celebrare potest, quidam tamen pro Defunctis vnam faciunt, & alteram de die si necesse fuerit, & quamuis ibi *Alexander Secundus* addiderit, *qui verò pro pecunijs, aut adulationibus secularium vna die præsumunt plures facere Missas, non æstimo euadere damnationem*, non enim ibi Summus Pontifex locutus fuit disposituè, sed æstimatiuè de damnatione æterna, non de damnatione temporali, vt affirmant *Diaz. & aly* infrascripti, plures enim extant casus, in quibus duæ eodem die possunt celebrari Missæ *Cord. lo. à Turrecremata in cod. cap. sufficit nu. 4. ad 5.* & est *tex. in c. consuluisti, & in c. referente ext. de celebrat. Miss.* & ibi in vtroq; loco *Innoc. III. & Honorius II.* loquti sunt per d. verbum, sufficit, & ibi Doctores, inter quos *Io. Andrea* ex Petri auctoritate permittit secundam Missam dici posse pro Defunctis, & in *eodem cap. consuluisti* notant *Hostiensis & Ancarani nu. 2. & Abb.* affirmantes propter Defunctos, propter Peregrinos, propter Hospites, propter Comeantes, propter Infirmos, propter raritatem Presbyterorum, & alias causas per eos expressas eadem die celebrari posse duas Missas, & eis addo *Pisanellam in Summa in verbo Missa, in vers. verum licet*, qui plures alios casus exprimit. Alias enim, & de anno 1023. in *Concilio* per Archiepiscopum Maguntinum fuit decretum tres posse celebrari Missas, & ideò nullam pœnam temporalem fuisse constitutam, dixit *Diaz. in c. 3. eius practicæ crimin. Canonica* dicens. *tex. in d. cap. sufficit* tractare de damnatione æterna, non temporali, verū *Genuens. in pract. Archiepiscopali Neapolitana c. 79.* dixit pluries accidisse hunc casum Neapoli, & fuisse impositam pœnam Triremium; & suspensionis à celebratione Missæ, verum tamen est id non probari, nec admitti aliqua iuris, & sacrorum Canonum dispositione, & ibi *Addentes* dixerunt id fieri posse, quando Sacerdos id ex causa auaritiæ fecisset, subiungentes Sacerdotem tali acri pœna esse plectendum, in casu tamen nostro auaritiam excludi, ex testibus examinatis creditur.

2

3

4

Nec *Riccius*, minusq; *Menoch. in tract. de arbitrarijs Iudicum casu 407. cent. 5.* affirmarunt corporalem pœnam tali Sacerdoti esse imponendam.

Sed quia res est mali exempli pœna priuationis à celebratione Missarum ad tempus credo posse puniri, consideratis tamen Sacerdotis qualitatibus ex testibus probatis; & hæc est opinio mea. Saluo &c.

CONTROVERSIA CXXI.

Pro Reuerendiss. D. Decano Permsignis Ecclesiæ Collegiatæ S. Petronij de Bononia.

SVMMARIVM.

Lite pendente nihil est innouandum, nu. 1. & 3.

Attentatum semper dicitur, quando agitur de præiudicio partis, nu. 2.

Dignior die Iouis Sancti debet celebrare Missam ad Altare maius, nu. 4.

Inferior non potest ligare superiorem, nu. 5.

Libellus famosus dicitur, qui in Cartella publicè subijcit maiorem dignitatem inferiori, & subdito, nu. 6.

Et talis Cartella potest, & debet impunè lacerari, nu. 7.

Prouocatus ad iram dicto, vel facto, ei par-

parcitur si prouocatem offendit, n.8.
Prælatus licitè potest ad remouendum obstaculum sibi paratum irruere tam in personam, quam in ostium, & muros loci illa rumpendo, nu.9.
Camerarius in Capitulo non habet iurisdictionem, & dicitur Cimiliarca, & est similis Clauario, nu.10.
Differt enim ius dicere, & æquitatem statuere, & aliud est punire filios, & similes, nu.11.
Possessio antiquior, & statutum super ea est seruandum, nu.12.
Possessio nō datur in facultatiuis, n.13.
Minori datur restitutio in integrum, num.14.
Est in eo præsumitur ignorantia de his, quæ à præcessoribus facta sunt, n.15
Stulta est ambitio, dum minor nititur maiori præcedere, nu.16.
Consuetudo antiqua fundata in statuto, seu constitutione, aut contractu non potest tolli, nu.17.
Testes deponentes de immemorabili, debent deponere de quadraginta annis, & esse ætatis annorum 54. nu.18.
Testis si sit falsus in vno, et non creditur in alijs, nu.19.

Veritas obnubilari non potest.

MIllesimo quingentesimo tertio, primo Ianuarij. Reuerendiss. D. Cæsar Naccius Locumtenens, & Præses Generalis pro S. R. E. in hac Bononiæ Ciuitate pro Eminentiss. & Reuerendiss. Card. Vrsino Bononiæ, & Romandiolæ de latere Legato, per litteras patentes concessit fauore Reuerendiss. D. Floriani Dulphi Gonzaghæi, & alijs de Familia Dignitatem in Ecclesia Insigni Collegiata S. Petronij, scilicet Decanatus, quam Dignitatem d. Florianus ære proprio dotauit, & bona stabilia assignauit, ita vt ius Patronatus, & præsentandi ad ipsum erectū Decanatum post primam vicem, quoties vacare contigerit, sibi, ac hæredibus, & successoribus suis spectet, in tantum, vt semper antiquior Familiæ præsentet, his subsequentibus verbis. Statuimus, & ordinamus, quod præfatus Florianus, & qui pro tempore erit d. Ecclesiæ Decanus, secundum stallum in Choro d. Ecclesiæ iuxta Primicerium immediatè, qui primum stallum habet, & vocem secūdam in Capitulo, absq; tamen præiudicio moderni Præpositi, vt præfertur, & Superpelliceum, seu Almutiam deferre, & diuinis interessendo Officijs quotidianas distributiones, & Canonicalem portionem ex communibus mensæ Capitularis prouentibus, & omnia alia, & singula emolumenta, & officia, sicut vnus ex numerarijs Canonicis eiusdem Ecclesiæ percipit integrè percipere, ET PRIMICERII PRÆDICTI LOCVM QVOTIENS IPSVM ABESSE CONTIGERIT OBTINERE DEBEAT, non obstantibus Apostolicis Constitutionibus, ac statutis, & consuetudinibus d. Ecclesiæ S. Petronij iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis.

Anno 1504. 19. Nouembris, de mandato Reuerendiss. D. Antonij Galeatij Bentiuoli Primicerij, ac Venerabilis D. Iacobi de Milanis Canonici, & Camerarij Capituli S. Petronij, congregati fuerunt omnes Canonici, Capitulo legitimè vocato, quorum congregatorum nomina sunt hæc. Reuerendiss. D Antonius Galeatius Bentiuolus Primicerius suo proprio nomine, ac etiam habens vocē, D. Georgij de Plodio Canonici dictæ Ecclesiæ, D. Vgolinus de Campeggio Præpositus,

D. Petrus de Aldrouandis, D. Alderottus de Fantutijs, D. Nicolaus de Cortisijs, D. Ludouicus de Calcina, D. Laurentius de Penachijs, D. Hercules de Bono, D. Achilles de Bancijs, D. Donatus de Vassellis, D. Thomas de Gamaro, D. Iacobus de Milanis (qui licet esset Camerarius, sedet in vndecimo loco, & sic ad locum Canonicarus) sequuntur deinde alij, D. Nicolaus Franchinus, D. Laurentius de Cirtolis, & D. Camillus de Aldrouandis, se præsentauit Excellentiss. D. Camillus Dulphus I. V. D. Procurator d. D. Floriani ex eius legitimo mandato præsentato, & exhibuit dd. litteras patentes à d. Reuerendiss. Naccio obtentas super erectione nouæ dignitatis in d. Ecclesia S. Petronij Decanatus nuncupatæ, per eundem D. Locumtenentem de consensu dd. DD. Primicerij, Canonicorum, & Capituli d. Ecclesiæ erectæ, & d. D. Floriano collatæ, cum deputatione secundi stalli in Choro d. Ecclesiæ, & secundæ vocis in Capitulo, cum reseruatione iuris Patronatus eiusdem Decanatus d. D. Floriano, & Familiæ, & petijt per eosdem Primicerium, & Canonicos admitti, ac eorum consensum dd. litteris, & contentis in eis præstari, & se nomine prædicto in d. Ecclesia S. Petronij recipi, cum plenitudine iuris Canonici, exceptis distributionibus quotidianis, quibus nomine prædicto renunciauit, & ad d. Decanatum admitti stallo sibi in Choro, & loco in Capitulo ipsius Ecclesiæ, cum d. iuris Canonici plenitudine assignatis, exceptis dd. distributionibus quotidianis, & in omnibus, & per omnia, iuxta tenorem dd. litterarum fieri, & ad illarum executionem procedi postulauit; qui DD. Primicerius, Canonici, & Capitulum sic cõgregati dd. litteras receperunt, & legerunt, & habito super ipsis inter eos longo ratiocinio, & matura deliberatione, ipsas litteras admiserunt, & obtulerunt se paratos ad eorum executionem procedi modo, & forma contentis in dd. litteris, & prout per d. D. Camillum Procuratorem postulatum fuit, & super prædictis posito legitimè partito, facta expositione per supradictum D. Petrum de Aldrouandis de mandato dd. DD. Primicerij, Canonicorum, & Capituli, quibus placet, quod præstetur assensus supradictis litteris à præfato D. Locumtenente super erectione Decanatus emanatis, & contenta in eis executioni mandentur, & d. D. Florianus ad Decanatum huiusmodi in dc Ecclesia, cum plenitudine iuris Canonici, exceptis distributionibus quotidianis admittatur, & stallum sibi in Choro, & locus in Capitulo præfatæ Ecclesiæ assignentur, cum d. iuris Canonici plenitudine, exceptis dd. distributionibus quotidianis, ponat fabam albam, quibus verò displicet, ponat nigram, & posito partito, fuit obtentum per tredecim fabas albas, & tres nigras, & sic supradicti Primicerius, Canonici, & Capitulum, vt supra congregati, omnia contenta in dd. litteris, exceptis dd. distributionibus quotidianis, approbauerunt, & in Decanum d. D. Florianum admiserunt vigore dd. litterarum, & partiti, & viua voce receperunt nemine eorum contradicente, ac stallum sibi in Choro, & locum in Capitulo, iuxta modum, & tenorem litterarum assignauerunt, & assignari voluerunt, vt in publico rogitu D. Antonij de Ciftis.

1506. 6. Iunij d. Decanatus fuit collatus in d. Excellentiss. D. Camillum, cum per resignationem d. D. Floriani vacaret, & Canonici, & Capitulum admiserunt illum in Decanũ, & assignarunt stallum in Choro, & locum in Capitulo, exceptis dd. distributionibus, & absq; præiudicio R. P. D. Vgolini de Campreggio tunc Præpositi dictæ Ecclesiæ, itaut donec viueret haberet locum primum post Primicerium tam in Choro, quam in Capitulo, itaut dictus D. Camillus non possit

habere

habere nisi vnam vocem, & quod infra duos menses teneatur vnirí facere d. Decanatui eius Canonicatum, & Canonicalem portionem.

Eodem anno 1506. 4. Augusti Reuerendiss. D. Nicolaus Lomellinus Locumtenēs Eminentiss. Card. S. Petri in Vinculis, tunc Bononiæ, & Exarchatus Rauennæ de latere Legati, sciens Dignitatem Decanatus S. Petronij, quæ est de Iure Patronatus Dulphorum, nullas habere distributiones quotidianas, quæ Canonicis præfatæ Ecclesiæ diuinis interessentibus distribuūtur, perpetuò Decanatui vnīuit Canonicatum nedum fauore d. Camilli, sed & cæterorum successorum, & d. Camillo, & pro tempore existenti d. Ecclesiæ Decano corporalem possessionem Canonicatus, & Canonicalis portionis, ita vt propria auctoritate continuer, seu de nouo apprehendar, & acceptet, fructusque, & redditus in vtilitatem d. Decanatus, ac vsus proprios cuiusuis licentia minimè super hoc requisita conuertere; & quando ipse, & quilibet alius pro tempore Decanus existens Horis diuinis in d. Ecclesia interfuerit ratione Decanatus, & Canonicatus, & Canonicalis portionis prædictorum, simplices, & singulares, non autem duplicatas distributiones quotidianas percipiat, necnon vnam dumtaxat vocem in quibuscunq; actibus Capitularibus, & d. Ecclesiæ negotijs gerendis habere, & vnum votum ratione Decanatus, Canonicatus, & Canonicalis portionis prædictorum exprimere, & assignare possit, & valeat; & prædicta non obstantibus Statutis, Constitutionibus d. Ecclesiæ, & Cancellariæ Apostolicæ Ordinationibus, & alijs omnibus, etiam si numerus Canonicorum deberet esset certus.

1530. 13. Februarij, per mortem Camilli Decani fuit collata dignitas cum Vnitis in D. Emiljum q. Vlyssis de Dulphis.

Anno 1557. 18. Decembris, per mortem Emilij alia collatio fuit facta in R. D. Antonium Dulphum, cum Stallo in Choro, & loco, voceq; in Capitulo, cum plenitudine iuris Canonici assignatis.

Anno 1582. die 31. Augusti, in vim Breuis Gregorij Papæ XIII. exponētis Ius Patronatus Decanatus S. Petronij esse proprium Nobilium virorum Familiæ de' Dulphis, alia collatio legitur facta per Reuerendiss. D. Flaminium Turricellam tunc Vicarium in fauorem D. Marcelli, cum alio de familia super hoc litem habentis, & ante Camerarios nedum Primicerius, sed & Præpositus, & Prior nominantur, cum Stallo in Choro, & voce in Capitulo alias Decanatui assignatis.

Anno 1635. 2. Ianuarij, per mortem d. D. Marcelli fuit facta collatio eodem modo in R. D. Io. Baptistam Dulphum modernū Decanum tunc ætatis annorū decem, & septem, & cum esset in Capitulo prima vice, ei fuit suppositum, vt sedere deberet post Camerarium in Capitulo Residentem, & post eum dare votum. Quod cum cognouerint Pater, & Patruus Domini d. Iuris Patronatus, Decanatus, & Vnitorum, ægrè tulerunt, & DD. Canonicos requisiuerunt, vt admitterēt d. Decanum, absente Primicerio, ad primum locum, & ad dandum primam vocem; & præsente Primicerio secundam, iuxta formam dictæ erectionis, & per Capitulum expressæ acceptationis, & obligationis, vt supra, sed quia renuerūt fuit cæpta lis corā Reuerendiss. D. Vicario Curiæ Archiepiscopalis, & per plura Instrumenta, & acta Capitularia Dulphi demonstrarunt ab anno 1509. vsq; ad annum 1593. ferè semper Camerarium Residentem pro tempore stetisse ad locum Canonicatus, & sic post Decanum, & dignitates, & vt in alia scriptura alias impressa legitur, & d. D. Marcellum præcessisse apparet per productum Instrumentum, vbi de anno 1604. 19. Octobris d. D. Marcellus habuit locum immediatè post Primicerīū, & post quattuor Canonicos reperitur esse descriptum.

Admodum R. D. Antonium Bonfiolum tunc Camerarium, & fuerunt super hoc examinati Nobilissimi viri, qui fuerunt Canonici S. Petronij, nempè Illustriss. Dominus Vrsinus Vrsius I. V. D. Collegiatus, sic dicens, *Il Sig. Decano haueua il primo loco in Capitolo, quando però non vi era il Primicerio, & quando vi era il Primicerio, l'haueua lui*; & inferius. *Parmi di raccordarmi, che il Decano stana in mezzo, à man dritta vi stana il Camerlengo, & à man stanca vi stana il Priore da Moglio, & sono quaranta trè anni, pur può essere, che io sbaglij della man dritta, ò della man stanca.* Illustriss. Dom. Franciscus Bolognettus, qui mortuus fuit Vexillifer Iustitiæ, dixit, *Io Sig. Decano, che era il Sig. Marcello Dolfi, ottenena il primo loco, dipoi il Prepetto, che io era à quel tempo; il terzo loco il Sig. Priore da Moglio; fu poi eretta allhora una dignità dalli Signori Allè, che stana nell'vltimo delle Dignità; gli altri stanano conforme l'Antianità.*

Interrogatus, vbi suo tempore sederet Camerarius in Capitulo, respondit. *Io credo, che stesse nel suo loco di Canonico, conforme alla sua Antianità, si come anco stanano in Choro.* Interrogatus, an discordia suo tempore interuenerit super præcedentia inter aliquam ex dignitatibus, & Camerarium, respondit: *Non hò mai vdito al mio tempo dire tal cosa*; & interrogatus, an iuramẽto vellit affirmare vnquam in sedendo in Capitulo Camerarium non præcessisse dignitates, respondit. *Per quello, che mi raccordo, & che hò veduto, non è mai seguito tal cosa, vedeuo quelli, che teneuano la borsa, e che stanano al suo loco in Choro, & haueuano il suo calamaro là, e scriueuano*, & id etiam per epistolam recognitam affirmauit Illustriss. & Reuerendiss. D. Marius Bouius alias dictæ Ecclesiæ Primicerius, idq; correspondet tot Instrumẽtis productis, & erectioni, & acceptationi, nam licet R. D. Iacobus Milanus legatur ibi Camerarius, nihilominus est scriptus in vndecimo loco, factoq; magno processu, fuit per d. Reuerendiss. D. Vicarium modernũ Primicerium, cum voto Adm. Reu. & Excellentiss. D. Columbani Spissij lata sententia, in qua pronunciarunt Decanatum Insignis Collegiatæ S. Petronij fuisse, & esse ritè, & rectè erectum, & per Illust. & Adm. Reu. D. Io. Baptistam Dulphum modernum Decanum vbicunque, & quandocunq; tanquam in dignitate constitutum esse habendum, & debere habere secundum stallum in Choro, iuxta R. D. Primicerium immediatè, & vocem secundam in Capitulo circa negotia Capitularia, in quibus peragendis D. Camerarium non ratione dignitatis, sed pro officij sui debito primo proponere, & in proponendo, & votando eadem ratione primum locum tenere debere dixerunt, seruando ordinem sedẽdi in Capitulo, quod seruatur in Choro, ita vt locus Reu. Primicerij censeatur, & sit primus, & caput in cornu dextero, prout est in Choro, post quem à dextris sedeat d. D. Camerarius, qui tamen locum R. Primicerij absentis nunquam occupet, & in cornu finistro sedeat d. Decanus, prout in Choro sedere consuevit, & vt in actis Scr. Pyrrithei Bellioss.

Ab hac sententia pro vtraq; parte fuit appellatum, respectu Dulphorum ratione expensarum, & quia nec in Capitularibus legitur in erectione concessum, vt Camerarius ante Decanum det votũ, & causa in sacra Rota introducta fuit die 19. Iunij 1643. à R. P. D. Meltio decisum fauore Decani.

Ex post die 20. Nouembris fuerunt, instantibus RR. Canonicis, transmissæ Remissoriales, & Compulsoriales, per quas prætendebant probare Camerarium habere eãdem auctoritatem, quam habet Primicerius, quæ est prima dignitas, immo habere facultatem mulctandi nedum Canonicos, sed etiam eundem Primicerium, & sic semper exercuisse, & exercere. Secundò, quod in Capitulo Decanus non habet vocem, nisi vti Canonicus, stante vnione Canonicatus. Tertiò, quod d. Camerarius à decem, viginti, triginta, quadraginta, quinquaginta, sexa-

sexaginta, & pluribus annis citra semper præcessit, & præcedit Decanum tam in sedendo in Choro, quam in Capitulo, & in quouis alio loco, etiam eundo ad Processiones, & in quauis alia functione retinendo semper primum locum post Primicerium immediatè, & ante d. Decanum. Quartò, quod id permiserunt Decani absq; aliqua contradictione, & licet super hoc essent nominati quinque testes, & iurassent, tres tamen fuerunt tantum examinati, inter quos Sacrista Ecclesiæ deponens, quod Camerarius vno die fecit dicere Decano, ne ex quadam causa accederet ad Chorum, & quod credit paruisse; & omnes tres deponunt, quod d. Decanus non interuenit in Capitulo, nisi vti Canonicus, & quod Camerarius aliquando iussit Mansionarios, seu Capellanos non debere habere distributionem, aut non accedere ad Chorum, fatentur tamen semper Decanum in Processionibus, in Choro, & alijs functionibus præcessisse, & fuit compulsata quædam constitutio d. Ecclesiæ de Anno 1464.

His sic stantibus, fuit per rogitum Notarij apposita Cartella in Sacrario d. Ecclesiæ in ostio intrante in domum habitationis Sacristæ, de mandato Reuerendiss. Primicerij, & Camerariorum, vt R. D. Io. Baptista Dulphus diceret Missam die Iouis Sancti 1643. quæ cum esset nouitas, & attentatum, ne id legeretur per Patrem, & Patruum Decani fuit lacerata d. Cartella, & ex hoc prætendunt non potuisse molestari ex pluribus.

Primò enim extat titulus, *extra vt lite pendente nihil innouetur*; & ibi in *cap.* 1. habetur,
1 vt tanquam ratione obuium factum sit reuocandum.

Secundò, semper dicitur attentatum, quando agitur de præiudicio partis *Io. Monach. in rubr. vt lite pendente in* 6. *Lancellot. de attentatis lite pendente* 2. *par. cap.* 4. *limitat.* 30. *declarat.* 1. *nu.* 3.
2

Tertiò, nullam habent in eumdem Decanum, tanquam Decanum, iurisdictionem
3 Reu. Primicerius, & Camerarij. Et quando D. Primicerius haberet lite pendente in Sacro Rotæ Auditorio, nō potuit procedi de mandato d. Reuerendiss. Primicerij *ex tenore de rescript.* vbi *Abb. & alij ead. Sac. Rota decis.* 91. *nu.* 20. *p.* 6. *diuers.*

Quartò, ipse Decanus vti dignior debebat iuxta solitum etiam omniū aliarum Ecclesiarum, siue Cathedralium, siue Collegiatarum, siue Monachorum, siue Canonicorum Regularium, siue Mendicantium, inhærendo etiam Cœremoniali, vt
4 pagina 19. & pluribus alijs locis tali die Missam celebrare.

Quintò, cum disputetur de præcedentia in Capitulo inter Decanū, & Camerarium, non poterat fieri rogitus, & affixio Cartellæ per omnes legendæ, vt Camerarij maiorem haberent potestatem, nec inferior potest ligare superiorem, quoniam
5 nec par in parem, nec statuta Collegiorum super hoc, tāquam contra iura communia, tenent *Oldrad. cons.* 150.

Sextò, dicta Cartella continebat libellum famosum primo subijciebat Decanum Camerarijs, qui nedum absente Primicerio, sed etiam præsente ei subiecti sunt, vt in erectione secundo non nominatur nomine dignitatis, & idcircò cum in fa-
6 ma, & honore læsus esset Decanus, dicitur contra eum secundum plures libellus famosus factus *l.* 1. §. *si quis libellum ff. de iniuris l. vnica C. de famosis libellis*, ita post plures *Farinac. cons.* 36. *nu.* 20. & 101. & quod sit iniuria, quando quis præcedit, aut præcedere prætendit alium, qui secundum eius dignitatem non debebat illi præferri, dixerunt *Bal. in l. observare* §. *antequam ff. de off. Proton. & Baiard. ad Clarum in* §. *iniuria nu.* 6. dicens posse tali casu resisti etiam manu armata *Gratianum disceptat. forens. c.* 289. *nu.* 11.

Septimò, ex tali iniuria filio facta potuerunt Pater, & Patruus se opponere, & Cartellam

7 tellam lacerare, maximè, quia talis dignitas est de Iure Patronatus suæ familiæ *Gramat.decis.5.nu.11.& 12.& decis.23.nu.2. Farinac.cons.2 nu.17.*

Octauò, nedum ex tali laceratione nullam merent pœnam, sed præmium cõsequi deberent, ne ab alijs legeretur similis Cartella, seù libellus *Azo.* in eius *summa C. de famos.libel. nu.2.* eis ergo licuit nedum lacerare, sed vlterius potuissent tales iniuriantes persequi *Peguera decis 78. nu 40.*

Nonò, quando tali de causa, vt asseritur, aliqua contra Camerarios protulissent
8 verba, de quo non recordantur, nihilominus nulla contra eos datur tali casu iniuriarum actio *Angel. de Malef. in rub. verba iniuriosa num.10.* dicens, quod si quis dicto, aut facto iniurioso ad iram aliquem prouocauit, si ab eo cõtra prouocantem verba iniuriosa fuerint prolata, non tenebitur prouocatus actione iniuriarum, sed ei parcitur, qui vlciscitur prouocatus, ex quo id dictum, vel factum præsumitur ex causa defensionis, & sui iuris conseruandi potius, quam iniuriandi, ita post *Io. Bolognettum dixit Farinac. q.105. nu.245.* hoc enim permittitur ad propulsandam primam iniuriam *Gramat.decis.37.nu.3.& 4.*

Et quod Prælatus, vel ius Prælaturæ habens cum possessione legitimâ, licitè possit
9 ad remouendum obstaculum sibi paratum irruere tam in personam, quam in ostium, & muros loci, illa rumpendo, vt valeat vti iure suo, eo quod liceat vim vi repellere *Innoc. in cap.1 nu.2. Holl.in 2.cri. Io.And.* dicens, quod tali casu quis non facit iniuriam Ecclesiæ, si hac de causa irruat *Abb.in 3.col. in vers. au secundò verò, & in 4. vers. ex quibus dictis, & in vltima col.* sic concludit, mihi debet esse licitum remouere obstaculum seriosè, & malo animo ad impediendũ ius meum mihi præparatum *ext. de immunit. Eccles. Sylueſter in verbo immunitas 1.nu.21. vers. secus, & est tex. & glos. aurea in c.dilecto filio Decano de sent. excom. in 6. & ibi Anchar. nu.3.* dicẽs, quod tali casu Pater potest defendere filiũ, quia filius est pars Patris.

Decimò, nos videmus, quod de iure communi, immo ex Constitutionibus nulla
10 competit iurisdictio Camerarijs, vt in decisione probatur, assimilatur enim talis Camerarius Clauario, & reddere tenetur rationem de gestis, *adaentes ad Bart. in l. semel nu.2.C. de appeals publ. & descript. lib.10.* & Exactorem ibi nominant *alij scribentes*, & à pluribus talis Camerarius, seu Thesaurarius Cimiliarca appellatur, ita *Azchael. Marinquez. de præcedentijs, & prælationibus Ecclesiasticis q.48. num.1.*

Nec minus ex Constitutionibus aliquam habent Camerarij iurisdictionem in Decanum, nec minus in Canonicos, sed aliquando in Capellanos modicam coertionem pro seruitio Chori, & antequam Decanatus dignitas esset erecta fuerãt compilatæ, & pluries dd. Constitutionibus lectis, & perlectis non legitur aliqua iurisdictio, secundum definitionem iurisdictionis, de qua habetur per *Azon.* in summa relatum à *Spec. in tit. de iurisd. omn. Iud.* & per *Bald.cons.483. lib 1. apparet.*

Immo in eisdem Constitutionibus constat nouum *Statutum* super voto non dando pro absente de anno 1581. 14. Iulij, vbi Reu. D. Antonius Dulphus tunc Decanus legitur in primo loco, & post eum descriptus est Reu. D. Galeatius Pasellus Camerarius.

Et ex Cõstitutionibus prædictis minus potest dici de iurisdictione in Capellanos,
11 & Clericos, quia aliud est ius dicere, & æquitatem statuere, & aliud est punire Clericos filios, vel quid simile, vt per *Fachin. contr. iur. lib.13. cap.20. vers.1.* quia hæc definitio, & in terminis, quod licet quis habens auctoritatem distringendi Clericos, immo excommunicandi, non dicatur habere dignitatem, nec minus iurisdictionem *Pactan. de probat. lib.2. cap.27. nu.49.50.& 51.* his verbis, quis non

dicitur

dicitur habere iurisdictionem, cum non habeat causæ cognitionem, & vbi non interuenit causæ cognitio, ibi non dicitur vera iurisdictio, sed officium, vt ipse affirmat, & quod Camerarius non habeat dignitatem, affirmant etiam testes vltimo loco in vim remissorialium ex parte Canonicorum examinati, qui reprobari non possunt *l. si quis testibus C. de testibus Socin. iun. cons.* 159. *lib.* 2. ex his enim tol itur id, quod præmenditur per Camerarios, scilicet se habere dignitatem, cum prærogatiua exercendi iurisdictionem, & eo magis in Canonicos.

Cum ergo constet de titulo, & possessione antiqua Decanorum, non attenditur prætensa noua possessio sedendi in Capitulo ante d. Decanum, eo quod dd. Camerariorum possessio præsumitur clandestina, & vitiosa *c. licet causam extra de probat.* & onus probandi iusta causa adeptos fuisse in eos transit *Barbat. cons.* 24. *col.*
12 2. *lib.* 4. eo magis, cum legatur etiam ante Decanatum Camerarium non præcessisse Præpositum, sed ad locũ Canonicatus sedisse; possessio igitur antiquior præferenda est d. *c. licet causam de probationibus*, maximè præcedente titulo in incorporalibus *Felin. in c. si diligenti de præscript. nu.* 4. *Mastard. concl.* 1 94. *nu* 15. *& seq.* & quia in erectione dignitatis fuit constitutum, vt secundum vocem in Capitulo, & secundum stallum in Choro haberet, & absente Primicerio, suum locum teneret, idcirco non esse deflectendum ab eo, quod est statutum, dixit post plures *Leoter. de re benef. quæst.* 33. *nu.* 31.

Nec facit, quod D. Marcellus aliquando legatur scriptus post Camerarium, quia
13 cum pluries reperiatur præcessisse, & ante scriptum fuisse, fuit in eius facultate præcedere, vel non præcedere *glos. in c. vt priuilegia in fine extra de priuileg.* quam dicit ibi *Antonius de Butrio esse auream, & Anrignez de præced. q.* 18. *nu.* 17. *post plures, quos allegat.* Et D. Marcelli præcessoris integerrimi bonitas per omnes testes probata, & illius facilitas, vt deciperetur, vt deponit R. D. Andreas Capellus, nam cum esset Archipresbyter, & sic in vltima dignitate, requisitus ab eo, an vellet consentire, vt à dextris staret, vno die id concessit, & si illi de agnatione Dulpha conquesti non essent, similem iniuriam sibi fieri permisissent, & patientia eiusdem moderno Decano non præiudicat *Graueten. in resp. forens. c.* 298. *nu.* 9. dicens cum *Decano* non posse præiudicare successoribus, minusq; tempus attenditur, nisi à die, quo quis factus fuit maior *glos. & Doct. in c. Sacerdotes* 16. *q.* 3.

Modernus ergo Decanus cum esset minor decimo septimo anno tempore ingres-
14 sus, statim, quod cognouit, reclamauit, eiq; in omnem euentum competit restitutio in integrum *Odd. de rellit. in integr. quæst.* 19. *nu.* 36 *& quæst.* 28. *nu.* 13. *per text. in l. fin. C. ex quibus causis restitutio non est necessaria*, addita præsumpta ignorantia eorum, quæ à Prælatis mortuis gesta sunt *Odd. d. quæst.* 19. *nu.* 77. *vers. in contrarium, & nunc sequentibus*, loquens etiam in maioribus vigintiquinque annis, & talis casu dari restitutionem etiam post quadraginta annos, præcedente
15 longissima disputatione, fuit resolutum *per consilium Neapolitanum, & sacram Rotam Romanam*, & vt dixit de communiori attestando *Alex. Tartagnac. var. resolut. in tit. de rellit. in integ. c.* 1. *nu.* 1. *vers. secunda est opinio usque ad finem*, & 3. *vers. videtur igitur.* Tolluntur etiam ex suprascriptis ea, quæ dicuntur de consuetudine Camerariorum, quia & si aliquo tempore fuisset legitimè probata, minimè valeret, minusq; seruari deberet, quia potius esset appellanda vetustas erroris (si plurium esset annorum) quam consuetudo *c. nulla consuetudo dist.* 8. *vbi Nicolaus Papa sic scripsit mala consuetudo, quæ non initio, quam per incitata corrupta vitanda est, nisi citius radicitus euellatur in priuilegiũ tus ab improbis assumitur, & incipiunt præuaricationes, & præsumptiones eo celerius non compressæ pro legibus venerari; & Dinus*

Hic-

16 *Hieronymus ad Euagrium Epist.83 tomo* 2. dixit stulta est ambitio, qua minor nititur maiori præcedere, & post *Abbatem, Butr. & Imolam, Thobias Nontius cons.72.nu.* 24. etiam si esset consuetudo tanti temporis, cuius initij memoria non extaret, cum debeat esse consuetudo rationabilis, & sancta *Gail. obser.31. lib.* 2. *vers.*4. & non valere, & esse corruptelam affirmat.

Nec potest consuetudo antiqua ex erectione approbata per centum annos, in quibus probatur Decanos pro tempore præcessisse, & Camerarios ad locum Canonicatus sedisse, tolli; eo magis, cum nedum sit cõtra conuenta in erectione, & ac-
17 ceptatione, sed nec sit præscripta *glos. in l.nemo* §. *temporalis ff. de reg. iur.* eo magis cum agatur in petitorio *Romanus sing.*43. *& melius Cabal. dec.*77. *nu.*7. qui in terminis loquitur de Capitulo, ne possit allegare consuetudinẽ, immo præscriptionem, stante mala fide, cum erectio sit facta de consensu Capituli, & Camerariorum *ead. Rota decis.*265. *nu.*16. *p.*5 *diuers.* dicens non valere consuetudinem veritati, & statutis Canonicis contraria, subiungens *nu.* 18. quod consuetudo non potest habere plus auctoritatis, quam lex, ordo etiam naturalis dictat, quod maior minori præferatur *text. est in cap. ordo* 33. *q* 5. *probat etiam tex. in l. vt gradatim ff. de muner. & honor.* & præcipuè toto tit. *C. vt dignitatum ordo obseruetur lib.*12. *vbi iur. cons. in l.*1. sic loquitur, *si quis indebitum sibi locum vsurpauerit, nulla se ignorantia defendat, siquæ plane sacrilegã reus, qui diuina præcepta neglexerit.* ibiq; notant *Bart. Rebuff. Barulus,* & alij, qui in *l. sequenti* dicunt non dari concursum, quando dignitates non sunt pares.

Nec faciunt tres testes examinati in vim remissorialium, nam vltra plures defectus in actis expressos non tractant, nisi de his, quæ pauco tempore viderunt, & de recenti, & agitur in petitorio. Vnde licet fuerit articulatum super immemorabili ex parte Capituli, attamen non possunt probare, cum debeant testes immemorabilem probantes deponere se vidisse per quadraginta annos, & debẽt esse ætatis annorum quinquaginta quattuor, quales non sunt duo ex eis, secundũ opin. *Sacræ Rotæ, de qua in decis.*56. *nu.*3. *par.*7. *diuers. & habetur per Cabal. decis.*174. *nu.*1.
18 vbi plures allegãtur, & eorum attestationes eliduntur per depositiones Illustriss. DD. Bouij, Vrsij, & Bolognetti, & per probationes in contrarijs, addendo, quod cum deposuerint D. Decanum non interuenire, nec habere vocem in Capitulo vti Decanum, sed vti Canonicum, & contrarium constet ex erectione, & Cano-
19 nicatus Decanatui vnione, & conuinciuntur etiam, quia in mandato facto die 24. Martij per Capitulum ad lites ciuiles, & criminales contra Dulphos, legitur adm. R. Priorem dedisse votum licet in quarta dignitate, nec sit Canonicus, eo quia omnes dignitates in Capitulo, etiam si non sint Canonici, dant votum, vt deponit Illustriss. Senator Bolognettus, qui solus erat Præpositus, & non Canonicus, & ideo in aliquo eis non esse credendum, dixit post plures *textus, & Doctores Alex. cons.*114. *nu.*7. *lib.*4. addita minori ætate d. D. Decani, & litis pendentia de tempore, de quo deponit Sacrista, de mandato Camerarij, Decano præcepisse ne accederet ad Chorum.

Et hæc sunt verissima, &c.

Sequitur Responsum Perill. & Excellentiss. D. Pyrrhi Ponti I. C. Regien. in dicta Causa pro eodem Capitulo S. Petronij.

Duce Iesu.

PErillustri, & Excellentiss. ac Adm. R. D. Dulpho Insignis Colleg. S. Petronij Bonon. Canonico prætendenti sessionem, & vocem secundam in Capitulo, multa resistunt.

Fundat enim se super assertis litteris olim D. Floriano Dulpho seniori vsq; de anno 1503. conceſſis per olim Reuerendiss. Naccium Episcopum Amerinum, qui se asseruit Locumtenentem Generalem D. Cardinalis Vrsini tunc (vt asseritur) Legati Bononiæ, quæ quidem litteræ nullo modo possunt ei suffragari.

Si quidem in omni humano actu debent tria concurrere potestas, voluntas, & debitus modus *Bald. cons.* 326. *nu.* 2. *lib.* 1. *Socin. Iun. cons* 72. *num.* 12. *lib.* 1. *Surd. cons.* 301. *num.* 29. *Cyriac. contr.* 128. *num.* 30. *& contr.* 284. *num.* 94.

Sed in expeditione litterarum, de quibus agitur nullum ex istis adfuit, ergo &c.

Quoad potestatem, si ipse Legatus eam non habebat remanet clarissimum, quòd nec eius Vicarius, seu Locumtenens habuit, quia nemo plus iuris potest in alium transferre, quam ipse habeat *l.* 2. *C. de pan. Roi. decis.* 686. *nu.* 1. *par.* 2. *recent. cum aliis relatis à Barbos. axiom.* 160 *nu.* 2.

Fateor benè, quòd Legatus de Latere habet amplissimam auctoritatem, sed in actibus spectantibus ad Episcopos, & Archiepiscopos, vel alios ordinarios sub sua Legatione existêtes, reperio solum, quod habet omnẽ eorum Iurisdictionem, adeo quòd cum eis concurrat, *c. Legato de off. Legat. l. si in aliquem*, §. *cumplenissimum, vbi Bald. de off. Procurat. Roman. cons.* 361. *Gamb. de off. & potestate Legati de Latere lib.* 2. *tit. d. variis ordinariorum nominibus fol. mihi* 27.

Episcopus autem, non potest nouas dignitates erigere, sed solum potest antiquas, veluti Archidiaconatum, vel Archipresbyteratum renouare cum consensu Capituli, vel consentire Capitulo eas erigere volẽti, quia erigere nouas dignitates est de reseruatis Pontifici, ità distinguit *Felyn.* videndus *in c.* cũ *accessissent nu.* 14. *de const.* & tradunt *gloss. in v. cum olim verbo concernimus, & ibi Imol. nu.* 1. *de consuet. gloss. in verb. omnes in c. dist.* 22. idem sensit *Dec. d. cap. cum accessissent nu.* 38. *de constit. Mandos. de signat. gratiæ tit. exactiones in* 1. *col. vers. pro nona creatione, Rom. in l. Imperium nu.* 2. *ff. de Iurisd. omn. Iud. Sbroz. lib.* 2. *q.* 31. *nu.* 1. 2. *Zerol. in praxi Ep sc. par.* 1. *verb. beneficia vers. & dignitates pagina* 36. *Ricc. in pax. rerum Ecclesiasticarum decis.* 382. *in prima edit. alias resolut.* 322. *in* 2. *edit. Monet. de conseruatoribus cap.* 5. *nu.* 69. *Ettiinch. in qq. moralibus tract.* 41. *de benefic. cap* 3. *nu.* 141. *Barbos.* istos referens, & sequens de *Canonic. & dignit. cap.* 4. *nu.* 2.

De iure autem communi, sonant tãtum in dignitatem Archidiaconatus, & Archipresbyteratus, *Barbos. d. tract. de Canonic. & dignitat. cap.* 4. *nu.* 5. vbi adducit *Aretin. cons.* 23. *nu.* 4. *Federic. de Senis cons.* 80. *nu.* 2. *vers. considerantur ergo. Put. decis.* 89.

nu. 1.

nu. 1. *lib.* 3. *in correctis Pacian. de probat. lib.* 2. *cap.* 27. *nu.* 48. *&* 66. *Tusch. concl.* 685. *nu.* 3. *lit. A. Monet. de conseruat. cap.* 5. *nu.* 88. *&* 89. *Rot. decis.* 326. *nu.* 1. *par.* 2. *diuers.*

Ergò nec Legatus, nec Episcopus possunt creare Decanatum tanquam dignitatem nouam.

Secundò, quando concederemus, quòd Legatus ob Excellentiam dignitatis conferretur à Papa habere hanc facultatem, adhuc tamen non esset extendenda, vt posset erigere dignitatem, dando illi priuilegia, quæ de iure communi dignitatibus nõ competunt, quia Legatus non potest statuere contra ius *Gamb. de potest. Legat. de Lat. lib.* 3. *in fin. num.* 681. *Calderin. cons.* 457. *alias* 1. *de Baptismate. Bald. cons.* 320. *nu.* 3. 4. *lib.* 4. *Abb. cons.* 1. *col.* 2 *circa fin. lib.* 2. *Ant. de Butr. cons.* 62. *Cruet. cons.* 103. *nu.* 2. *Non. cons.* 56. *nu.* 10. *Gratian. cap.* 300. *nu.* 50. *Rot. decis.* 490. *nu.* 7. *par.* 1. *recent.*

At de iure dignitates non habent vocem in Capitulo *Abb. in c.* 1. *nu.* 11. *de elect. & in c. scriptum nu.* 4. *de elect. Barbos. de potest. Episc. tit.* 1. *cap.* 3. *nu.* 18. *& de Canonic. & dignitatib. cap.* 37. *nu.* 14. ergò non potest eas creare cũ voce, & loco in Capitulo.

Tertiò pro concedenda voce in Capitulo fuit in d. litteris assignata præbenda Canonicalis dicto D. Dulpho, quod est peius, quia agebatur de tollendo, seu minuendo iure cæterorum Canonicorum, & sic Tertij, quod nec ipsi Legato facere licet, *Calder. d. cons.* 457. *alias* 1. *de Baptism. circa fin. Cranet. cons* 103. *nu.* 2. *Abb cons.* 77. *col.* 2. *lib.* 2. *Non. cons.* 56. *nu.* 10. *& seqq. Alex. cons.* 1. *nu.* 3. *Roman. cons* 428. *nu.* 12.

Quia tollere ius Tertij est reseruatum soli Papæ, & hoc propter omnipotentiam suam, *c. cuncta c. per principalem* 9. 4. 3. *l. bene à Zenone C. de quæstion. præscript. cap. cum venisset cum cap. seq.* 23. *q.* 8. alias auctoritates congerit *Gamb. de off. & potest. Leg. de Latere lib.* 2. *fol. mihi* 41. *col.* 1. *vers. solus Papa nu.* 270.

Quartò super concessione dictæ præbendæ aliud formatur argumentum, scilicet quòd Episcopus Amerinus vniuit præbendam Decanatui, quæ vnio est de reseruatis Episcopo, & consequenter Legato *c. sicut venere, & ibi Abb. nu.* 3. *& Socin. nu.* 45. *ext. de excess. Prælat. Morelan. decis.* 337. *Put. decis.* 1. *de off. Vic. Sbroz. de off. Vic. lib.* 2. *q.* 115. *nu.* 4. Ea verò quæ sunt ardua, & reseruata non veniunt in generali mandato, *cap.* 2. *vbi Doct. extra de off. Legat.* cum cæteris de quib. penes *Sbroz. vbi sup. num.* 5.

Quintò, quandò Legatus posset etiam concedere vocem, & locũ in Capitulo, adhuc tamen non potuisset hoc facere in præiuditium Camerarij, cui competebat ius etiam in concursu cum dignitatibus; vlterius per talem concessionem fuissent inducta plura specialia, Primò esset erecta dignitas noua; Secundò cum authoritate votandi; Tertiò cum præbenda canonicali, Quartò tollendo ius Camerario, multiplicatio igitur specialiũ non tolleratur in iure *l. eum post* §. *gener. ff. de iur. aut. Menoch. cons.* 336. *nu.* 3. *cum cæteris, de quibus apud Barbos. axiom.* 211. *nu.* 8.

Nec est leue præiudicium, quòd quis amittat locum suum in præcedendo, imò obligatione quadam necessaria quisq; illũ sibi tueri debet, quia debitus cuiusq; ordo in dignitatibus, & prælationibus fauore publico introductus est, vt dum quisque suum locum consequitur humana societas, & concordia conseruetur, quæ alias importuna quadam confusione conturbaretur *cap. vlt.* 89. *distinct. Decian. conj.* 7. *nu.* 71. *&* 72. *vol.* 3.

Huiusmodi enim prætensiones non sunt arrogantes, vel ambitiosæ, sed sunt necessariæ *Natt. cons.* 638. *nu.* 2.

Et eas tendere ad bonos mores, & ad rationem vitæ politicæ probat *Pereg. cons.* 84. *nu.* 1. *vol.* 1.

Addit

Addit etiam *Petr.Gregor. in jure Repub. lib.4. cap.10.nu.11.* tales gerentes aliquam dignitatem non debere pati eam imminui, aut contemni, sed teneri illam conseruare in suo gradu, quia alias dicerentur ignari sui officij, & iniuriam inferrent ei, à quo potestatem haberent.

Et quòd iusta, & laudabilis sit contentio pro seruando ordine in præcedētijs, tradunt etiam *Menoch.cons 51.nu.1.cum seqq. Bec.cons.192.nu.1. Coll.cons.24.num.1. Fab.Turret.cons.14.nu.1.vol.1.*

Vnde *Sanctius Hilarius*, cùm accessisset ad Synodum conuocatam per Leonem Arrianum, nec videret sibi vllum locum dari inter Episcopos, imò denegari, humi sedere voluit inter ipsos, cui terra in altum miraculosè elata sedem præbuit, vt ex *Conrado Halberstadensi, & Hermanno Gigante* refert *Gratian. discept. foren. c.284 num.52.*

Adrianus IV. Summus Pontifex indignissimè tulit, quòd Federicus Barbarossa Imperator literis ad cūmissis scripsisset Federicus Adriano, & nō potius Adriano Federicus, vt recitat *Nauclerus in suis cronicis genera.39. sub ann.1155.fol.839. cit.à Grat.d.discept.284.nu.42.*

Theodorus Episcopus Ranennas, cum à Clero suo in die Natiuitatis Domini non esset pro more ad Ecclesiam associatus, tali indignitate stomachatus, re deliberata cum Exarcho, Rauennatensem Ecclesiam Romanæ Sedi subiecit, à qua pridem discesserat *Blond.lib 9.dec.ad.1.fol.131.in impressione Basiliem.an.1559. Gratian.vbi supra num.43.*

Quinti Fabij Maximi filius, dum Consul esset, iussit Patrem ad se venientem equo descendere; cui Pater dixit: *Nolui ante tuissum tuum dissendere, non vt imperiū tuum contemnerem, sed vt experirer an scires Consulem agere*; vt apud *Valer. Maxim. lib.1. exemplo 9. Gratian.d discept.284.num.44.*

Sicuti autem laude sunt digni, qui iuris proprij, & humanæ societatis conseruandæ gratia prælationem quærunt, ita è conuerso damnandi, & reprehendendi sunt, qui ambitu, & superbia prima loca vsurpare conantur, de quibus meminit Saluator noster *Matth.cap.23.* & obseruat *Menoch.cons.51 sub num.4.& 5. Turret. d.cons.14.num.4.vol.1. Gratian d.discept.284.num 33.*

Non me latet ex prædictis reditam fuisse prolexiorem hanc informationem, & ea potuisse omitti, sed exempla mihi visa sunt adeo pulchra, vt voluerim imitari viros magni nominis, qui similiter in proposito prælationis hæc retulerunt. *Cyriacus* enim in *contr. 201. à nu.19. vsq; ad 29.* hæc descripsit à *Gratiano* vbi supra, & propterea mihi ignoscendum est, si vtriusque viri vestigia sequendo, voluit itidem ea hic inserere pro ostendendo præcipuè ad nostrum propositum, quòd tollere Camerario suam prælationem, fuit res maximi momenti, & agebatur de eius notabili præiudicio.

Nec dicatur Camerarium nō esse dignitatem, quia nec Decanus est nomen dignitatis, vt ex *Tusch. Bacan. Monet. & Abb.* declarat *Barbos. de Canonic. & dignitatib. cap. 4.num.31.*

Et tunc demum Decanatus est dignitas si habeat iurisdictionem *Barbos. vbi supra, & d.num.31.*

Sed pari ratione cum Camerarius habeat iurisdictionem est dignitas *Abb. in c. de multa nu.21. de præbend. & ibi Io. de Imol sub nu.39. Butr nu.24* Idem sensit *Archidiac. in c.1. nu.2. de consuet. lib.6.* vbi etiam *Anchar. nu.6. & Geman. num.7.* additur *Parian. de probat. lib.2. cap.27. nu.7. Monet. de conservatorib. cap.5. nu.84.*

Dignitas enim dicitur, vbi est iurisdictio *Franc. Arettin. cons. 23. num. 1. Boer. decis. 286. nu. 2. Gana. rer. dec. decis. 649. nu. 7.*

Sextò, etiam si Legatus posset hæc omnia, non tamen inde inferrendum esse, quòd eius Vicarius illa posset, nam in specie Vicarius (qui sine dubio nil differt à Locumtenente) non potest erigere dignitates in Ecclesia, vt ex *Felyn. in d. cap. cum accessissent nu. 15. Dec. nu. 9. de constit. Ferret. cons. 327. nu. 4. Sbroz. lib. 2. q. 31. nu. 4. & 5. tradit. Barbos. de off. & potest. Episc. allegat. 54. nu 80. par. 3.*

Septimò, & multò minus Locumtenens, seu Vicarius potuit erigere hanc dignitatem, reseruando ius patronatus ad fauorem nobilium istorum de Dulphis, quod procedit, etiam si agatur de iure patronatus ex fundatione, & dotatione, *Barbos. de off. & pot. Iudic. Episcopi d. allegat. 54. nu. 74.* vbi adducit *Hieronym. de Monte. q. 22. nu. 8. & 25. & praxis Episc. d. verbo Vicarius, §. 13. Vivian. in praxi iuris patron. par. 1. lib. 1. cap. 1. nu. 24. in prima editione alias lib. 2. cap. 1. nu. 10. Sbroz. lib. 2. q. 31. Gratian. cap. 303. nu. 12. Nicol. Garc. cap. 9. nu. 43. Rot. decis. 576. par. 1. & accil. 237. nu. 5. & dec. 252. nu. 1. par. 2. recent. Adde Borell. cons. 25. nu. 11. vol. 1.*

Octauò, Principaliter opponitur non constare, quòd Episcopus iste Amerinus fuerit Vicarius, seu Locumtenens Legati, & parta sunt non esse, vel esse, & non apparere *i. Duo sunt Tiraq. de testam. Iudoch. in Enchiridion partium in verbo esse, sine probat. Surd. decis. 149. nu. 2. Rot. decis. 167. nu. 35. par. 1. recent.* cum alijs de quibus apud *Barbos. axiom. 174 nu. 9.*

Nonò, accedendo magis ad terminos nostros, debet constare, quòd Iudex habuerit Iurisdictionem *Canonist. in c. super ac off. delegat. Felyn. in c. super literas de rescript. & in c. Iuharta de re Iudic.*

Et ad exercitium Iurisdictionis requiritur præsentatio literarum originalium, vel alias authenticarum *Abb. in cap. cum in ture per tuis. nu. 6 vbi etiam Felin. nu. 8. 9. de off. delegat. Gomez. in c. Statutum nu. 60. de rescript. in 6.* infinitas decisiones refert, *Garc. in tract. de benef. par. 6. cap. 2. nu. 16. cum plurib. seqq.*

Decimò, in terminis de Vicario apparere debet de illius deputatione per literas patentes testibus munitas, *Rebuff. in prax. tit. de Vicario Episcopi nu. 8. & 13. Vgolin. de potest. Episc. cap. 4. §. 8. nu. 5. Barbos.* hos sequens *in tract. de auct. Episcopi d. allegat 54. sub nu. 54.*

Vndecimò, id sic verum est, vt non sit standum assertioni d. Episcopi, quòd haberet hanc facultatem à Legato, nam licet ipsi Legato sine literis credatur, tamen istud est in eo quid speciale ob eminentiam Dignitatis *Lap. allegat. 15. & alleg. 33. & allegat. 39. Bart. in l. 1. C. de mandat. Princip. Anchar. in clem. 1. de probat. Rot. decis. 176. in antiq.* cum alijs de quibus apud *Gambar. de off. & potest. Legati de Latere lib. 1. tu. qualiter legat. gerere se debeat. cum Prouincia est ingressus fol. mihi 9. col. 1. vers. fallit in Cardinale,* & quod sit speciale in Legato tradunt *Felyn. in c. cùm in ture in 5. col. de off. ordeleg. Gamb. vbi supra fol. 9. col. 2. vers. ad quæ omnia respondetur.*

Secus in inferioribus, quibus de sua auctoritate nil creditur, sed debet constare illam fuisse concessam ab eo, qui poterat eam dare *Federic. de Sen. cons. 251. num. 1. Angel. cons. 217. num. 7. Angel. Aret. cons. 137. nu. 7. Signorol. Homod. cons. 36. num. 6. Bald. in cons. 402. nu. 3. lib. 1. Dec. in c. quæ in Ecclesiarum num. 130. vers. non obstat, quod præsumatur de constitut. fol. in l. 1. num. 60. vbi Purpural. num. 547. ff de off. cui Alciat. præsumpt. 9. reg. 3. nu. 27. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 76. num. 9. Gab. conl. 40. num. 16. & 17. lib. 1. Graian. discept. forens. cap. 329. num. 36. & seq.*

Duo-

Duodecimò, videtur posse colligi ex informatione D. Dulphi, quòd re vera Episcopus Amerinus non habebat suppositam auctoritatem, quia allegatur quædam concessio *Alexandri Sexti*, & tamen non producitur, vndè licet de illa non sit habenda ratio, cum quod non est in actis censeatur esse extra Mundum *Rot. decis.* 404. *sub nu.* 1. *par.* 1. *recent. Beltramin. ad Ludouis decis.* 224. *sub num.* 6.

Tamen in quantum potest recognosci ex verbis in dicta informatione relatis fuit concessa à dicto Episcopo facultas reformandi, addendi, & disponendi in d. Ecclesia secundum libitum suum, quę concessio cum sit generalis non extenditur ad præiuditium Tertij, nec ad actus contra ius, vt supra, & infra dicitur.

At in omnem casum Episcopus Amerinus non fecit erectionem auctoritate Pontificia, sed auctoritate Legati, de qua non apparet, vnde intrat commodè regula, quòd potui nolui, quòd volui adimplere nequiui; *l. multum interest, vbi gloss. in verbo potes, C. si quis alter, vel sibi Cyriac. contraner.* 548. *num.* 47. *Surd. cons.* 250. *num.* 36.

Quando enim quis habet plures potestates actus non sustinetur ex potestate, qua vsus non est *Roman. cons.* 446. *num.* 6. *Grattian. decis.* 149. *num.* 38. *Rot. decis.* 262. *nu.* 1. *par.* 2. *recent.* quos refert, & sequitur *Cyriac. contr.* 275. *num.* 32. *& contr.* 319. *nu.* 45. *& contr.* 284. *num.* 13.

Decimotertiò, dicimus concurrere præsumptiones exclusiuas huius facultatis, nam Legatus non tenetur deputare Vicarium, sed est de consilio, quòd illum deputet pro expediendis leuioribus, & pro reddendo iure ad instar proconsulis, *Gamb. de potest. Legat. de Latere lib.* 1. *tit. qualiter Legatus se gerat nu.* 27. *fol. mihi* 10. *col.* 2. *vers. honestius tamen facit Legatus.* Ergo non est credendum, quòd Legatus demandauerit grauiora.

Decimo quartò, dictum fuit ius erigendi nouas dignitates esse de reseruatis Pontifici, & propterea non potest Legatus habere hanc facultatem, nisi de iure speciali ex eo forte, quia factum Legati censetur factum Papæ, ergo in generali facultate per Legatum d. Episcopo concessa non potuit venire ius dictam erectionem faciendi; exemplo Vicarij, in cuius mandato generali de conferendo beneficia non veniunt, quæ Episcopus iure speciali conferre potest, vt ex *Azor.* & alijs probat *Barbos. de offi. & potest. Episcop. d. allegat.* 54. *num.* 62.

Decimoquintò, diximus supra, quòd Legatus non potuisset facere hanc erectionem cum præiuditio tertij, sed quando etiam id ei licuisset, non tamen credendum est hanc facultatem tribuisse eius Vicario, cum in omni concessione, rescripto, & actu censeatur semper in esse clausula sine præiudicio iuris tertij *Menoch. cons.* 133. *num.* 21. *Dec. cons.* 11. *nu.* 4. *Sarnen. in reg. de tur. qualito non tollendo q.* 1. *in princ. Seraph. decis.* 398. *nu.* 18. *Rota decis.* 226. *nu.* 1. *par.* 1. *recent.* cum alijs relatis à *Barbos. in tract. de clausulis clausu.* 97. *num.* 1. 2.

Decimosextò, similiter negauimus Legatum posse actum facere contra ius, & ostendimus esse contra ius erigere Decanatum ea forma, qua erexit Episcopus Amerinus, sed quando id permissum esset Legato non tamen per generale mandatum censeretur idem concessum eius Vicario; quia in fortioribus si Princeps aliquid mandat, vel rescribit debet intelligi semper mandasse secundum ius, adeo quòd facienda sit interpretatio, quæ mandatum, & concessionem reducat ad formam iuris, & non comprehendat extraordinaria, *l. Scio, §. Medico vbi Bart. ff. de ann. Legat. Rimuald. Iun. cons.* 481. *num.* 82.

Imò Princeps præsumitur male informatus, vbi mandat aliquid contra ius *Bardell.*

conſ. 111. *nu.* 49. *Cyriac. contr.* 33. *nu.* 12. vbi ſubdit non præſumi Principem velle aliquid, quod ſit contra ius *Ioſ. in l. reſcripta num.* 1. *C. de precib. Imperat. offf.*

Et ob id mandat Imperator, quòd ſi quandoq; contingat ipſum reſcribere, vel ordinare contra ius ſudices non pareant *Cyriac. vbi ſupra nu.* 14.

Si ergo Princeps ipſe cenſetur non ordinare contra ius, multò magis præſumitur idem de Legato.

Nec veniunt in generali mandato ea, quæ Princeps ſolet cum difficultate concedere, prout eſt præiudicare Tertio, & facere actum contra ius *Monach. in c.* 1. *nu.* 1. *Bald. in c. naturales in fin. ſi de feud. fuerit controuerſ. Crauet. conſ.* 387. *ſub num.* 13. *Riminald. Sen. conſ.* 204. *nu.* 10. *Caphal. conſ.* 754. *num.* 23. *Cyriac. contr.* 219. *nu.* 18.

Decimoſeptimò, conſtat literas prædictas non obſeruari, & non fuiſſe obſeruatas per annos circiter 35. proximè lapſos, imò pro d. tempore fuiſſe obſeruatum contrarium, & propterea quemadmodum poſſet præſumi mandatū in antiquis, ſi concurreret obſeruantia diuturna, & continua *Alex. conſ.* 1. *lib.* 4. *Crauet. de antiq. temp. p.* 2. *verſ. ex præmiſſis nu.* 67. *Natt. conſ.* 526. *num.* 13. *lib.* 1. *Majcard. concl.* 1067. *num.* 53.

Ita è conuerſo debet præſumi non adfuiſſe tale mandatum per obſeruantiam contrariam, vt idem operetur propoſitum in propoſito, quòd oppoſitum in oppoſito *l. Iulianus, §. ſi venditor, & §. ſi Procurator ff. de act. empt. Dec. conſ.* 382 *num.* 5. *Maſcard. concl.* 815. *num.* 8. *Surd. conſ.* 310. *nu.* 12. cum alijs relatis à *Barboſ. axiom.* 171. *num.* 1.

Decimo octauò, augetur præcedens argumentum, quia prædictus D. Florianus ſenior nunquam fuit in poſſeſſione vocis, & loci prætenſi in Capitulo, quod quidem verſimiliter accidit, quia Capitulum agnouit ex poſt non fuiſſe admittendum, tanquam carentem legitima probatione, & non eſſe ſtandum aſſertæ admiſſioni iam per Capitulum inconſultò factæ.

Decimonono, prætendit D. Dulphus, quòd nonnulli eius anteceſſores fuerint antiquitus in quaſi poſſeſſione vocis, & loci in Capitulo, & hoc deducit ex ordine ſcripturæ contento in pluribus Inſtrumẽtis, quæ exhibuit, ad tradita per *Cantelor. de Præced. q.* 1. *nu.* 6. cui quidem prætenſioni multa poſſent obijci, tamen, quia Capitulum ſe fundat ſuper eodem genere probationis, pro nunc trãſibimus cum ſuppoſito D. Dulphi, ſed retorquendo dicimus, quòd ex facilitate, qua vſi fuerunt anteceſſores prædicti in patiendo, quòd Camerarius ſe redintegrauerit ad ius, de quo agitur, debet argui, quod cognouerunt non poſſe facere fundamentum ſuper dd. litteris ex cauſa prædicta, & non fouere bonum ius, alias verſimiliter voluiſſent tueri ſuam poſſeſſionem, & titulum, & non iactare ſuum contra regulam *l. cum de indebito, ff. de prob. Barboſ. axiom.* 112. *nu.* 1.

Vigeſimò, quando Epiſcopus Amerinus habuiſſet facultatem à Legato erigendi dignitatem, non tamen potuiſſet illam erigere cum iuriſdictione, quia nec Legatus ipſe potuiſſet dare iuriſdictionem, vtpotè quæ à ſolo Principe cõcedi poteſt in tantum, quòd minimum, quid iuriſdictionis nõ poteſt haberi, niſi à Principe *Abb. conſ.* 6. *nu.* 2. *lib.* 2. *Tuſch. concl.* 543 *num.* 34. *lit. d.*

Ad illum enim ſpectat conſtituere Magiſtratus, cum ſit fons omnis iuriſdictionis *Angel. in rub. ff. de iuriſd. omnium iudic. num.* 2. *Marant. de ordine iudic. par.* 4. *diſtinct.* 5. *nu.* 3. *Heig. quæſt.* 9. *num.* 18. *par.* 1. *Abb. conſ.* 82. *nu.* 4. *lib.* 1.

Et non ſolum prædicta procedunt in iuriſdictione contẽtioſa, ſed etiam in voluntaria, ſi quidem ius creãdi notarios, qui dicuntur habere voluntariã iuriſdictionẽ per-

pertinet ad solum Principem, vel cui hoc ipse concesserit *Innoc. in c. cum P. Tabellio nu. 1. de fid. instrum. Iaf. in l. Imperium nu. 28. de iurisd. omnium Iud. Crauet. cons. 338. nu. 12.*

Imò concedere Iurisdictionem numeratur inter maiora Regalia Principis, *Zas. in Epit. feud. par. 3. nu. 14. Carald. in tract. de Imper. q. 110. Cap. 17. Ferrar. Montanile de feud. lib. 5. cap. 7. Sonsbech. de feud. par. 8. nu. 19. Sixtin. de regalib. lib. 1. cap. 2. nu. 33. 34. & 35.*

In concessione autem etiam generalissima non continentur regalia, *Rot. in Valent. cons. 1. nu. 105. vol. 2. Boer. decis. 50. nu. 13. Pruckman. ad Rubricam Cod. de regalia cap. 5. num. 15. Claud. Seyssel. tit. qui feud. dare poss. par. 1. vers. unde verum est, Sixtin. de regalibus lib. 1. cap. 5. nu. 80. & seq.*

Vigesimoprimò, & quando Papa concessisset Legato ius creandi officium, seu dignitatem eum iurisdictione, id non diceretur competere Legato ita Magistratus (cum vt dictum est) sit de reseruatis Principi, sed ex iure priuilegij, quo caueat Legatus non potuisse habe facultatem delegare suo Locumtenenti, *Bald. in l. 1. ff. de offic. eius, cui mandat. Parisius cons. 1. lib. 1. cap. 93. nu. 1.*

Licet enim delegatus Principis possit subdelegare *La Iudice C. de iud. Bald. in l. Gaius C. de re iudicat. Alex. & alij in d. l. 1. ff. de offic. eius.*

Tamen si Princeps delegat vnum de sibi reseruatis, ille delegatus non poterit subdelegare *Bologn. in d. l. nu. 48. ff. de offic. eius. Crot. in l. Gallus §. & quid si tantum nu. 145. ff. de lib. & posth. add. ad Alfict. in cons. Neapol. lib. 1. rub. 77. nu. 6. Iul. A.* cum cæteris adductis a *Sixtino de regalib. lib. 1. cap. 4. nu. 110.*

Vigesimosecundò, aggrediendo secundum requisitum necessarium, nempe intentionem, seu voluntatem, dicimus Episcopum Amerinum non habuisse voluntatem erigendi dictam dignitatem, nisi cum supposito, quod occurrisset expressus consensus Capituli, vt constat in dispositiua dictarum literarum ibi: *Quam dignitatem in dicta Ecclesia, quæ inibi post Primicerium tum primo immediate existit, & Decanatus eiusdem Ecclesiæ nunc per mortem dilectorum nobis in Christo Capituli dictæ Ecclesiæ expresso consensu, &c. tenore præsentium erigimus, & instituimus, &c.* & inferius, *ad hæc consensu eorundem Capituli eadem auctoritate statuimus, & ordinamus.*

Illa enim verba *de expresso Capituli consensu*, denotant causam, & quidem immediatam, & proximam propter vim illius dictionis (*de*) vt probatur in *l. 1. §. In ff. de In cend. Ruin. & Naufrag. Anchar. quæst. 69. nu. 2. & 6. par. 1. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 12. nu. 17. Gratian. decis. 141. nu. 7.* alios late congerit *Barbos. dict. 76. nu. 2.*

Cum autem Capitulum non præstitisset consensum, sequitur, quod concedens motus fuit ex falsa causa, quæ omnem actum infringit *l. Iuper errorem. ff. de iurisd. omn. Iudic. Iul. Clar. §. fin. ff. de exhibend. reis. Alex. cons. 89. num. 12. & 14. vol. 2. Rain. cons. 137. nu. 11. vol. 3. Paris. cons. 12. sub nu. 101. vol. 2. Decian. cons. 2. nu. 37. vol. 2. late Menoch. cons. 9. nu. 20.* quos desumpsi a *Cyriac. cons. 303. nu. 67.*

Nec est verum in facto, quòd D. Florianus dixerit velle erigere Decanatum cum consensu futuro, & non dixerit habere expressum consensum Capituli, quia respondetur ipsum supplicasse concedi sibi Decanatum cum modis conditionib. & ordinationibus intrascriptis, vide negari non potest, quin illa verba expresso Capituli consensu sint verba supplicantis propter relationem quam facit ad inferiora, quia ideo cessisset inesse in precibus, cum omnibus suis qualitatibus *l. Esse tolle. ff. de hæred. instit. nu. 3. l. 1. ita scripto. ff. de tort. & demonst. Menoch. cons. 1. nu. 83. Surd. cons. 105. num. 36. Rot. decis. 35. nu. 6. par. 1. recent. late Barbos. axiom. 201. num. 1.*

Vigesimotertio, aliud fundamentum ex antedicto succedit, quòd scilicet dictæ preces sint obreptitiæ, quæ propterea reddunt gratiam ipso iure nullam *c. cum ad aures de rescript. & de motu proprio de prabendis in 6. Felyn. in c. ad audientiam li. 3. nu. 22. de rescript. Socin. cons. 169. num. 1. Cabrun. cons. 369. num. 3. lib. 2. Cyriac. constit. 325. num. 45. Cassador. decis. 3. num. 4. de pensionibus. Ludovis. decis. 450. num. 1. Rot. decis. 297. num. 3. par. 5. diversi. Cyriac. constit. 160. num. 23.*

Vigesimoquarto, dubium non est, quin Episcopus Amerinus difficilius fuisset concessurus gratiam, si ei expressum fuisset Camerarium præcedere dignitates, & habere Iurisdictionem in defectu Primicerij, quo casu gratia dicitur subreptitia, *Cyriac. d. constit. 160. num. 21.*

Est autem certum in Iure, quòd obreptio, & defectus intentionis æquiparantur, *Seraph. decis. 398. num. 2. & seqq.*

Et data subreptione, vel obreptione dicitur probatum defecisse voluntatem concedentis, *Decian. cons. 38. num. 30. vol. 3. Cyriac. d. constit. 160. nu. 24. & seq.* ergo, &c.

Vigesimoquinto, non benè tollit dictum obiectum de omissa mentione Camerarij allegare, quòd adsunt clausulæ irritantes, & quòd non est facienda mentio de aliquo in gratijs de sui natura præiudicialibus, in quibus non requiritur formalis derogatio, ex quo Princeps intelligit velle cum præiuditio Iuris Tertij posse verificari ex *Rot. decis. 48. num. 1. & seq. & decis. 174. num. 2. par. 1. in recent. & ex Seraph. in decis. 762. n. 4. ad fin. & decis. 1445. nu. 1. Farentil. ad Rotas. dec. 376. nu. 13.*

Quia omissis multis responsionibus, quæ dari possent, hæc pro nunc sufficiant, quòd conclusio posset forsan procedere, quando versaremur in gratia Principis, sed in gratia concessa ab inferiore nullam auctoritatem (quæ appareat) habente, non video applicationem.

Vigesimosexto, transeundo ad legitimum modum dicp, quòd si Vicarius ille habuisset prætensam facultatem, adhuc tamen debebat fieri erectio à Capitulo cum consensu d. Vicarij, qui illum præstare debebat in ipso actu, non autem separatim, & ex intervallo, nam magistralis distinctio in hac materia à Doctoribus datur, quòd, vel consensus adhibendus est in actu propter præiuditium consentire debentis, & tunc consensus potest quandoque accedere, aut verò adhibendus est ad integrandam personã, vel actum, vt in casu nostro, & tunc debet intervenire in eodem actu, & ex intervallo præstitus nil operatur, *Covruel. cons. 2. nu. 2. lib. 1. Tust. conclus. 755. nu. 8. etiam 24. lit. C. Abb. q. 5. col. 7. vers. & praloppositio Ber. cons. 124. num. 23. lib. 1. Tiraquel. ad legib. connub. glos. 6. num. 1. & 2.* cum alijs adductis à *Lambertengh. de contract. eorum gloss. 7. verb. consensus nu. 31.*

Sed in terminis, & in individuo, quòd in erectione Decanatus necessarius fuerit consensus simultaneus Capituli, & Episcopi, nec satis fuerit illum separatim concurrere affero auctoritatem *Rot. Rom.* omnino videndam *apud Manicc. decis. 114. num. 5.* vbi concluditur non constare de Decanatu, non obstante, quòd à Capitulo esset constituta talis dignitas, quia consensus Episcopi nõ in ipso actu, sed ex post intervenerat, & allegat in argum. *l. obligari §. inter. ff. de auct. Tut. & Dec. in d. cap. cum accessissent num. 38. de constit.*

Vigesimoseptimò, quandò etiam in eodem actu intervenisset consensus Superioris, & Capituli, tamen opportebat, quòd omnes de Capitulo consentirent nemine discrepante, nam licet regulariter factum à majori parte Capituli teneat, tamen fallit, vbi agitur de admittendo ad vocem in Capitulo vnum extraneum, quia vnus solus impedit voluntatem aliorum secundum *Compellanum scriptum*, quem post alios refert, & sequitur *Abb.* dicens esse notabile verbum, & *Ludovis.*

Rota.

Rom. in singul. 407. incipiente, quia heri; interest enim cuiuslibet, ne Forinseci admittantur, cum ex hoc diminuatur cuiusq; potestas, hæc sunt formalia verba *Felini* ombino videndi in allegato *cap. cum omnes sub num. 18. vers. verum fallit de constit.*

Vigesimo octauò, licet deberem esse contentus de sola antedicta limitatione, quæ punctualis est tamen ex abundanti libet addere, quòd omnes de Capitulo debent consentire in actu mere voluntario, prout fuit admissio d. D. Dulphi, præsertim quandò potest doceri de irrationabilitate actus gesti à maiori parte, ita *Felyn.* videnda in *d. cap. cum omnes sub num 17. in fin.*

Irrationabilitas autem in nostro casu est patens, tum, quia admissus fuit D. Dulphus sine aliqua cognitione de potestate Episcopi Amerini, tum quia fuit contra ius, vt non habens præbendam haberet vocem in Capitulo, tum quia fuit in præiuditium Camerariorum ius, & iurisdictionem habentium à constitutionibus Capitularibus, ergo, &c.

Vigesimononò, succedit aliud optimum fundamentum, pro quo affero similiter pulcherrimam doctrinam in puncto, quòd dum tractaretur de faciendo constitutionem contra particularem personam, nempè contra Camerarium, ei præferendo Decanum consensus omnium erat necessarius *Felyn. in dicto cap. cum omnes sub eodem nu. 18. vers. 10. fallit*, omninò videndus.

Trigesimò, alio etiam medio probatur, quòd dictæ literæ sunt nullæ propter defectum consensus, nam Episcopus Amerinus erexit Decanatum sub vna forma, nempè cum præbenda canonicali, & Capitulum consensit sub alia, scilicet sine præbenda, & sic non potest dici, quòd Capitulum consenserit actui d. Episcopi, nec Episcopus consenserit actui Capituli, cum inter se discrepent, & discrepantia sit in substantialibus, nam Episcopus scienS, quòd de iure dignitates non habent vocem, nec locũ in Capitulo, nisi habeant præbendam concessit vocem, & locum cum isto iuris requisito necessario, quo cessante non potest censeri aliquid concessisse, quia concessio (vt dixi) fuisset contra ius, adeo quòd credendum est adiecisse in rescripto præbendam pro forma necessaria, qua non seruata actus ipso iure nullus est, *l. cum hi, §. si prator, ff. de transact. l. non dubium, C. de legib. Surd. cons. 311. nu. 75. Cyriac. contr. 62. num. 48.*

Trigesimoprimò, quandò ex literis prædictis fuisset acquisitum D Dulphio ius precedentiæ, illud idem potuit consuetudine tolli, prout sublatum est, & quidem in materia præcedentiæ spectatur potissimum consuetudo, per quam signatur locus sedendi, eundi, & standi *Bertol. de Canonic. & dignitatib. cap. 4. an Salgad. de potest. Reg. tom. 1. par. 2. cap. 9. nu. 18. in fin.* addo, *add. ad Rot. Rom. apud Burat. decis. 903.* vbi allegat *Rotam, in Segontina precedentia 22. Iunij 1609. coram Eminentiss. Card. Panfilio, & in eade 8. Martij 1613. coram Vbaldo*; & dicit hoc procedere, etiam si consuetudo iuri repugnet ex *Menoch. cons. 9. num. 51. Ludouis. decis. 324. num. 2. & 4. Cantelor. de Precedent. nu 6. Seraph. decis. 964. nu. 2.*

Ad introducendam verò consuetudinem, quę non sit contra ius sufficiunt decem anni *Abb. in c. cum sint homines num. 6. de decim. Achil. decis. 3. nu. 3. de decim. Pur. decis. 150. nu. 5. lib. 2. Rot decis. 263. par. 2. diuers. Cardinal. Conalez. de cis. 107. nu. 2.*

In nostro autem casu consuetudo, quòd Camerarius habeat secundam, & locum in Capitulo cum sit Canonicus, & præbenda Canonicali potiatur, ne dum non est contra ius, imò secundum ius, sed benè est contra ius, quòd Decanus sine præbenda habeat vocem, & locum in Capitulo, vt latè superius probatum fuit.

Trigesimosecundò, nõ sunt attendendæ dictæ literæ, licet elapsum fuerit antiquissimum


image
not
available

vt dictum est, possit introduci etiam contra ius, sed intraret solum, quando ageretur de præscriptione, & in hoc differunt consuetudo, & præscriptio, quia in consuetudine introducenda non requiritur bona fides, secus in præscriptione *Aegid. Bellam. cons. 7. nu. 7. & 9. relatus à Tusch. concl. 801. nu. 6. Bero. cons. 115. nu. 107. lib. 1. Purpurat. cons. 315. nu. 18.*

Trigesimoseptimò, nec etiam in consuetudine introducenda requiritur titulus, quamuis agatur contra superiorem, & Episcopum *Calderin. cons. 46. quod est 8. de consuet. Franc. in c. non est num. 3. de consuet. lib. 6. Bellam. d. cons. 7. nu. 9. Alex. cons. 134. num. 3. lib. 4.*

Trigesimo octauò, non iuuaret D. Dulphum allegare, quod bona fides, & titulus requiratur, ex quo videatur agi contra particularem suam personam; Quia respondetur, quòd imò consideratur solum tanquam de corpore Ecclesiæ, & Capituli, & propterea in concernentibus Ecclesiam, & Capitulum potest introduci consuetudo in præiudicium aliquorum de dicto Capitulo; sic videmus validè posse introduci consuetudinem in vna familia, ne fœminæ succedant extantibus masculis *Ias. in l. omnes populi col. 9. num. 42. ff. de Iust. & iur. Bocr. q. 55. num. 29. Natt. cons. 503. nu. 15. Pancirol. cons. 1. nu. 99. Menoch. cons. 251. nu. 18. Lofred. cons 14. Ruin. 19. nu. 6. & cons. 34. nu. 5. lib. 1.*

Et sic patet in hoc exemplo, quòd per viam consuetudinis præiudicatur aliquibus particularibus, etiam sine titulo, & bona fide; Sed est expeditum, quòd Capitulum potest introducere consuetudinem, quia potest statuta facere, *Calder. cons. 2. nu. de const.* præsertim quia Capitulum habet iurisdictionem *Bart. in l. omnes populi ff. de Iust. & iur. glos. & DD. in l. 1. ff. de iurisdict. omn. iudic.* quamuis etiam si non haberet iurisdictionem, tamen posset condere statuta *Natt. cons. 12. in princ. Ias. in d. l. omnes populi num. 6. 7. ff. de Iust. & iur. Ofasch. decis. 17. num 1.* cum cæteris, de quibus apud *Los. de tract. de iur. vniuers. cap. 15. num 3.*

Et qui potest facere statuta, potest etiam consuetudinem introducere *Bald. in l. secunda in 1. & 3. opp. C. quæ sit longa consuet. Bero. cons 28. nu. 50. lib. 3. Natt. cons. 431. num. 10. lib. 2. Cranet. cons. 136. nu. 6* alios congerit *Plag. de consuet. q. 7. num. 2.*

Trigesimononò, alia, quæ de præscriptione adduntur ex antedictis tolluntur, quia non de præscriptione, sed de consuetudine agitur, in qua nec etiam est necessarium probare scientiam, & patientiam eius, contra quem introducitur, vt Pars prætendit, ita ex *Bero. tradu. Tus. h. concl. 801. num. 22. lit. C.*

Quadragesimò, quandò agendum esset de bona fide (quę in nostris terminis ad rem non facit) adhuc sufficiunt coniecturæ ad illam plenè probandam, *l. 3. §. si seruus, ff. de acquir. possess. Alex. cons. vlt. vol. 1. Bart. & DD in l. Celsus, ff. ac vlucap. Paris. in cons. 112. nu. 52. vol. 1. Alb. in cons. 28. nu. 3. Cranet. de antiq. temp. par. 1. §. quæritur etiam nu. 40. & 41. Bald. in cons. 20. nu. 4. & 5. vol. 5. Dec. in cons. 266. 267. & 275. Aretin. in cons. 130 Rol. à Val. in cons. 3. nu. 94. vol. 1. Socin. Iun. cons. 144. num. 48. vol. 1. Asflict. decis. 369. num. 8.*

Sed nos nedum habemus coniecturas, sed certissimam probationem, siquidem attentis constitutionibus Capituli Camerarius habet iurisdictionem, & auctoritatem maximam, vnde Capitulum potuit arbitrari illum esse præferendum, quia habens maiorem iurisdictionem meretur prælationem cum dignior sit *l. ex agentibus C. de Princip. Agentib. in reb. lib. 12. c. Statuimus de maior. & obed. c. cum olim de consuetudine c. solita de maior. & obed. glos. in §. aliam verb. alterni inst. de bonorum possess. Ioan. Stephil. in tract. de gratijs expect. statuis 6. par. princip. num. 38. Marzar. cons. 26. nu. 9. Bombin. cons. 22. nu. 3. Menoch cons. 57. nu. 3. Natt. cons. 577. nu. 1.*

Se-

Secundò illa omnia, quæ deducta fuerunt contra literas prætensas possunt deseruire pro argumentis bonæ fidei, quæ inducitur etiam ex errore Iuris, & ex quibuscunq; causis vtcunq; temerarijs *l. 1. in fin. vbi gloss. C. vbi caus. stat. Dec. cons. 95. num. 15. Gratian. cap. 17. nu. 15. Cyriac. contr. 196. num. 104. fol. 861.*

Tertiò constat de titulo Camerarij, tum ex dictis constitutionibus, tum ex partito anni 1535. & propterea titulus etiã putatiuus, & coloratus inducit præsumptionem bonæ fidei *Bald. in d. l. 1. in fin. C. vbi can. Stat. Iaf. in l. si quis ita quod col. 7. ff. de Iurisd. omn. Iudic. Menoch. de recup. possess. remed. 13. num. 34. & 35.* vbi testatur de communi *Cranet. cons. 6. nu. 119. Couarru. in c. possessor. p. 4. §. 8. nu. 4. de reg. Iur. in 6. Gratian. cap. 194. num. 17. & seqq.*

Quartò, quia effluxit tempus plusquam triginta annorũ, per quod similiter inducitur bona fides, etiam absq; probatione tituli *Gabriel. cons. 1 64. num. 14. lib. 1. Gratian. cap. 644. num. 361.*

Quadragesimo primò, Retorquetur argumentum ide mala fide, quia stante inualiditate tituli D. Dulphi, succedit mala fides præsumpta, quæ non admittit aliquam præscriptionem etiam temporis immemorabilis, *Franc. in c. 1. in fin. de præscript. in 6. Cranet. cons. 146. nu. 2. Gabriel. cons. 163. num. 17. lib. 1. Hondeed. cons. 82. num. 41. & seqq. lib. 1.*

Quadragesimo secundò, Dicit D. Dulphus in sua informatione, quod maior pars Vniuersitatis potest præiudicare, & disponere de Iurib. Collegij ex *Bero. in cap. cũ omnes de constit. num. 79.* Imo subdit tantam esse Capituli facultatem, vt si contra dispositionem statutorum fecisset, diceretur dispensasse, & statutis derogasse per *text. in c. cum accessissent vbi Abb. in vers. distingue ergò extra de const.*

Retorquendo igitur istam cõclusionem contra eundem D. Dulphum dicimus, quòd Capitulum de anno 1535. potuit præiudicare per suam cõstitutionem d. D. Decano tollendo ipsi ius præcedentiæ, & redintegrando Camerarium ad antiquum eius statum.

Quadragesimo tertiò, additur aliud principale fundamentum, quòd erector huius asserti Decanatus illum vniuit Canonicatui, quem tenebat olim R. D. Camillus Dulphus eius Nepos, vnde succedit, quòd Decanatus fuit suppressus, & Dos assignata pro dicto Decanatu debet censeri Prædium Canonicatus, cui facta fuit vnio, *Oldrad. cons. 257. num. 15. Felyn. in c. in nostra de rescript. corol. 33. Cacciatup. art. 8. q. 11. & seq. Silua. de benef. 3. p. q. 12. c. 4. qualitate num. 20. Sarnen. in reg. de triennali q. 8. & de infirmis q. 15. Rebuf. in praxi in forma nouæ prouisionis verb. cum annexis, Mand. in reg. 19. q. 10. num. 2. & 3. & reg. 22. q. 13. num. 18. Ferret. cons. 125. num. 1. & 236. num. 1. & 242. num. 5. 6. & 7. Rot. decis. 11. de reb. Eccl. in antiq. Cassad. decis. 2. nu. 2. de vnio, & 13. p. num. 1. super reg. Pus. decis. 6. de vnio, Caputaquen. decis. 349. part. 3. Rot. decis. 758. nu. 6. par. 1. & decis. 133. num. 16. par. 2. diuers. Barbos. de off. & potest. Episcop allegat. 66. nu. 34.*

Et propterea attenditur tantum qualitas, & natura beneficij principalis, non autem annexi, *gloss. in Clem. per literas verbo Ecclesias*, vbi *Cardinalis num. 17. Imol. num. 5. Abb. num. 5. Bonifac. num. 20. de prabend. Barbos. vbi supra num. 36. Coras. de benefic. par. 1. cap. 3. nu. 1.*

Et beneficium vnitum assumit naturam eius, cui est annexum *Garc. de benef. par. 12. cap. 2. nu. 17. Gonzalez. ad reg. 8. cancel. §. 7. num. 2. Barbos. de off. & potest. Episc. d. allegat. 66. n. 37.*

Et per vnionem supprimitur beneficium vnitum, & omnia transferuntur in illud, cui fit vnio, *Seraph. decis. 1009. nu. 4. Barbos. d. allegat. 66. num. 38.*

Et

Et beneficium vnitum perdit propriam prærogatiuam *Nauar. conf.* 10. *num.* 2. 3. *de maioritat. & obedientia Gonzalez. d. gloss.* 5. §. 7. *num.* 2. *Gut. c. de benef. par.* 12. *d. cap.* 2. *num.* 18. *vers. & perdit propriam.*

Et propterea in nostro casu, cum Decanatus, & eius Dos fuerit vnita Canonicatui, & Canonicatus non esset de iure Patronatus Nobilium de Dulphis, sequitur, quòd omnia iura, tam Patronatus, quam stalli in Choro, vocis, & sedis in Capitulo, & alia cuncta, quæ Decanatui annexa prætendebantur, fuerint penitùs extincta.

Quadragesimoquartò, & vltimò forma rescripti per Episcopū Amerinum facti erat ad vnguem obseruanda, *l. diligenter, ff. mandati, c. cum dilecta*, vbi plenissimè *Felyn. extr. de rescript.*

In tantum, quòd si forma non fuit seruata, quicquid in executione factum est nullum fuit *c. cum olim vbi Abb. de off. delegati Alex. cons.* 57. *col.* 1. *lib.* 7. *Dec. cons.* 693. *num.* 10. *Gaud. Pap. decis.* 70.

Quod est generale de omni actu, qui redditur nullus propter formam nō seruatam, *l. mantus. l. qui bacchi, ff. de iudi. & demonst. Tiraquel. in l. si vnquam verb. reuertatur. num.* 67. *C. de reuoc. donat. Roland. cons.* 30. *num.* 3. *lib.* 3. *& cons* 72. *num.* 54. cum alijs relatis à *Barb. d. axiom.* 100. *num.* 3.

Verum forma dicti rescripti fuit, vt Decanatus haberet præbendam, & vocem, ac locum in Capitulo; nam semper vbi disponitur præter ius, & multo magis contra ius (vt hic) cenſetur inducta forma, *Rol. cons.* 72. *num.* 61. *lib.* 3. *Virgil. Boccat. in consil. March. gloss.* 6. *num.* 163. *& num.* 165. *Barbos. d. axiom.* 100. *sub nu.* 2. *vers. quinto si aliquid.*

Et tantò magis hæc omnia debent censeri formalia, quia (vt superius dictum est) habere vocem, & locum in Capitulo pendet à cōsecutione præbendæ, & propterea remota præbēda remouetur essentia iuris habendi vocē, & locū in Capitulo.

Est autem regula iuris certissima, quod forma est de genere indiuisibilium, *l. si veritas, C. de haeticom. Tiraq. de iure maritt. glos.* 6. *num* 4. *Molin. de primog. lib.* 1. *cap.* 9. *nu.* 7. *Paris. de resignat. benefic. lib.* 8. 9. 8. *num.* 94. *Gonzal. ad reg.* 7. *Cancel. gloss.* 18. *nu.* 76. *cum seqq. Cald. Pereir. de potest. elig. nat cap.* 7. *num.* 13. *prope fin. Escob. de variet. cap.* 11. *nu.* 19. *Ant. Mouarb. Lucen. decis.* 18. *nu* 2. *&* 3. *Rot. decis.* 30. *num.* 3. *par.* 1. *recent. Barbos. d. axiom.* 100. *num.* 14.

Et propterea debet non in parte, sed in totum adimpleri, alias si in parte quamuis minima non adimpleatur in totum actus corruat, *l. cum hi, §. si prator, ff. de transact. Dec. cons.* 532. *nu.* 4. *&* 5. *Ias. cons.* 165. *in fin. lib.* 2. *Gam. decis. Lusit.* 45. *nu.* 3. *Rot. decis.* 671 *nu.* 2. *par.* 1. *recent.* alios multos refert, & sequitur *Barbos. d. axiom.* 100. *num.* 15.

In præsenti autem casu D. Decanus illius temporis consensit, quòd præuia renunciatione distributionum, & præbendæ admitteretur à Capitulo, & sic nec ipse, nec Capitulum adimpleuerunt in totum formam gratiæ, quo fit, vt ipsa in totum corruerit, & consequenter, nec Decanatus, nec reseruatio Iuris Patronatus, nec stallum in Choro, nec vox, nec locus in Capitulo nullatenus remanserunt in esse.

Vbi autem superius dixi tunc demum tempus immemorabile, vel longissimum suffragari in materia Iuris Patronatus, si nō exhibeatur titulus inualidus erant apponendæ doctrinę id in puncto probantes, sed errores Impressoris fuerunt omissæ, & propterea eas hic addo nempè *Paris. de confident. q.* 28. *nn.* 240. vbi refert resolutionem Sacræ Congregationis Concilij 2. Aprilis 1573. *Fontan. de iur. Patron. lib.* 11. *cap.* 5. *num.* 38. *Barbos. ad Concil. Trident. siss.* 25. *de reform. cap.* 9. *nu.* 18. vbi allegat *Gonzalez. Prosech. & Manic.*

CON-

CONTROVERSIA CXXII.

Responsio ad Excellentiss. D. Pyrrum Pontum in eadem Causa.

SVMMARIVM.

EPiscopus potest erigere nouam Dignitatem, dum ab vniuersa Ecclesia alibi fuerit approbata, nu. 1.

Cap. cum accessissent ext. de Constit. declaratur, nu. 2.

Glosa in c. cum olim ext. de consuetud. declaratur, nu. 3.

Archidiaconatus & Decanatus Dignitas de iure sunt æquales, nu. 4.

Romanus Pontifex tantum sibi reseruat primam Dignitatem in Collegiata, nu. 5.

Decanatus est Dignitas, & in pluribus Ecclesijs prima, nu. 6.

Etiam quod non haberet Iurisdictionem, nu. 7.

Dignitates sunt de Capitulo, nu. 8.

Camerarius Capituli ad instar Quæstoris nullam habet Dignitatem, nec Iurisdictionem, nu. 9. & 11.

Qui appetunt quod sibi non conuenit appellantur Spudarchæ, nu. 10.

Iurisdictio quid sit, nu. 12.

Assessor non dicitur in Dignitate, n. 13.

Iuspatronatus non potest donari cum licentia Vicarij Episcopi, nu. 14.

Locumtenens habet eãdem potestatem, nu. 15.

Legatus de Latere dicitur sumptus de Latere Papæ, nu. 16.

Gratia Principis etsi intelligi debeat sine præiudicio tertij, nihilominus de præiudicio non curatur, dum dispositio principalis aliud continet, n. 17.

Non potest dici Gratia, si non aduersetur dispositioni iuris communis, nu. 18.

Præscriptio non currit nisi à die adepta possessionis, nu. 19.

Non est disputandum de beneficijs, & iure patron. erectis ante Sacrum Conc. Trid. per 40. & vltrà annos, nu. 20.

Mantica decis. 114. declaratur, nu. 21.

Aliud est quod quædam sint communia pluribus vt singulis, vel singulis vt vniuersis, nu. 22.

Consuetudo mala non attendenda, n. 23.

Etiam si sit immemorabilis, nu. 24.

Aduersus præscriptam primam consuetudinem præscripta debet esse & secunda præsumpta consuetudo, n. 25.

Et ad eam inducendam requiritur contradictio, nu. 26.

Consuetudo veritati contraria non est attendenda, nu. 27.

Adsit Deus, & Virgo.

MVlta per scribentem ex aduerso adducuntur, nihil operantur, nam respondetur gradatim. Primò dicitur fuisse per litteras patentes ex Illustrissimo Senatu habitas doctum Reuerendissimum D. Naccium Episcopum Amerinum

Amerinum fuisse Locumtenentem Generalem Eminentiss. D. Card. Vrsini alias Bononiæ, Romandiolæ, & Exarchatus Rauen. de Latere Legati, & quod ipsemet Legatus haberet facultatem erigendi, & prouidendi circa beneficia Ecclesiastica in Ecclesia S. Petronij, *Rota* penes *Manticam decis.* 322. *nu.* 6. *vers. peritude & probant.*

Quod etsi Legatus de Latere concurrat cum Episcopo, vt fatetur ex aduerso Scribens, & Episcopus non possit erigere nouas Dignitates, ex *Barbos.* qui cæteros allegat in *tract. de Canon. & Dignit. cap.* 4. *num.* 2. Respondetur id non legi, imò contrarium desumi, dum permittit Dignitatem iam ab vniuersa Ecclesia admissam, posse nedum per solum Episcopum, sed & per Capitulum creari, sed vniuersa Ecclesia admisit Dignitatem Decanatus, vt legitur in *cap. ex parte Decani ext. de rescriptis, & alibi*, ergo retorquetur; loquuntur enim *Barbos.* & allegati, quando Episcopus vellet erigere Dignitatem ab Vniuersa Ecclesia non approbatam, vel Dignitates maiores, vt Cardinalatus, & sibi similes, vt infra dicetur, cum tantum Papæ id cõcessum sit, & *text.* allegati sic probant; nam primò *text. in cap. cum accessissent de constit.* loquutus est de renouanda Primiceriatus Dignitate, quæ per Papam fuerat sublata, & bona Primiceriatus per Canonicos diuisa, de eorumque agebatur præiudicio, ibiq; adnotatur esse in potestate Capituli nedum constituere, sed renouare Dignitates sublatas in finalibus verbis ibi, *nisi postea dicti Canonici conuenerint aliquem, videlicet in Primicerium eligendo*, & ibi *Abbas cel.* 3. dat exemplum prohibitionis, si quis vellet creare Dignitatem omninò nouam, pro vt Cardinales in sua Ecclesia, aliasq; Dignitates solitas admittit, & ibi ad litteram *Abb.* dicit etiam cessante auctoritate Papæ, quod quis potest instituere Præbendas, & Dignitates, nec Capitulum potest dictas dignitates diminuere sine auctoritate fundatoris, vel hæredis, & dicit Episcopum non posse Statutum beneficij immutare, nec facit id, quod dicitur *ex Glos. in cap. cum olim extr. de consuet.* quia primò *glosa* non decidit, secundò ibi requirebatur licentia Papæ, quia Capitulũ, & Canonici erant discordes, vt magistraliter dicit ibi *Abb. in col.* 1. & *in col.* 2. sic ratiocinatur, *nunquid Episcopus omni causa cessante possit constituere in Ecclesia Dignitatem, & D. Antonius concludit, quod possit, ex quo non fit præiudicium alteri, & hoc tendit in augumentum Cultus Diuini, & Ego id admitterem*; & si dictus Aduocatus animaduertisset *Glosam allegatam in cap. omnes dist.* 22. loquitur de Dignitatibus Prælatorum, ibi scilicet *Prælatos, & Patriarcas*, & ibi agitur de petra fundamentali Ecclesiæ, & de verbis Christi, imò ibi *Turre crematam in d. distinct.* 22. *nu.* 6. *sic loquitur, glosa hic sumit argumentum, quod solus Papa possit instituere Dignitates, sed oppositum habetur in c. cum olim. ext. de consuet. & in c. cum accessissent de constit. sed breuis solutio est, quod inferior Papa non potest Episcopalem, aut superiorem instituere, nec Dignitates insultatas, vt Cardinalatus in aliqua Ecclesia, aliam verò vsitatam potest*, nec in libro meo *Decius in d. c. cum accessissent* habet numerum allegatum 38. & vlterius videre poterat Aduocatus resolutionem *Barbosæ, qui & alios allegat. de Can. & Dignit. in d. c.* 4. nam relatis præd. & alijs allegatis per eum *nu.* 2. & *nu. seqq.* & ipse distinguit, prout supra, quod Dignitas possit sine licentia Papæ creari, si fuit communiter instituta pro Vniuersa Ecclesia, prout sunt *Archiatraconatus, Archipresbyteratus, & similes*, quod verbum similes scribere omisit, nam illud verbum similes denotat etiam Decanatus Dignitatem, primò, quia Archidiaconatus, & Decanatus sunt æquales, vt dicit *Luc. de Penan tit.* 26. *C. de Decanis lib.* 12. *in principio.* Secundò cum hæc Dignitas ab vniuersa Ecclesia fuerit cognita, ergò vt ipse *Barbosa determinat nu.* 4. *quod potuit erigi*, item, & omnes dignitates nouæ à Romana

Ecclesia approbatæ, & in Collegiatis, & Cathedralibus, ita etiam probat *Imol. à Barbos. allegatus in d. c. cum accessissent nu. 4.* qui sic & ipse distinguit, *aut Capitulum cum consensu Episcopi vult creare nouam Dignitatem in Ecclesia, quæ alias non reperitur instituta per Ecclesiam Romanam, & tunc non potest sine licentia Papæ, aut vult creare Dignitatem alias institutam per Ecclesiam Romanam pro qualibet Ecclesia, & tunc etiam sine licentia poterit Capitulum cum consensu Episcopi creare in Ecclesia Dignitatem.*

5 Ijs etiam vno verbo potest responderi, quod in *Reg. 4. Cancellaria* solum primam Dignitatem in Collegiatis Summus Pontifex sibi reseruauit (qualis est in hac S. Petronij Primiceriatus) vt per *Barbos. de offic. & potestate Episcop. parte 3. alleg. 37. num. 94.*

6 Nec dicatur Decanatum non esse Dignitatem, sed solum Archidiaconatum, & Archipresbyteratum, nam vt supra fuit responsum ex *Luc. de Pena*, imò nonnulli voluerunt esse primam Dignitatem post Principalem, vt per *Mantiq. de præcedentia cap. 5. an. 3.* & melius *cap. 21. nu. 1.* sic dicens, in Ecclesia, vbi non est prima Sedes, est primus, qui sequitur, nam dicitur Decanus, idest, qui primus est, iuxta *Cæsarem tract. de Ecclesia Hierarcali disput. 12. §. 2. nu. 9.* nec *Barbos. in d. Allegato c. 4. nu. 5. de Canon. & Dignitat.* nec *Aretinus cons. 23. n. 4.* nec *Federicus de Senis cons. 80. nu. 2.* nec *Pacian. de probat. lib. 2. c. 27. nu. 8.* nec *Tusc. non habens conclusionem desuper. tam*, nec *Rot. penes Puteū decis. 89. nu. 1. lib. 3.* nec *in decis. 326. p. 2. diuersorum* affirmant non esse Dignitatem, & licet dicant *Pacianus & Puteus* Archidiaconatu, & Archipresbyteratus nomen sonare in Dignitatem non excludunt Decana-
7 tum, quando in Constitutione fuit habitus, & creatus pro Dignitate, & *Pacianus nu. 47.* dixit cessante consuetudine, vel constitutione, & si aliter diceretur exclusa etiam esset Dignitas Primiceriatus, quam meritò tenet Sapientiss. & Reuerendiss. Iudex in hac causa, & est prima in hac Ecclesia, & reperitur etiam Primiceriatus in Cathedrali de iure patronatus Illustriss. DD. de Campeggijs, & *Puteus* loquitur de Cantore, & id pariter affirmauit; nec vnquam vidi relata m opinionem *Barbosæ.* pro vt est, nam admittit Decanatum esse Dignitatem, etiam quod non haberet Iurisdictionem, dum pro tali habetur in Ecclesia, imò vt talis fuit constituta Dignitas, & à Summis Pontificibus pro tali affirmata, ex his ergò videtur non subsistere conclusio, quod nec Episcopus, nec Legatus possint erigere Dignitatem Decanatus, nam cum non sit prima, corruit etiam alia conclusio, quod erigendo similem Dignitatē dicatur Legatus ius statuere, pariterqi vanum est, quod dicitur Legatum de Latere non posse dare vocem in Capitulo, prout secundam habet Decanus, nam minimè legitur prohibitum, & dum potuerunt tūc Legati erigere dignitates, potuerunt etiam eis tribuere Iurisdictionem, prout eis libet, & *Barbosa*, & alij id non vetant, & dignitates posse dare vocem in Capitulo ex Statuto, priuilegio, & consuetudine ipse affirmauit in *eodem*
8 *tract. de Canon. & Dignitat. Allegato cap. 37. num. 8.* quod, & admittit *Sacra Rota* ibi memorata, & in puncto, quod Decanus, & aliæ Dignitates sint de Capitulo ex Statuto, vel consuetudine dixit *eadem Rota decis. 708. nu. 3. par. 2. in recentioribus*. cessant etiam notata in tertia consideratione, quia in acceptatione R. D Floriani Dulphi de Gonzaga antiqui constat non fuisse sublatam portionem Canonicalem, & ex superius expressis remanent etiam vana, quæ dicūtur in *capitibus 4. & 5.* minusque legitur Camerarium concurrisse cum Dignitatibus, sed hæc fuit vanitas Domini N. & si tentauerit vltimo loco Camerarium vsurpare locum, qui sibi nullo iure conuenit, nam vellet præferre officium quodammodò seruile
9 Dignitatibus, & de Camerario sic scripsit *Plin. de cururibus lib. 3. cap. 5. unde hac*

ano

duo prima genera Camerarium, & Plebeium, quod humi regit, Camerarium genus cucubitæ vocat, quod in pergulis arrepit in hortis, non quod humi serpit, & Vill. lib. 4. cap. 2.
nominat Quæstorem erarij, vel Camerarium pecuniæ *lib. 7. cap. 17.* vel Camerarium Bursæ cõmunis sic refert *Iacob. Bergamin. in memorial. linguæ verb. Camerarius.* Quæstor enim nullam habet Iurisdictionem *Azoan sum. in tit. de off. Quæst. Alberic.*
10 *Angel. & Fulgos. in l. unica ff. cod.* & dicit *Spec. in tit. de pœniten. & remission. nu. 1.* quod quæstores dicuntur, quia quæstus faciunt, nec in alio debent se ingerere, & *Hud. de Petr. Greg. Fab. Maximil.* non faciunt ad rem, imò omnia retorquentur, cum Camerarius seruus vellet præcedere Dignitati, quod vnquã fuit cogitatum, in tantum, vt *Gratianus allegʒ. c. 284. nu. 34.* similes appellet *Spadarchas*, probant etiam præcedentiam Nobilissimi Testes, & Illustris. & Reuerendiss. Dom. Bouius alias Primicerius, vt in processu, nec in Constitutionibus reperitur Camerarium habere Iurisdictionem; & in *Constit. in rub. 15.* sibi datur tantum auctoritas licitandi ve-
11 ctigal Plateæ, & reditus Ecclesiæ exigendi, & ad instar Economi, & Factoris retinendi computum solutionum punctaturarum, & similium, & ibi legitur distincta Auctoritas Reuerendiss. Primicerij à sua, lectisque præcedentibus capitulis *rub. 8. rub 9. rub. 10. rub. 11. rub. 12. rub. 13.* in quibus Camerarius nominatus est, nullam potui discernere Iurisdictionem sibi attributam fuisse, sed potius deputatur Exactor, & Executor retinens pecunias punctatorum, & eorum, qui in obligatione Chori, & similibus defecerunt distributiones, vt ibi legitur; minusque potui ex
definitionibus Iurisdictionum ante tit. de Iurisd. Io. nn. Index in ff. vet. Specul. Alberic. in tit. de Iurisd. & Bart. distinguente in l. 1. ff. de offic. eius, cui mand. eſt iurisdict. desumere
12 aliquid quod possit attribuere Iurisdictionem Camerario. *Iurisd. enim secundum Azon. relat. ab eodem. Spec. in tit. de Iurisdict. omn. Iudic. Hostien. in sum. in tit. de for. compet. & Bald. in cons. 483. lib. 1. cit pereſtes de publico introducta ne cessitate Iurisdicendi, & æquitatis statuendæ,* & vt subiunxit ibi addens *Io. And. ad Spec. ac cum Iudices dandi licentia,* hæc etenim Camerarijs non leguntur concessa, videmus etiam
13 quod licet Assessor propria auctoritate in criminalibus possit dare mandatum de capiendo, non dicitur habere iurisdictionem, & non dicitur esse in Dignitate *Baldus in l. primaſſ. de officio Assessoris; Paris. de Puteo in tract. de Sindicatu in S. Assessor, nu. 28.* quomodò ergò poterit dici habere Iurisdictionem, & in Dignitate constitutus ille, qui haber officium (vt ita dicam) seruile, & est Exactor? videmus enim in Monasterijs adesse vltra Priorem, seu Abbatem, Camerarium, seu Exactorem, Procuratorem, & similes, & neminem esse in Dignitate, exceptis Abbate, Priore, Prouinciali, & Visitatorib. Quæso Illustris. & Reuerendiss. D. meus cogitet, quod ex ista vanitate prædicti D. N. pullulata est hæc vana in Capitulo præcedẽdi prætensio cum totius Capituli grauissimis expensis ad damnũ illius, & Mansionariorum, & si posset dici de Iurisdictione, Nonne habet maiorem Decanus, qui absente Reuerendiss. D. Primicerio locum eius obtinere debet? vt in patentib. litteris
14 constat, & licet ex prædictis appareat omnibus scriptis responsum; nihil minus additur, quod ea, quæ dicta sunt *cap 7.* non applicantur, nam disponunt non posse donari Iuspatronatus sine licentia Episcopi, in tantum vt non sufficiat Vicarij licentia, vt videri potest *in alleg. decis 576. p. 1. in recent. & in decis. 237. nu. 5. & 252. nu. 1. par. 2. in recent.* verbum quidem de hoc non inueni, imò *in decis. 237.* allegatus numerus non legitur.

Ad Cap. 8. 9. 10. 11. 12. 13. & 14. iam dictum fuit fuisse productã amplissimã Reuerendiss. Naccij auctoritatẽ, & prius Sanctiss. Papa dederat eo modo, prout legitur, vt in constitutionibus, quarum copiam habeo.

Addamus Locumtenentem habere eamdem Iurisdictionem, & potestatem, quam
15 ille, qui cum subrogauit *Bald. in l. 1. S. à præfecto vero prætorio ff. de leg. 3. Calirensis. l. mandata ff. de offic. eius in fin. Clar. in §. fin. q. 40. n. 3.* & eò magis D. Naccium cum Eminentiss. Vtsinus tunc Legatus plurium Ciuitatum vbiq; esse eodem tempore non posset, *& Barbos. in memorata alleg. 54. de offic. & potest. Episcop.* in deputatione Vicarij Episc. denotat sibi datam esse potestatem erigendi, & reformandi, vt *num. 56.* multa etenim est differentia inter Vicarium Episcopi, & Locumtenentem Gene-
16 ralem Ciuitates Gubernantem, poterat ergò potius Locumtenentem assimilare Suffraganeo Archiepiscopi, qui habet eamdem facultatem, notatur *in c. 1. extra de for. compet. & in c. 1. extra de offi. Ordin. Genuen. in prax. Neapolit. c.* 70. videmus enim quod Reuerendiss. Vicarius Episcopi non habet facultatem, & potestatem conferendi Episcopos, & ordinandi in Sacris, & multa alia, quæ hodiè practicantur, sed Reuerendiss. Suffraganeus loco Episcopi ea adimplet, & id magis in Legato à Latere quì maior est Episcopo, nam Sanctiss. Papa, & Eminentiss. Cardinales faciunt vnum corpus, cuius Papa est caput, & Cardinales membra, adeòut si aliquis assumatur de Cardinalibus, vt mittatur Legatus, dicitur sumptus de Latere Papę *Barbat. in prælud. de Card. Legat. à Latere nu. 3.* Nonne in quinquaginta annis, & vltrà vidi absente Legato, Vicelegatum facere gratias cuiuscunque generis? & Ego interuenì tempore Illustris. Horatij Spinolæ, qui postea fuit Eminentissimus, Illustris. Episcopi Vigleuanen. Landriani, Illustris. Sangri, & aliorum, & temporibus præteritis in illis paucis diebus, in quibus post recessum Legati remanet Vicelegatus in Ciuitate Bonon. prædicta enim omnia leguntur in Cancellaria Eminentiss. Legati penes D. Vespesianum Monaldinum Cancellarium.

Ad Caput 15. quod Legatus non potuisset facere hanc erectionem cum præiudicio tertij, & quod si potuisset, non sit credendum talem Auctoritatem dedisse Vicario,

Respondetur primò non agi de præiudicio tertij, cum Camerarius videatur seruus, & simplex Exactor vt suprà, nec vnquam antè erectionem Decanatus probatur Camerariùm alicui Dignitati præcessisse, prout nec hodiè eis præcedere debet, & de solito attestati fuerunt Nobilissimi, Illustrissimus, & Reuerendissimus D Bonius alias Primicerius, & Domini Visinus Vrsius I. V. D. Collegiatus, & Franciscus Bolognertus Senator, qui ambo fuerunt Canonici Sancti Petronij in eorum attestationibus, & semper antè modernum Camerariùm, Camerarius sedebat ad locum suum de tempore Canonicatus,

Secundò fuit doctum etsi de præiudicio actum esset ex auctoritate vt suprà expressa, id potuisse fieri ad præiudicium sum, & nihil penitus afficere auctoritates allegatas, nam primò *Menoc. cons. 133.* nõ loquitur, nec habet numerum expressum, *Decius* aliter determinat, si extet voluntas, & declaratio.

Seraphinus allegat. decis. 398. concludit verè intelligi in gratia Principis clausulam sine
17 præiudicio alterius, sed adiecit, quando potest stare cum principali dispositione ergo retorquetur, cum dispositio sit clara, minusq; haberet Decanus secùdam vocem, si primam Reuerendiss. Primicerius, & secundam Camerarius, & sic litteræ patentes redderentur inanes.

Et *Rota decis. 226. p. 1. in recent.* non loquitur, vt allegatur, & *Barbosa* loquitur de clausula si preces veritate nitãtur, iuxta tamen expressionem D. Floriani, qui fuit Erector Decanatus, cum consensu Reuerendiss. D. Naccij nullum mendacium potest desumi, cum expresserit esse paratum constituendo Dotem erigere primam post Primiceriatum Dignitatem sub nomine Decanatus, prout obtinuit.

Nec

Nec potest dici, quod talis consensus Episcopi sit gratia facta D.Floriano, eò quod nihil fuit factum contra dispositionem iuris, vt supra demonstratur, quo casu
18 non potest dici de gratia *c. gratia, c. si gratiosè, & ibi glos. ext. de rescript. Socin. cons. 260. nu. 9. lib. 2.* gratiam enim fecit Capitulo D. Florianus erigendo d. Dignitatem in d. Ecclesia ad honorem R. Capituli, & in maiorem cultum Dei, ridiculum quoq; est dicere cum difficultate Principem fuisse concessurum cum ambiant Sanctiss. Pontifex, & omnes Prælati Ecclesiastici, vt melius, & honorificentius Ecclesia Dei honoretur, nec dicatur non fuisse obseruatum, quia iam super hoc fuit scriptum, & doctum, quod post Reuerendiss. Primicerium antè Camerarium ipse præcedit, & primus sit Reuerendiss. Primicerio absente, vt affirmant dicti testes dicentes Camerarium ad locum suum secundum ordinem Canonicatus sedisse; & in facultate D.Marcelli vltimi fuit stare in loco sibi placito, vt alias scriptum est, vltra quod id non præiudicat moderno Decano, nec præ-
19 scriptio currit, nisi à die, quo ipse in possessione est, ex his, quæ notantur in *c. si Sacerdotes 16. quæst 3. Balb. in tract. de præscript. in 5. p. principali §. 1. nu. 8. & melius quæst. 2. nu. 4.*

Ad id, quod D. Florianus antiquus non fuerit in possessione negatur, si videantur libri Notariorum, & Capituli, & nihil refert, cum omnes Successores præcesserint, & tempore, quo omnes, qui in Capitulo recipiebantur erant Nobiles omnes, Decanũ, etsi Camerarij essent præcedere permiserunt, postquã autem D.N. in Canonicorum numero per resignationẽ à Nobili Vito ascriptus fuit, hæc præsumpsit, quæ vnquam fuerunt à D. Marcello curata, stante eius facultate, omnisque illius patientia Moderno Decano non præiudicat, minusque tempus attenditur, nisi à die possessionis Moderni Decani captæ, dum esset minor 18. anno, prout est hodie 25 vt supra dixi ex *glos. & DD in d. c. si Sacerdotes 16. quæst. 3.* Et his etenim destruuntur ea omnia, quæ scripta sunt vsque ad 25. Caput inclusiuè.

Tolluntur etiam alia scripta ex facto, nam productũ fuit instrumentum acceptationis factæ per Capitulum de d.R.D Floriano primo Erectore Decanatus, nec aliquid obreptum, nec subreptum legitur, vltra quod fuit, & est vt dixi vanitas D. N. & aliorum Sequatium dicere de Iurisdictione Camerarij, & præcedentia, cum vnquam ipse ante erectionem Canonicatus præcesserit vt suprà, & ad cætera obiecta, vltra quod in facto, nec in Iure subsistant sufficiat dicere effluxos esse
20 quadraginta annos ante diem *Sacri Concilij Tridentini decis. 4. nu. 4. p. 2. in recent.*

Et quià ad *Cap. 26.* manu signatur nullam fuisse erectionem Decanatus cum consensus simultaneus Episcopi, & Capituli requireretur ad *Manticam* omninò videndum *decis. 114. num. 5.* rogo, vt rectè videatur: hic tamen describam diuersissimum fuisse *Mantica* casum, primò enim Dignitas fuit constituta sine dote *nu 1.* quod fieri non potuit, secundo cum consensu Capituli, & Episcopi fuit suppressa *nu. 2.* tertiò nouus Decanus non erat admissus à Capitulo, nisi ad professionem
21 fidei, tali enim casu concurrunt dicta in *decis. Manticæ*, sed hic non applicantur, quia dos est constituta, vnquam Dignitas suppressa, & vltra fidei professionem adepta fuit possessio, & per centum annos, & vltra pacificè continuata, nec potest in casu nostro desumi argumentum *ex l. obligari ff. de auctor. & cons. Tut.* quia ibi consideratur lasio, quæ hic non intervenit ad damnum Capituli, vt interueniebat in casu Manticæ.

Ad *cap. 27. 28. 29. & 30.* quod omnes de Capitulo deberent consentire alias fuit

recte respondsum, & *Felin. allegat. in c. cum omnes ext. de constit. facit differentiam pro ut alij, quando* quid competit pluribus non iure singuli, sed iure vniuerso, quo casu
22 maior pars sufficit, nec repetam alias per D. Herculem filium meum I.V.D. scripta, & id approbat post alios *Barbos. in d. c. cum omnes, & in tract. de Canonicis, & Dignit. cap. 38. nu. 5.* declarans sufficere maiorem partem, quando agitur de Iure singulorum separatim, & secundariò.

Ad *Cap. 31.* quod ex consuetudine ius primæum sedendi fuerit ablatum, id non dicit *Barbos. in c. 4. in tract. de Canon. & dignit.* qui *Salgadum*, & alios allegatos refert, primò enim dicit ex consuetudine, sed & adiecit vel institutione Ecclesiæ, & subiungit locum sedendi operari ad dignoscendum, quæ sit maior Dignitas, sed in casu nostro habemus institutionem, & nomen Decanatus pro Dignitate, & Camerarius non habet Dignitatem, ergo prædicta retorquentur, *Ferentil. ad Burat. decis. 903. nu. 21.* loquitur in possessorio, Nos autem agimus in petitorio.

Secundò respondetur, quod ista prætensa cõsuetudo, dato, quod esset legitimè probata non valeret, nec vllo pacto seruari deberet, & potius appellanda esset vetus-
23 tas erroris, quam consuetudo *c. mala consuetudo distinct. 8.* & ibi *Præpositus plures causas considerat, & inter alias metum vsurpationis, magnitudinem transgressionis, & inobedientiam* facit etiam *text. in c. leguntur in distinct. 93.* ibi *Diaconi Indoctissimi. Presbyteris se præferendis arbitrati sunt*, ibiq; allegatur *Dinus Hyeron ad Euagrium epist. 85. tom. 2.* & quod sit stulta ambitio, qua minor initiatur maiori præcedere post *Abb. Butr. & Imol.* dixit *Tobias Nonius tom. 1. cons. 72. nu. 24.* etiam si esset consuetudo tanti
24 temporis, cuius initij memoria non extaret, & debere esse consuetudinem rationabilem, & sanctam dicit *Gail. obser. 131. lib. 2. nu. 12. vers. 4.*

Tertiò consuetudo etiam immemorabilis à lege reprobata non attenditur, & quando lex aperte loquitur fundans in consuetudine non est audiendus, *Pisanus decis. 466. lib. 2. nu. 4. & 5. in antiquis.*

Quartò cum fuerit probatum per nonaginta, & vltra annos Decanos præteritos præ-
tessisse non obstat allegata consuetudo à tempore, quo D. Marcellus vltimus De-
25 canus vidertur ante Camerarium sedisse, quia ad hoc vt secunda cõsuetudo tollat primã præscriptam, oportet etiam ipsam secundam esse præscriptam *glos. in l. nemo §. temporalis ff. de reg. iur.* dum agitur vt hic in petitorio *Roman. singular. 43.*

Quintò ad hoc vt in acquisitione Iurium negatiuorum possint cõperere, & ab alio auelli, seu tolli iura affirmatiua duo requiruntur, videlicet prohibitio, seu con-
26 tradictio ex parte illius, qui asserit sibi competere tale Ius negatiuum, vt iunt dicti hominis, & patientia, seu admissa prohibitio, & obtemperantem ex parte illius contra quem prohibetur, & contradicitur, vt est D. Decanus habens Ius affirmatiuum ex lege, & præcedenti consuetudine, & ne pariter multitudinem Doctorum ego recitem *Guid. Pap. in decis. 631. nu. 13. & post Gabr. tom. 5. 84. nu. 6. lib. 1. Sacra Rota Pisanes Cubaler. dec. 77. nu. 6.*

Sextò nec consuetudo debet attendi, quando veritati ex statutis Canonicis est cõ-
27 traria, *decis. 265. nu. 16. p. 5. Auuerl. Ferentil. ad Burat. decis. 800. nu. 10. vbi plura ad* propositum leguntur, fuit denique hoc ad plenum in præcedentibus discussum, nec responsum fuit exaduerso, & idcirco cætera, quæ sequuntur vsque ad finem tolluntur, nec in facto, nec in Iure sustinentur, nec legitur verbum vllum, nec in *Constitutionibus*, nec in *Decreto allegato ante* 1335. quod Capitulum, aut alij habuerint animum, prout nec habebant, minusq; habent facultatem præiudicandi d. Decanatui, cum non agatur de re Capitulo tantum spectante; Imò semper

ex

ex post præcessit, & vocem in Capitulo secundam, & absente Reuerendiss. Primicerio primam habuit vt supra, & quando non habuisset in eius facultate stetisset, hec ex prætensa *Constitutione de anno* 1535. desumitur verbum, quod tollat, & deroget Iuri Decanatus.

Ad quadragesimũ tertiũ, non nititur facto, quia nec Camillus erat Canonicus, nec Erector Decanatus fecit vnionem, quæ ibi dicitur, & ex hoc corruunt multa scripta, imò Doctrinæ ibi allegatæ quatenus subsistentes retorquerentur, cum totum oppositum sit, quia, Camillus Decanus, & Florianj successor primo, & eo Decano existente fuit facta vnio Floriano Erectore mortuo.

Et licet satis ex prædictis appareat de validissimo titulo, respondetur etiam ad vltimũ, nihil facere *Barbos. ad Conc. Trid. de reform. sess. 25 c. 9.* vbi & *Gonzalez, & Pirrhing. & Manticam* allegat, quia sic exemplificat, vt si appareat, quod fuerit vsurpatum Iuspatronatus ex priuilegio, & non ex fundatione, & dotatione, & ideò pro Decano loquitur hic *Barbosa*, cum constet de fundatione, & dotatione Decanatus; Domini ergo exaduerso scribentis iudicium quiescat, & an suprædictæ, & infrascriptæ conclusiones sint à iure reprobatæ rectè ponderet.

Primò, quod olim Eminentiss. Legatus Bonon. Romandiolæ, & Exarchatus Rauennæ non potuerit consentire, minusq; & ipse, & eius Locumtenens autorizare Erectioni Dignitatis Denacatus S. Petronij de Bon. per 60. & vltra annos ante *Sacr. Concil. Trid.*

Secundò, quod Decanatus non dicatur Dignitas.

Tertiò, quod dict. Legatus, seu eius Locumtenens non potuerit Decano concedere vocem in Capitulo.

Quartò, quod Camerarius pro tempore Capituli habeat Iurisdictionem, imò maiorem Decani.

Quintò, & quod Camerarius sit in Dignitate, & ante Decanum, & post Decanatus tres Dignitates debeat præcedere.

Et idcircò ille Florianus antiquus, de quo meminerunt *Petr. Andreas. de Gamar. in tract. de simon. Papa electi in print. Lucense. Gozadin. in l. 2. ff. de pactis inter empt. & vend. Fr. Leander Albertus inter famigeratos ll. & Decret. Doctores Antonius C. salix Crescentius, & aly historici*, & attestantur *libri Collegiorum Bononiensium*, vbi ab omnibus Excellentissimus tunc temporis appellatur, non deberet quodammodo de ignorantia erigendi dignitatem redargui.

Decisio S. Rotæ Romanæ coram Reuerendiss. D. Meltio in eadem Causa.

Veneris 19. Iunij 1643.

FRecto de anno 1503. in Collegiata S. Petronij Ciuitatis Bonon. Decanatu per Episcopum Amerinum vti Locumtenentem Cardinalis Vrsini de latere Legati in eadem Ciuitate, ex facultate ab eodẽ Legato eidem Episcopo cõcessa, cum reseruatione tamẽ Iurispatronatus ad fauorem familiæ de Dulphis, ex eo quia à q. Floriano de Dulphis de Gozagà fuerit talis dignitas Decanatus dotata, fuit infimul in huiusmodi erectione declaratum, quod Decanus pro tempore secũdam sedem in Choro eiusdem Ecclesiæ post Primicerium immediatè haberet, cum

cum iste primam obtineat, & quoties Primicerius abesset, liceret eidem Decano ejusdem Primicerij primam sedem occupare, & hæc omnia ex summario Ioannis Baptistæ Dulphi, siue Decani *nu.* 1. & 3. clarè appareat. Capitulis autem dictæ Collegiatæ cum soleat erigere Camerarium, cuius officium præcipuum est reddituς Capituli exigere, illosque inter capitulares distribuere, & expensas necessarias facere, orta controuersia inter Decanum, & Camerarium quis eorum deberet præcedere tam quo ad sedendum in Choro, quam quoad vocem dandam in Capitulo, emanauit in partibus sententia ad fauorem Decani, causa mihi deinde in gradu appellationis commissa, & per me proposita fuit per Dominos resolutum Decanum debere præcedere.

Comperit enim illi talis præcedentia aduersus Camerarium tam ex constitutione, & statuto, cum in dicta erectione fuerit ipsi reseruata secunda sedes immediatè post Primicerium, quæ dispositio vti apposita per eum, qui dignitatem Decanatus fundauit, atque dotauit est omnino seruanda *Bald. in cap. cum olim num. 1. & 2. de consuetudine, Rota decis. 4. in fine de electi. in nou. Menoch. cons. 126. nu. 3. lib. 2. Nauar. cons. 2. de maior. & obed. Gratian. discep. forens. cap. 867. n. 27. Rota coram Card. Blanchet in Otiolen. præced. in Choro 2. Decembris* 1592. *& coram Gipsio Assis. Sedis 9. Iunij* 1593. *& 21. May* 1597. *Seraph. decis. 774. nu. 1. & 588. nu. 4. coram Papa Greg. XV.*

Assistentiam enim Iuris communis habet idem Decanus in præcedendo omnes de Capitulo, cum Decanus in Collegiata de iure sit dignitas *Dec. in cap. ad aures nu. 1. & seq. Bero. num. 5. & aly de rescript. Cardin. cons 62. num. 1. Federic. de Senis cons. 86. num. 1. in fine Lotther. de re benefic. libro primo, quæstione 16. num. 37. & seq. Boer. dec. 286. num. 9. Rota decis. 528. num. 1. parte prima diuers. & decis. 533. nu. 4. in fine parte secunda recent.* Vnde cum controuerti non possit Decanatum esse dignitatem, nulli dubium, quod tali dignitate profulgens alios de Capitulo dignitate minimè affectos debeat procedere non solum ex assistentia Iuris, vt fuit firmatum, verum etiã ex consuetudine, quæ in tali materia præcedentiæ primas partes obtinet *Bald. in l. cũ olim de consuetudine; & Lobseruare S. antequam vero ff. de offic. Proc. Card. cons. 62. num. 1. vers. hinc etiam, Rotæ cons. 19. num. 6. lib. 1. Gratian. discept. forens. cap. 298. num. 8. 99. Rota in Cæsaraugustana præcedentiarum 28. Aprilis* 1634. *coram R.P.D. meo Ghisilerio, & dec. 124. nu. 2. & ibi Add. nu. 4. coram Papa Greg. XV.*

Non obstat, quod Camerarius, qui idẽ est sicut thesaurarius habeat administrationem in rebus Ecclesiæ, & vti maior in administratione, ita quoque cæteris præferri *l. vt gradatim ff. de muner. & honor. Menoch. cons. 51. num. 52.* & per consequens Camerariatus vt dignitas debeat agnosci, & considerari.

Quia de iure communi Camerariatus, siue Thesauraria non est dignitas, nisi etiam habeat annexam prærogatiuam exercendi Iurisdictionem supra alios de Capitulo *Gemin. cons. 101. in princip. vers. si autem conjuncto, quod duplicatur cons. 140. Abb. cons. 93. in quæst. in principio lib. 2.* nec in tali casu sufficit administratio in rebus Ecclesiæ, quia ad effectum vt talis administratio inducat dignitatem, copulatiuè requiritur etiam Iurisdictio, & cohærens præeminentia, cum non valeat argumentum affirmatiuè conceptum ille habet iurisdictionem, ergo est positus in dignitate, vnde etiam Camerarius posset dici in dignitate constitutus casu, quo haberet huiusmodi iurisdictionem annexam, *vt elicitur text. in l. honor. ff. de muner. & honor.* & in terminis dignitatis capitularis *Olarad. cons. 150. num. 3. in princip. Abb. in cap. multa nu. 23. ad finem vers. puto quod si officium ac prob. & ita etiam Innoc. num. 6. & 7. Hoh. in cap. præsenti num. 14. de rescript. in 6. Ioan. de Capist. in cap. cum decessem. num. 3. de Cler. conjug. Lotther. de re benef. lib. 2. quæst. 33. num. 24. Rota decis. 9.*

de

de Prab. in nou. vbi etiam adden. & quamuis etiam tale officium ob eius administrationem posset dici dignitas, tamen impropriè diceretur, maximè cum agatur de officio temporali *Ioannes de Silua in tract. de benef. parte 1. quæst. 2. num. 72. Rebuf. in praxi benef. titulo de dispens.* ratione ætatis in verbo, vel earum perpetuæ Vicario *Menoch. d. cons. 51. nu. 34.* & dignitatis in proprio, & potentiori significatu habet annexam administrationē cum iurisdictione, ita vt hæc sint inter se inseparabilia *Bald. in l. 2. nu. 54. ad fin. vers. intellige quod acquiritur l. de seruit. C. aqua Abb. in cap. de multa nu. 21. de Prabdeg. honor. ff. de muner. & honor. Old. ad. cons. 152. nu. 3. vers. f cundo est aduertendum, Lotther. de re benef. lib. 1. cap. 16. nu. 47.*

Et ita vtraque parte &c.

Decisio secunda in eadem Causa coram Eodem.

Veneris 20. Maij 1644.

CEnsuerunt Domini subsistere decisionem in hac causa coram me emanatam sub Die 19. Iunij 1643. in qua resolutum fuit Decanum Sancti Petronij Ciuitatis Bonon. debere præcedere Camerarium eiusdem Ecclesiæ, in Choro, & in Capitulo, etiam votando non solum vigore præeminentiæ illi concessæ in erectione Decanatus, verum etiam ex causa Iurisdictionis quam habet Decanus in Collegio, cui præest *Felin. in cap. ex parte Decani nu. 1. vers. subdit etiam de rescrip. Bald. in l. 1. Cod. de ser. Reipub. manut. Lotther. de re benef. lib. 1. quæst. 5. nu. 22. in fine Feder. de Sen. cons. 49. pro vt decis. 209. nu. 2. lib. 3. in Correct.* maximè de tempore, quo in hac Ecclesia non adest Primicerius, cuius locum quoties abest habet Decanus, iuxta formam erectionis, vt fuit firmatum *in prima decisione sub 19. Iunij 1643.* & per consequens omnes de Collegio etiam debet præcedere *Rot. de concess. Prab. in nou. decis 17. sub nu. 1. vers. sed casu Lotther. loco citato nu. 22.*

Non obstat, quod Camerarius respectu suæ administrationis rerum Ecclesiæ prætendat ex ea posse desumi, & probari aliqua Iurisdictio.

Quia administratio differt à Iurisdictione, & regulariter habens administrationem non dicitur habere Dominium, nec iurisdictionem *cap. cum omnes de constitut. vbi Bald. Tiraq. in l. si vnquam in verbo donatione largitus nu. 190. C. de reuoc. donat. Seraph. decis. 196. nu. 1. Rot. decis. 145. nu. 4. & 5. parte 5. & 76. num. 13. parte 7. diuers. & in Cæsaraugustana de Carpi. 11. Maij 1643. coram R. P. D. meo Bichio.*

Non obstat, quod huiusmodi differentia præcedentiæ voluntariè fuerit à Patre, & fratre Decani compromissa in Reuerendissimum Dominum Episcopum Arimin. quo compromisso durante nec lato laudo, partes non possint adire alium iudicem, vt inquit *Gratian. discept. for. capit. 557. nu. 24.*

Quia dum in eodem compromisso non adest inter compromittentes iuramentum non adeundi alium iudicē, etiam durante huiusmodi compromisso, possunt partes iure communi illum adire *lege litigatores ff. de arbitr. Lancell. de attent. parte 2. cap. 15. nu. 6. Cast. cons. 428. lib. 1. Rot. decis. 452. nu. 3. parte 1. recent.* & cum agatur de Ecclesiastica iurisdictione, non poterat tale compromissum fieri inconsulto superiore, de quo nihil apparet *cap. de cætero cap. veniens de transact. Alex. cons. 32. nu. 2. lib. 2. Rot. decis. 327. nu. 4. coram Cardinali Caualerio,* quod compromissum neque potest obstare in hoc casu, cum fuerit factum à Patre de bonis Ecclesiasticis Herculis filij, qui consensum non præstitit huiusmodi compromisso, in quibus nullum

habet

habet vsum fructum, & per consequens non potuit filium obligare *Bart. in l. fin. S. 1. nu. 1. vers. & est ratio ff. de verb. oblig. Lap. in rub. de donat. S. 42. num. 7. Paris. cons. 157. nu. 15. lib. 4. Soc. cons. 34. nu. 17. lib. 1. Cassador. super regul. decis. 4. nu. 5. Capyc. decis. 56. num. 4. & 73. nu. 10. & in Lucana pensionis 27. Nouembris 1617. coram bon. mem. Pironan.*

Et ita vtraque parte &c.

Decisio tertia in eadem causa coram Reuerendiss. D. Meltio.

Lunæ 30. Ianuarij 1643.

DEcisiones in hac Causa coram me emanatæ sub die 19. Iunij 1643. & 20. Maij Anni præteriti, in quibus fuit firmatum, Decanum S. Petronij Ciuitatis Bononiæ debere præcedere Camerarium eiusdem Ecclesiæ sub hac die confirmatæ, cum illarum fundamenta inconcussa subsistant, siue attendatur Ius commune, cuius vigore officium Camerariatus non est dignitas, *Rot. decis. 9. de præb. in nou. Abb. cons. 93. p. 2. vers. sed in casu nostro ante nu. 2.* excepto tamen Camerario Sanctiss. qui cum administratione habet etiam Iurisdictionem, & sic est dignitas, vt firmatur in eadem *decis. 9. in fine.* siue attendatur lex particularis erectionis huius Decanatus, vt in summ. Decani num. 1. vbi apparet eidem Decano fuisse concessum secundum locum, & secundam vocem in Choro, & Capitulo, etiam votando post Primicerium, & casu, quo iste non interesset, fuit conuentum, vt primam sedem occuparet Decanus, quæ institutio cum approbata fuerit à Capitulo seruari debet, præsertim dum illius vigore fuit etiam eidem Decano locus assignatus, vt firmatur in *decis. 518. nu. 3. p. 1. dum. vol.* siue attendatur consuetudo huius Ecclesiæ, in qua Decanus fuit semper habitus, atque receptus pro secunda dignitate, vt plenè probant Testes Capituli, vt in casu sum. Decani nu. 2. & 3. quidem consuetudo præ cæteris attendi debet in hac materia præcedentiæ *Bald. in c. cum olim de consuetud. Grattian. discept. forens. 1. cap. 258. nu. 8. & 590. nu. 23. Menoch. cons. 126. nu. 3. lib. 2. Ruin. cons. 155. num. 4. lib. 4. Franc. Marc. quæst. 1365. nu. 2. & 6. Rot. decis. 124. nu. 2.* & ibi *Add. nu. 4. coram Paon. Greg. XV. Pamphilonen. Præeminentiarum 17. Aprilis 1601. coram clar. me. Hieronymo Pamphilio* Patruo Sanctiss. D. N. Innocentij X. & talis consuetudo potest inducere dignitatem, quæ alias de iure non esset inducta, & è contra illam reijcere, etiam si alias fuisset instituta *Bart. in l. vnic. sub nu. 11. vers. dic ergo C. de munerib. & in quo loco lib. 10. Barbos. de Canon. & dignit. c. 4. nu. 7. & seq. vers. ex consuetudine, & c. 18. nu. 4. Monrig. de Præced. q. 18. nu. 2. & seqq. vers. & sic ergo concluso. Rot. decis. 4. num. 2. vers. nam sicut &c. de elect. in non.*

Non obstant, quæ denuo replicantur pro Camerario ad probandum illius dignitatem ex iurisdictione, quam in alios exercet, & isto casu etiam si interiorem ordinem obtineat tamen cum ampliorem, latioremque iurisdictionem, saltem ex hoc capite eidem Decano videatur præferendus *Archid. & Doct. in rub. ac maior. & obedient. Menoch. cons. 126. nu. 25.*

Quia quo ad iuramentum non subsistit in facto, quod præstetur in manibus Camerarij, sed in manibus Primicerij, vt probatur ex depositionibus plurium testium

sum.

sum. Capituli nu. 6. quibus, vti capitularibus, & de rebus in Capitulo gestis deponentibus est credendum, & eorum debet admitti probatio *cap. veniens. de Testib. Gratian. disceps. for. cap.* 377. *nu.* 15. & ex depositionibus actuum Testium pro Canonicis examinatorum apparet Camerariū occasione sui officij non comprehendi inter quinq; dignitates Ecclesiæ S. Petronij, vt ex sum. Decani nu. 3. quibus vti ab eisdem Canonicis inductis fides, est omninò adhibenda contra eosdem *Bald. in l. parentes C. de Testibus, Gratian. discept. for. cap.* 950. *num.* 38. *Farinac. de Testibus q.* 62. *num.* 243. *Aym. cons.* 110. *in fin. Alex. cons.* 54. *in fine lib.* 3. *Rot. decis.* 259. *nu.* 5. *p.* 5. *& decis.* 48. *nu.* 9. *p.* 6. *aliter.*

Quo verò ad alios actus, ex quibus idem Camerarius prætēdit præcedentiam à Decano, nec etiam potest illius prætensio subsistere; non enim per Decanum negatur Camerarium habere administrationem, ac etiam aliqualem iurisdictionem, sed est considerandum, quod vbi cōcurrit natura, & accidens, natura præfertur *Bart. in l.* 3. *nu.* 2. *ff. de Tutel. Socin. Sen. cons.* 116. *nu.* 8. *lib.* 5. *Ruin. cons.* 59. *num.* 14. *lib.* 3. *Menoch. cons.* 11. *nu.* 28. *Tiraq. de utroq; retract.* §. 30. *glos.* 1. *nu.* 26. & in concursu, pro digniori ille reputatur, & præfertur, qui officium, vel dignitatem consequutus est à digniori *cap. per tuas de maior. & obed. vbi glos. l.* 2. *ff. de alba scrib. Dec. in l. cum quid in* 2. *lect. nu.* 11. *ff. si cert. pet.* Decanus habet officium à digniori, hoc est à lege Pontificia, vigore erectionis concedentis eidem Decano secundam sedem post Primicerium, Camerarius verò habet suū officium à Capitulo ad tempus, s. ad annum, vel biēnium, vndè Decanus cum habeat dignitatem perpetuā, Camerarius verò temporalem, perpetuā non administrat, & temporalis dignitas nō est præferenda *Io. Andr. in cap. pen. sub nu.* 1. *vers. tam quia tempor aliter &c. de offic. Leg. in* 6. *Felin. in rubr. de maior. & obed. sub nu.* 10. *vers. quia ista potestas temporalis, Boer. in tract. de ordin. grad. vtriusq; fori sub nu.* 21. *vers. quia ista potestas, Valladieg. de leg. q.* 39. *nu.* 55. *vers. item quia tēporaliter. Menoch. cons.* 51. *nu.* 30. *& cons.* 52. *nu.* 127. *lib.* 1. *& cons.* 257. *nu.* 34. *lib.* 3. & in dignitatibus ille præcedit, qui habet naturalem, & perpetuam *l. nemo C. de offi. mag. Magil. Laud. in tract. de dignit. q.* 32. & propterea *Curt. in l. si quis C. qui Testam. facere poss.*

Considerarunt item DD. quod Decanus habet dignitatem perpetuam annexam suo titulo, & independentem à Capitulo, Camerarius autem habet administrationem, siue officiū à Capitulo, cuius nomine illud gerit tāquam illius Officialis, & Ministeri electiuus, & tēporalis, & idcò non est considerabilis in concursu cum Decano, qui iure suo proprio obtinere dicitur dignitatem, & dignior est semper, qui propria dignitate fulget, & corruscat, quam qui iure alieno acquirit *l. quod Principi, tuncta l. si angusta ff. de leg.* 2. *Iaso. in l. more maiorum sub nu.* 4. *vers. secundo nota ff. de iurisd. omn. Iud. Feder. de Sen. cons.* 20. *in Cinis. Perusij col.* 5. *in fine, & col.* 6. *in princip. nu.* 7. *vers. non obstant iura, Rebuff. in praxi benef. tit. de dispens. rat. act. in verb. vel earum propemja Vicaria, vers. & sic non habebit locum fol.* 296. *Menoch. cons.* 51. *nu.* 34. *vers. rursus, cons.* 52. *num.* 123. *lib.* 1. *& cons.* 257. *num.* 10. *& 18. lib.* 3. *Post. Imol. cons.* 167. *num.* 94. *vers. non est dubium &c.* dicens illum esse præferendum vti digniorem, qui ex essentiali natura dignior dignoscitur, quam ex accidēti *text. in l. qui habent*, ibiq; notat *Bart. sub nu.* 2. *vers. quodq; etiam naturalis ff. de tutel. Ruin. cons.* 59. *nu.* 11. *vers. quandoq; & secundo lib.* 3. *Soc. Sen. cons.* 116. *nu.* 8. *vers. confirmatur lib.* 4. cum alijs relatis per *Tiraq. de retract. lignag.* §. 30. *glos.* 1. *nu.* 26. *vers. secunda ratio hæc est, Menoch. d. cons.* 51. *nu.* 27. & dato etiam, quod Camerarius haberet administrationem, & iurisdictionem ratione proprij tituli tamen, vt superius dicebam, cum testes pro Capitulo examinati deposuerint, & probauerint

Came-

Camerarium non connumerari inter dignitates Ecclesiæ S.Petronij, vtiq; idem Camerarius non debet præcedere Decanum, qui ex erectione habet dignitatem annexam suo titulo, nam is est adiudicandus maior, & dignior, qui veteri more, & consuetudine ita habitus est *Bart.in l.vnic. nu.11. vers. dic ergo, & vers. vnde potest esse &c. Felin.in d.rubr. de maior. & obed. nu.8. vers. illa tres signa denotant maioritatem. Rot.decis.4.nu.2. vers.nam sicut &c. de elect.in nou. Hanzald.de iurisd.p.5. in tit. de mun. impos. cap.vnic. nu.41. vers. & concludit. Menoch. cons.257. num.36.* firmat hanc opinionem, asserendo eandem esse omnium ferè sententiam, & in hac materia præcedentiæ ex solis actibus iurisdictionalibus non infertur ad præcedentiam, & licet diuersi actus pertineant ad iurisdictionem Camerarij, non ideò illi censetur communicata vniuersalis iurisdictio in alijs casibus Decano cõpetentibus, & in præiudicium præcedentiæ eidem Decano debitæ, quia iurisdictio alicui tributa per enumerationẽ certarum causarum extra illas non extenditur, vt fuit resolutum in *Cesaraugustana de Call.4. Martij 1644 coram R.P. D.meo Bichio.*

Non obstant asserti actus possessorij Camerarij, vt ex sum. Capituli *num.5* ex quibus præsumitur inducta consuetudo circa talem præcedentiã, quia cum ex sum. Decani *num.7.* probentur alij actus contrarij, cum interuentu ipsius Camerarij, stante diuersitate istorum actuum, non potest dici inducta aliqua consuetudo *Bart.in l.2.in princ.nu.22. ff.sol.matrim. Menoch.præsumpt.31. nu.8. vers.& ideo lib.4. Buch.cons.7.nu.27. Rota decis.23. nu.7. coram Buratto, & decis.162. nu.8. & seq. coram Papa Greg. XV.* cum ad effectum inducendi talem consuetudinem, vel præscript. requiratur, quod Camerarius habuerit animum talem possessionem acquirendi cum acquieuerit Decani, & quod præcesserit prohibitio eiusdem Camerarij erga Decanum *l.qui luminibus ff.de seru.vrb. præd. Bald. in l.1.num.8. ff. de seruit. Aym.cons.111. nu.22. Surd.cons.127.nu.22. Rot.d.decis.162.* & ibi *Add.nu.15. lit.C. & dec.530.nu.2.& 3.par.2.recent. Recanaten. Bonorum.*

Non obstat, quod Card. Legatus, vel eius Locumtenẽs, cuius auctoritate fuit creata dignitas Decanatus, non intellexerit præiudicium inferre Camerario super iure ipsi competenti.

Quia de tempore erectionis huius Decanatus non apparet Camerarium fuisse dignitatem, cum de illo nulla fuerit facta mentio, imò ex Instrumento erectionis, vt ex sum. Decani *num.1.* constat de illo tempore fuisse præseruata iura Præpositi tunc viuentis, ex quo colligitur Præpositum, & non Camerarium habuisse de illo tempore secundum locum immediatè post Primicerium, & in hac materia præcedentiæ ratione etiam temporis dignitas maior existimari solet *l.1. ff. de alho scrib. & l.semper ff. de iur. immunit. l.1. C. de consul. lib.12. & cæt. 17. dist. Menoch.d.cons.257. nu.12.& 15.* nec dubitari potest de auctoritate Legati, quia in hoc casu habet eamdem potestatem, quam habet Ordinarius, *Pur. decis.335. in fin.lib.2. in Correct. Seraph. der.765. nu.1. Cassiod.decis.1. de erect. in seruat. nu.1. Virduner. Canonicatus 19. Iuny 1595. coram clar.me. Hieronymo Cardinali Pamphilio,* quæ facultas benè potuit delegari in suum locum tenentem *cap. fin. vers. Cæsib. de offic. Ordin. Rota decis.38. num.4. 5. p.6. diuers.* maximè cum accesserit consensus Capituli, de cuius interesse agebatur, & ab eo talis erectio fuerit solemniter acceptata, vt apparet ex sum. Decani *nu.1.* in fine. Vnde stante huiusmodi consensu tollitur prorsus allegati præiudicij consideratio *cap. scienti de reg. Iur. in 6. l. nemo fraudare ff. eodem Cyriac. consuetud 205. nu.204. & seq. vers. quoniam Castr. cons. 319. nu.3. vers. nihil ergo potuit lit.2. Rota decis.252. nu.10. vers. poterat etiam coram Papa Greg. XV.* Et ita vtraq; parte &c.

CON-

CONTROVERSIA CXXIII.

Pro Illustriss. Senatore Fibbula, cum N. de Barillis.

SVMMARIVM.

Mænia Ciuitatis Bonon. à publico fuerunt ædificata, nu. 1.

Muri, & Portæ Ciuitatis dicuntur Sanctæ, nu. 2.

Nec possunt capi in tenutam pro debito Ciuitatis, nu. 3.

Nec ab aliquo possunt destrui, reffici, nec aliquid eis superaddi, nu. 4.

Mænia Ciuitatis debent habere interuallum saltem quindecim pedũ, n. 5.

Foueæ sunt de publico, prout viæ publicæ, nu. 6.

Et quilibet potest ibi mittere animalia ad pascendum, & bibendum, nu. 7.

Concessio facta de foues propè mœnia per homines Castri S. Petri fuit declarata nulla, nu. 8.

Præscriptio etiam centum annorum iuri publico non obest, nu. 9.

Nec potest incipere, nisi post mortem alienantis, nu. 10.

Adsit Deus, & Virgo.

CRederem Barillo nullum ius competijsse in foueis propè mœnia
1 Ciuitatis Bononiæ. Nemo enim dubitare potest, quin muri Ciuitatis sint publici, & ad Ciuitatem spectent, nedum, quia à publico fuerunt ædificatæ post explanationem de anno 1162. ab Imperatore factam, cum fouearum diruptione, vt attestatur *Ghiraradacius in lib. 3. Historiarum Bononiæ fol. 85. & lib. 4 fol. 111.* temporæ Doanæ Cremonensis d. Ciuitatis Prætoris, & id nedum *Ghiraradacius*, sed & alij historici referunt, inter quos *Vizanius fol. 88.* loquens, Nedum de refectone, sed & de nuncupatione circulæ, quæ Ciuitatem circumdat, & subiungit fol. 89. de anno
2 1327. muros Ciuitatis ad perfectionem fuisse redactos lib. 4. f. 176. & ex dispositione iuris communis nedum muri, sed & Portæ dicuntur sanctæ *Caius in l. 1. ff. de rerum diuisione. Cicero lib. 2. de natura Deorum. Menoch. de Arbitr. Iud. cent. 5. lib. 2.*
3 *casu 483. nu. 1. & 2.* minusq; possunt capi in tenutam pro debito Ciuitatis *Bald. in l. etiam nu. 13. C. de executione rei iudicatæ*, quem refert *Bertachinus in verbo muri Ciuitatis*, minusq; licet alicui muros prædictos destruere, vel reficere, vel aliquid eis
4 superaddere *Odofred. in l. intantum in §. sanctum est ff. de rerum diuisione, Alberic. in l. sacra loca §. muros Ciuitatum ff. eodem*, & nulli dubium est, quin mœnia Ciuitatis de-
5 beant habere interuallum saltem quindecim pedum *l. mœniana C. de ædificijs priuatis Cepol. de seruit. urb. prad. cap. 61. nu. 3.* qui ibi dicit id obseruandum esse ex pluribus rationibus ibi per eum allegatis, subiungens, quod si concederetur foueam murorum possideri per priuatũ impediretur, & fieret deterior iter, & via publica, quæ ciuitatem circumdat, vt aduertit *idem Cepola in d. tit. de seruitut. Vrbanorum prædiorum in verbo fouea cap. 80. nu. 3.* & quod fossæ sint de publico, prout viæ publicæ, affirmat *idem in tit. de seruit. rustic. prædiorum in cap. 36. de Ripa propè nu. 8.* di-
6

7 cens, quod quilibet potest mittere in eas animalia ad pascendum, & bibendum, & *nu.* 10. *vers. sed contra*, dicit, quod ripæ sequuntur naturam sui proprij, & naturalis subiecti, adeout cum sint appendices mœniarum, & foueæ debent esse publicæ, & non singularum personarum, quarum prædijs adhærent, facit etiam *Decisio coram Ghisilerio 29. Maij 1643. in Bonon. restitutionis contractus*, vbi Regimen

8 Bonon. obtinuit nullam declarari concessionem de foueis d. Castri per homines eiusdem Castri Baptistæ de Fabris.

Nec valet allegari præscriptio etiam centum annorum, eo quod præscriptio tem-

9 poris iuri publico non potest obsistere, nec rescripta Principis in hoc sunt attendenda, hæc enim sunt verba *textus in l. præscripto temporis ff. de oper. publ. & ibi Salicet. & cateri*, & inter alios ibi *Odofred.* dicens, nec præscriptionem mille annorum prodesse, & subiunxit notan. esse cõtra occupãtes fossata iux. serralia, in id adducens auctoritatem *Rolandini, Romantij, & Iac. Nola, l. vniuersos C. ne rei dominica, vel templorum vindicatio temporis præscriptione submoueatur*, ibi *nulla longi temporis præscriptione efficiente iubemus restitui, quod nec pretium quidem iniquis comparatoribus reposcere liceat.*

Nec facit, quod Illustris. Senator Franciscus Cospius, cui per Sixtum Quintum eædem foueæ fuerunt concessæ permiserit Barillum colligere earum herbas, & eas respectiuè pasci feciſſe ab eius animalibus, eo qđ præscriptio non currit, nec inchoare potest tempore alienantis, & seu sic pasci ab animalibus permittentis

10 *c. ii sacerdotes*, & ibi notant *scribentes 16. q 3. Innocent. in c. ex litteris de rest. in integrum*, & ita dicitur de Prælatis Ecclesiæ, nam præscriptio non currit, nisi tempore successoris *Balbus de præscrip. 4. parte principali q. 1. nu. 8.*

Et ex his &c.

CONTROVERSIA CXXIV.

Pro D. Octauio Vernitio.

SVMMARIVM.

Erronea expressio contrahentibus obesse non debet, nu. 1.

Appositio alterius diei non vitiat Instrumentum, nu. 2.

Error semper præsumitur, si id quod sequitur cum præfationibus, vel tractato non congruit, nu. 3.

In dubio præsumitur potius error, quam falsitas, nu. 4.

Affirmationi iuratæ in facto proprio standum est, nu. 5.

Notarius legalis, & probus habet præsumptionem pro se, nu. 6.

Aurum pro auro solui potest, nu. 7.

Solui potest vnũ genus pro alio, si sunt eiusdem materiæ, nu. 8.

Qui cum iuramento renunciauit exceptioni non numeratæ pecuniæ, non potest eam amplius allegare, nu. 9.

Adsit

Adsit Deus, & Virgo.

IA, quæ dicta sunt pro parte Aduersarij M. D. Octauij Verniclj vana, & ad impediendam executionem sententiæ adducta fuere. Non enim probatur allegata falsitas, nam licentia contrahendi eo modo, prout cõtractũ est præcessit, & si Instrumentum legatur eodem die stipulatum, & in eo d. licentiæ præcedentis mentio facta est, vnde erronea dicj expressio minimè cõtrahentibus obesse potest *Bart. & cæteri in l. errore C. de testam. Curtius sen. & Dec.* quos refert, & sequitur *Cagnol. in l. si librarius nu. 15. ff. de reg. iur.* & in terminis terminantibus de oppositione alterius dicj in Instrumento per Notarium, ne vitiet Instrumentum, dixit *Calder. in cons. 1. in tit. de fide Instrum.* eo magis in casu, in quo legitimè versari, vel saltem præsumptiuè constet de errore, probatur enim error ex dd. verbis, *præcedente licentia ab Illustriss. Vicelegato, quæ in fine præsentis Instrumenti registrabitur de verbo ad verbum, prout iacet,* & si licentia non fuisset penes Notarium de Instrumento rogatum, registrari non potuisset, semper. n. præsumitur error, si id, quod sequitur cum præfationibus, vel tractatu non congruit *Bart. in l. quoties S. tantundem ff. de hared. instit. Mantica de tacitis, & ambiguis lib. 3. tit. 4. nu. 10. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 22. nu. 8.* & in dubio potius præsumitur error, quam falsitas *Bart. in l. quoties S. 1. ff. de hared. instituen. Alciat. de præsumpt reg. 3. præsumpt. 13. nu. 10. Mascard. concl. 644. nu. 1.* & quod tollit omnem dubitatem ipsemet Aduersarius stipulationi Instrumenti nedum interuenit, sed & iurauit contenta in Instrumẽto prædicto esse vera, eius ergo iuratæ assertioni tamquam de facto proprio omninò standum est *l. quæro in fine ff. de ædilitio edicto Cravet. cons. 104. nu. 5.*

Accedat qualitas Notarij de Instrumento rogati, nedum senis, & probatæ vitæ, sed & legum Doctoris, quod in puncto considerat *Bertazol. cons. 321. num. 10.* & post plures *Farinac. q. 153. nu. 147.*

Potuit. n. talis licentia per plures dies ante obtineri, & ex post è Cancellaria Eminentiss. vbi tales licentiæ registrantur desumi, & ibi non dies concessionis, sed dies, quo ex Cancellaria licentia relaxatur, prout atteſtatus est D. Cancellarius, & sic per quadraginta annos seruare vidi.

Minuiq; facit id, quod de alio Instrumento dicitur, quod etiam illud sit falsum, eo quod dicatur in eo inter alia d. D. Octauium soluisse libras ducentas quinquaginta octo, videntibus Testibus, ipseq; D. Octauius confessus sit non dedisse pecunias, sed Aureum, & Annulum, vt proc. A. fol. 27. respondendo positionibus, quia id non dicitur falsitas, cum nemini prohibitum sit soluere Aurum pro Auro, eo magis cum pecuniæ verbum sumatur pro omnibus rebus, & corporibus *l. pecuniæ ff. de verb. significat.* facit *Bart. in l. aiunt lo S. ob donationes ff. sol. matr.* vbi dixit, quod vnum genus potest solui pro alio, si sunt eiusdem materiæ exemplificans, & ipse in auro. Cessat ergo etiam in hoc timor, & vmbra falsitatis, stante etiam renunciatione facta nonnumeratæ pecuniæ, vt ibi imò iuramento, vt post *Bald. Salicet. Castr. Butrium Felin. & Socin. tenuit Bertazol. in tract. de clausulis clausula 32. glos. 4. nu. 2.* & idcirco executioni sententiæ locum esse credo.

Saluo tamen &c.

CONTROVERSIA CXXV.

Pro Illustriss. D. Federico Elephantutio Senatore.

SVMMARIVM.

Nouatio non inducitur, nisi expressè dicatur, nu. 1.

Et magis si extet clausula, citra præiudicium iurium primæuorum, nu. 2.

Et in dubio non præsumi, nu. 3.

Creditor potest agere contra personam, & capere omnia bona, donec sibi satisfiat, nu. 4.

Si creditor ex pacto possit vendere pignora, nõ tamen cogitur, si nolit, n. 5.

Proponens edictum de subhastando, dicitur contrahere cum offerente, nu. 6.

Et Iudex obligatur ad vendendum plus offerenti, nu. 7.

Requisita ad hoc, vt datio insolutum sustineatur, nu. 8.

Subhastatio habet vim emptionis, nu. 9.

Bona capta, & ad hastam posita, debent vendi melius offerenti, vel adiudicari creditori, nu. 10.

Fideiussor liberatur, dum creditor potuerit exigere, & non exigit, nu. 11.

Negligentia arguitur, quando quis potuit exigere, & non exigit, nu. 12.

Negligentia inducit culpam, nu. 13.

Iura negligentibus nõ subueniunt, n. 14.

Culpa imputatur ei, qui se posuit in necessitate, nu. 15.

Dolus præsumitur, quando quis non vtitur remedijs opportunis, nu. 16.

Creditori pignus habenti non datur recursus contra alium, nu. 17.

Satisfactum dicitur Creditori per subhastationem, etiam si bona non sint tradita, eũ possit vendicare, nu. 18.

Si sit facta consignatio creditori, liberetur fideiussor, etiam si ex post rem semel consignatam recuperet, nu. 19.

Iudex vendens, nullam habet actionem, sed tantum creditor, vt res vendita sibi tradatur potest agere, nu. 20.

Semel facta executione super vna re, non potest creditor illi renunciare, nu. 21.

Non licet eamdem actionem sæpius, & amplecti, & respuere, nu. 22.

Creditor, qui potest sibi satisfacere, & non vult, vt obsit fideiussoribus, peccat contra legem naturæ, nu. 23.

Validitas, & essentia contractus non debet pendere à voluntate vnius tãtum ex contrahentibus, nu. 24.

Creditor recipiens delegationem, liberat fideiussorem, nu. 25.

Quando contractus in se inuicem non compatiuntur, inducitur nouatio, num. 26.

Etiam si sit facta expressa primæuorum iurium reseruatio, nu. 27.

Vbi principalis obligatio in aliquo alteratur, tunc fæiussores liberantur, num. 28.

Qui non facit, quod debet, non recipit, quod oportet, nu. 29.

Protestatio sequens non infringit actum perfectum præcedentem, nu. 30.

Fideiussor de euictione ad aliud, non tenetur, nisi rem defendere, nu. 31.

Adsit

Adsit Deus, & Virgo.

ILlustriss. Com. Alexander Pepulus imposuit annuum censum scutorum noningentorum nonaginta nouem monetæ Florentinæ super possessionibus suis in Communi Duratij, illumq; vendidit Illustriss. D. Saluio Scarlato pro pretio scutorum duodecim milliũ, asserens bona esse libera, alicuiq; fideicõmisso non esse subiecta,& pro defensione bonorum censuatorum induxit in fideiussores Illustriss. DD. Co. Iulium de Pepulis eius fratrem, Marchionem Vgonem, & Co. Ricciardum omnes de Pepulis, ac alios fideiussores, qui principaliter, & insolidum promiserunt pro d. cuictione, & legitima defensione perpetuò duraturæ, etiam in casu nullitatis, inualiditatis, vel rescisionis ex quauis causa etiam incertitudinis.

Suppositum fuit dicta bona esse subiecta fideicommisso olim Illustriss. D. Co. Romei Patris dd. DD. Co. Alexandri, & Iulij, & sic non esse capacia d. census, & ideircò relaxatum fuit per Iudicem aditum mandatũ pro restitutione dd. scutorum duodecim millium pro sorte principali contra omnes obligatos, & pro fructibus, & interesse ad rationem octo pro centenario, iuxta formam, & tenorem impositionis census,& contra ipsummet D.Co. Alexandrum, in cuius mandati executionem Illustriss. Congregatio Baronum Vrbis etiam de expresso ordine Sanctiss.D.Papæ deputauit Commissarium,vt bona apprehendat ipsorum DD.Co. Alexandri, Iulij, Marchionis Vgonis, & Co. Ricciardi, prout apprehensa fuerunt in beneficium d. D. Scarlati, illaq; ad hastam posita ad formam Bullæ Clementis Octaui, ipseque D. Scarlatus se per apocam obtulit bona ad hastam posita in solutum accipere, & super hoc celebratum fuit instrumentum, cum absolutione totius partis debiti, comprehensis etiam in tali insolutum datione fructibus ex rogitu D.Iulij Beluisij.

Sed tacito d. dationis, & acceptationis insolutum instrumẽto bona iterum ad hastam fuerunt posita, & idem Illustriss. D. Marchio Vgo vnus ex dd. fideiussoribus,vt supra, obtulit se paratum talia bona emere, illiusq; oblatio ad Vrbem transmissa fuit.

Deniq; fuit inita transactio inter dd. DD. Co. Alexandrum, & D. Saluium, & in ea mediante Procuratore d.D.Co.Alexander,citra tamen præiuditium, & nouationẽ d. D. Saluij respectu anterioritatis, & potioritatis, & primæuarum obligationum, nedum contra d D. Co. Alexandrum, sed & omnes alios, & quæcunq; bona sibi obligata, & hippothecata pro eius maiori cautela, vtilitate, & securitate, & non aliter, solidauit computa fructuum, & conuenit soluere, extincto prius debito fructuum infra certum tempus, taxatis fructibus in futurum in casu retardatæ solutionis ad rationem quinq; pro centenario, delegatis sibi nominibus debitorum, scilicet conductoribus bonorum d. Illustriss. D. Co. Iulij pro solutionibus facien. ita tamen, vt facta solutione scutorum trium millium, possessio bonorum à Commissario Baronum relaxaretur dd.DD. Co.Alexandro, Iulio, Ricciardo, & Marchioni Vgoni, & in vna rata deficiente d. D. Co.Alexandro, voluit posse pro toto grauari, addito tamen,quod talis concordia intelligatur facta cum reseruatione beneplaciti, & confirmationis Apostolicæ.

Hodie verò alij fideiussores petunt, an stantibus prædictis, sint in aliquo obligari, & an tuta conscientia possint se defendere à cominata pro parte Hæredum D. Saluij molestia.

Quare omnipotentis Dei, Virginis, eiusdem Sponsi Ioseph, & Floriani Martyris Protectorum meorum implorato auxilio, pro veritate; secundum iudicium, & conscientiam meam infrascriptis prius contra fideiussores considerati, concludo eos in aliquo non esse obligatos, vt infra.

1 Considero .n. primo, non extare nouationem per vulgatum *tex. in l. fin. C. de nouat.* vbi Iustinianus resecans ambiguitates Iuris Veteris, scripsit nouationem minimè induci, nisi expressim dicatur, & notant ibi *Saliret. Bal. & cæteri scribentes Natta cons. 650. nu. 12.* & nouissimè *Thomas Doccius cons. 149. num. 3. Gail. lib. 2. obseruat. obseruat. 30. nu. 3. Thesaur. decis. 125. nu. 9. Camillus Borellus* post *Decium, Socin. sen.*

2 *Afflictum, Antonium Fabrum*, quos allegat *in cons. 11. nu. 23.* eo magis cum adsit causula citra præiuditium iurium fideiussionum præstitarum *Grat. cons. 126. nu. 8. lib. 1. Iacobinus de S. Georgio in l. si vnus §. si cum reo in 2. lectura nu. 2. ff. de pactis*

3 *Gozad. cons. 38. nu. 2.* qui plures allegat. Nouatio enim contractus in dubio non inducitur *Nonius cons. 81. nu. 4.*

Nec facit, quod creditor petierit se immitti in possessionem bonorum, & immissus fuerit, quoniam agere potest contra personam, & omnia bona capere, donec sibi fit satisfactum *Decius cons. 562. nu. 10.* qui plures allegat, dicens, quod licet vnum teneat, dummodo datum sit, non per hoc excluditur circa aliud, donec sibi satisfactum fit *nu. 8.* imò si creditor ex pacto posset vēdere pignora, non

5 tamen cogitur id facere, si nollit *Surd.* qui *infinitos* allegat *cons. 98. nu. 2.*

Quibus omnibus minimè obstantibus, audacter dico fideiussores in casu nostro esse liberatos, & quoad eos posse dici creditori fuisse satisfactū, quādo.n. creditor obtinuit fieri præconium, vel proponi edictum contraxisse dicitur, cum incerta persona, scilicet cum illo, qui plus obtulit, qua oblatione facta, contractus di-

6 citur perfectus, sicuti cum dico, volo vendere, & tu dicis, volo emere *Bart. in l. licitatio ff. de publicanis, & vectigalibus nu. 4. vers. sed putò contrarium*, vbi ad propositum allegat *Doctores in l. in ementis ff. de contrahenda emptione*, & melius *in l. si tempora C. de fide instrum. & sure halæ fiscalis lib. 10.* dicens, quod Iudex obligatur ad

7 vendendum plus offerenti, stantibus verbis, de quibus in edictis *ibi nu. 4. Angel.* pariter in eadem *l. nu. 1.* dixit, quod per illud præconium contrahitur cum incerta persona, etiam si fiat oblatio notario absente Iudice, & id procedit nedum dictante æquitate, sed ex necessitate, prout ibi *Bart.* sustinet *Cuman. in eadem l. licitatio nu. 3.* & nouissimè *Cabal. cons. 130. nu. 1.* Quod consilium compillatum esse dixit cum Aduocatis Florentinis, & fuisse transmissum Serenis. Magno Duci Etruriæ, *ibi in fine*, nimirum si venditio, cuius pretium oblatum de iure natura referatur ad contractum emptionis *Socin. Senior cons. 15 nu. 36. lib. 1.* aut da-

8 tionis insolutum, ex quo Illustris. D. Marchio Vgo erat pro medietate creditor Co. Alexandri, & contra eum erat relaxatum mandarum, & sic perfecta sit datio in solutum, cum habeat sua requisita, nempè mensuram debitum declaratū, liquidatamq; petitionem, prout ex *Bald.* tenet *Angelus cons. 24. nu. 51.* ad liberationem fideiussorum *Calir. cons. 326. nu. 2. par. 2. Natta cons. 650. nu. 3. & melius cons. 644. nu. 2. Bolognin. cons. 25. nu. 4. Panzirol. cons. 97. nu. 8.* & sic debitum esse solutum, dixit *Socin. Iun. cons. 118. nu 7. & seq. vol. 3.* & sic clara inducitur nouatio *Socin. ibidem nu. 20.* imò & debiti extinctio *Surd. cons. 145. nu. 20.* subhastatio igitur habet vim emptionis *Iodoch. de subhastatione cap. 5. nu. 37.* & sic iste tra-

tractus de per se absq; alia reseruatione inducit nouationem cũ interuentu nouæ personæ S. *praterea inst. quib: mod. tol. oblig. Cephal. cons. 302. nu. 9. lib. 3.* saltem ope exceptionis *Bart. & Angel.* quos allegat *Imola in l. 2. ff. de nouat. Corn. cons. 33. nu. 23. vol. 2. Alex. & alij* memorati *a Gozad. cons. 70. nu. 6. Decian. cons. 13. num. 41. lib. 2. per text. in l. Valerianus ff. de prætorys stipulation.* dicta ergo bona capta, & ad
10 hastam posita debebant vendi melius offerenti, vel adiudicari credo *text.* est in *l. fin. C. si in causam iudicati pignus captum sit, & ibi* notant *Bald. Salicet.* & cæteri scribentes.

Quare cum potuerit D. Scarlatus exigere, & non exegerit sibi imputandum est, & liberati sunt fideiussores *Bald. Castr. Salicet. & Alex. sub nu. 12. in l. fin. ff. si cert. pet.*
11 *Rum. cons. 45. num. 3. lib. 5. Gozad. cons. 38. num. 11. Riminald. iun. cons. 52. num. 64. Gomez super reg. Cancellaria in reg. de triennali in epilogo casuum negligentia casu 66. & melius 176. Pedroch. cons. 13. nu. 14 & cons. 26. nu. 44. Barz. in decis. Bonon. 72. nu. 10.* qui prædictos per me diligentissimè visos, & alios plures allegat omninò videndus *nu. 11.* subiungens negligentiam argui eo ipso, quod quis potuit
12 nedum exigere, sed & quando aliud facere potuit, per quod ad exactionem deueniatur, & hoc etiam absq; interpellatione *ibi nu. 17. & seq. Surd. cons. 33. lib. 4. nu. 8.* Cum ergo creditor non fecerit, quod facere debebat, fideiussores sunt liberati *Magon.* omninò videndus *decis. Florentiæ 30. num. 6.* qui *plures* refert dicens *num. 2.* plus cautiones esse in re, quam in persona, nam negligentia inducit
13 culpam *l. magna negligentia ff. de verb. signif. Cephal. cons. 235. nu. 20. lib 2. Rimin. iun. cons. 301. nu. 13. vol. 3. & cons. 699 nu. 12. lib. 6. Magon. decis. Lucæ 92. nu. 26.* imò dicitur dolus, & peccatum mortale *Cravet. cons. 132. nu. 5. Marius Anguiss. cons. 157. nu. 5.* & melius idem *Rimin iun.* qui *Sectnum* allegat *in cons. 210. nu. 58.*
14 *lib. 2.* ideo non est mirum, si iura negligentibus non subueniunt *l. non enim ff. ex quibus causis maiores l. veteres ff. de restituend. actuq; privato, Guido Pape, Salicet. Alex. Natta, & alij,* quos adducit *Rimin. iun. cons. 115. num. 32. & cons. 117. num. 37. lib. 2. & cons. 636. nu. 37. vol. 6.* dicens id procedere nedum ex dispositione iuris, sed ex æquitate *Barb. cons. 50. lib. 2. nu. 6 Bero. cons. 121 nu. 22. lib. 3.* & nouissimè *Gherlenzon. cons. 44. nu 45.* & sic negligentia Dom. Scarlati fideiussoribus obesse non
15 debet *c. damnum de reg. iur. in 6* & ibi notant Doctores *Marius Mantua cons. 149. nu. 24. & cons. 288. nu. 33. lib 1.* & hoc, quia negligens videtur iuri suo renunciare, idem *Mantua* post alios *in cons. 221. nu. 40. lib. 2.* & melius, quam cæteri *Riminald. iun. d. cons 301. nu. 11. 16. & seq.* culpa in imputatur ei, qui se posuit in necessitate *Surd. cons. 141. nu. 3. lib. 1. Amat. decis. Macerat. 21. nu. 48.* & culpolus non debet ex sua culpa commodũ, sed damnũ reportare *Bart. in l. Barbarius ff. de offic. prætorum Natta cons. 233. Magon. decis. Lucæ 33. nn. 43. Koppen. decis. 38. num. 40. Honded. cons. 32. num. 60. lib. 1.* imò in ea consideratur dolus, vt supra. & quando quis non vtitur remedijs opportunis *Bald. cons. 395. lib. 2. Anchar. cons. 281. nu. 6. Cravet. cons. 21.*
nu. 10. & cons. 97. nu. 7. Magon. decis. Florentiæ 30. nu. 1. Parisi. cons. 34. num. 34. lib. 1.
16 & idcircò dolosus ad damni emendam tenetur, etiam in foro conscientiæ *Lanoc. in c. sicut dignum circa fin. de homicid. Abb. in c. quoniam contra, in glosa in verbo loca, de probat. Afflict. decis. 369. nu. 12.*

Hisq; cessantibus, remanẽt pariter liberati fideiussores, quia creditori pignus habenti non datur recursus contra alium, vbi eidem fit satisfactum per assignatio-
17 nem certi fundi, vel bonorum debitoris iudicialiter, nec amplius, nisi in casu euictionis sibi reseruatæ amplius creditorem agere posse *l. a diuo Pio S. si pignora, vbi Bart. & cæteri ff. de re iudicat.* satis enim dicitur solutum, & satisfactũ per subha-

stationem, quamuis etiam bona tradita non sint, cum ius, & actionem ad illa
18 vendicandum creditor habeat *Burs. cons.* 428. *nu.* 31. qui *Nattam* allegat, & ante eum *Guido Papæ quæst.* 348. *per totam*, vbi *addens* dixit formalia verba nota hanc quæstionem, quia multa volumina iuris perscrutaberis antequam hanc materiam absolutam inuenies *Surd.* post *Specul. & alios cons.* 145. *nu.* 22. dicens etiam, quod si fiat consignatio, seu depositum liberatur fideiussor, etiam si debitor ex
19 post recuperet ad se rem semel consignatam, seu depositam, nam nedum dicitur nouatio, sed primæuæ actionis extinctio, non obstantibus reseruationibus, & protestationibus per iura, quæ ibi allegat *Henrig.* qui *Guidonem* allegat in *tit. quibus modis fideiussio tollitur* §. 21. *in fine in tract. de fideiuss.* sufficit enim, quod bona sint publicata ad liberationem fideiussoris *Cuman. cons.* 36. *nu.* 2. *Stephanus de Barberys* inter *cons. crimin. Ziletti lib.* 1. *Panzarol. cons.* 68. *nu.* 22.

Nec dicatur Illustris. D. Marchionem Vgonem non fuisse coactum ad soluendum pretium, quia emptor rei subhastatæ non potest cogi ad soluendum pretium
20 Iudici vendenti, quia ipsi nullam habet actionem, sed benè creditor ipse potest agere, prout multis auctoritatibus comprobat *Alex. in d. l. à Diuo Pio* §. *sed si emptor nu.* 1. *ff. de re iud.*

Si enim primo loco placuit creditori executionem obtinere in bonis, non poterit
21 de præsenti agere contra fideiussores, nam executione semel facta vno modo, vel super vna re, per quam creditori potest esse consultum, non potest creditor renuntiare, seu reuocare *Angel. in l. qui restituere nu.* 5. *ff. de rei vendicat. Bero. cons.* 107. *nu.* 4. *lib.* 3. Non enim permittitur nouatio electione iam facta *Bart. in l. si cui nu.* 4. *ff. de seruitutibus, Cranet. cons.* 74. *nu.* 8. & in hoc habemus prouisionem Eminentis. Cardinalis *Bisarionis*, alias Bononiæ de latere Legati, impressam in *statutis Bononiæ, de modo exactionum fiendarum lib.* 7. *in* §. *volumus etiam, quod auranteprima pignoratione*, adeout non egemus alijs auctoritatibus, nec potest ipse creditor à simili contractu recedere *Socin. Iun. d. cons.* 41. *nu.* 12. *& seq. lib.* 3. *per tex. in l. cum Domina C. de pignoribus, & in l. successor vbi DD. C. de solut. & num.* 13.
22 allegat rationem, non enim licet eamdem actionem sæpius, & amplecti, & respuere *l. vltima* §. *vbi autem puer ilis C. de bonis q; liberis, Henrigh. loco quo sup. cap.* 20. §. 26. *de mutatione iudicij*, qui dixit, quod si occurreret semper liberarer fideiussorem, poterat enim creditor obtinere satisfactionem in pecunia numerata, stãte obligatione, & omnes personæ remanebant liberatæ, & ipse voluit illis no-
23 cere committendo peccatum contra legem naturæ *l. rescripta C. de precibus Imper. offeren. l. Iuaff. de sen. l. neq; Dorotheum C. de decur. lib.* 10. quasi voluerit tenere pecunias ad vsuram contra *Bullam Pij V.* & non sine quare fuit conuentum debere obtineri placitum Apostolicum ex post non obtentum, talis etiam contractus non potest per pœnitentiam reuocari, vt per multos *textus* sustinet *Soc. iun.*
24 *d. cons.* 41. *lib.* 3. *num.* 15. & esset absurdum, quod validitas, & essentia contractus penderet tantum à voluntate vnius ex contrahentibus.

Item dicuntur fideiussores liberati, stante delegatione aliorum debitorum, nempè conductorum bonorum *Seneca lib.* 6. *cap.* 5. dicens pecunia dicimur reddidisse, quamuis non interuenerint numi, sed delegatio *Henrig. in d. tract. de fideiuss. tit. quibus modis tollitur fideiussio* §. *de delegat. nu.* 2. qui alios allegat *Bart. Angel. Imola. Castr. Alex. Socin. & Decius*, quos allegat *Surd. cons.* 445. *nu.* 9. *lib.* 3. & quouis modò creditor recipiat alium debitorem sibi præiudicat *Paris. cons.* 102. *n.* 14. *vol.* 3. qui loquitur ad propositum nostrum.

Et per prædicta creditur satis responsum obiectis, nempè nouationi, quæ in casu

nostro

nostro est clara ad liberationem fideiussorum, non obstantibus reseruationibus, & protestationibus factis per creditorem, nam secundus contractus est incompatibilis cum primo, nec potest agi ad sortem, ex *Bulla Pij Quinti*, ex requisitis, de quibus *per Boccacium in tract. de censibus*, & ex secundo potest imò
26 conuentum est super sorte, & interesse, & quando contractus se inuicem non compatiuntur, inducitur nouatio *Bal. in l. fin. nu. 1. C. de nouat. & in cons. 318. nu. 4. vol. 1.* & fuit de mente *Sacræ Rotæ*, Teste *Lancellotto seniore decis. 262. n. 2. nu. 3. in nouiss. Surd. cons. 198. nu. 28. vol. 2. & cons. 345. nu. 33. lib. 3.* qui consuluit in ca-
27 su, quo erat facta expressa Iurium primæuorum reseruatio *ibi num. 11. & cons. 531. nu. 11. Rimineld. Iun. cons. 779. nu. 78. & seq. Io. de Amicis cons. 2. num. 16. Dec. cons. 564. n. 15. Gabr. cons. 81. lib. 1. nu. 3. Natta cons. 650. nu. 12. vol. 4.* dicens, quod si partes voluissent primum contractum subsistere, alium non contraxissent diuersum à primo *Thomas Dottus*, non obstantibus reseruationibus, & conditionibus, de quibus in prima scriptura *cons. 149. nu. 4. Gozad. cons. 38. nu. 8. & 9. Thobias Nonius cons. 81. nu. 5. & seq.*

Vbi.n. principalis obligatio aliqualiter alteratur, tunc fideiussores non tenentur
28 *l. vbicunq; ff. de fideiussoribus cum multis* apud *Menoch. cons. 246. num. 5.* & apud *Surd.* qui rationes ad propositum nostrum allegat *in cons. 460. nu. 45. lib. 4.* semper igitur inducitur nouatio, quando secunda obligatio continet quid pluris prima *Doctores*, inter quos *Bart. in l. Valerianus ff. de prætorijs stipulationibus nu. 3. Pancirol. cons. 10. nu. 9.* dicens in casu nostro debitum esse extinctum, & in hoc casu executio pro solutione habebitur ad *textum in l. centum Capue §. 1. iuncta*
29 *glos. ff. de eo quod certo loco Rimin. Iun. cons. 490. num. 7. dicens nu. 13.* quod qui non facit, quod debet, non recipit, quod oportet, erat.n. facienda executio secundum tenorem, & ad formam, de qua in Breui *Cabal. cons. 30. num. 1. Cephal. cons. 149. nu. 2. lib. 1.*

Est etiam aduertendum omnia prædicta præcessisse ante prætensam reseruatio-
30 nem, adeout protestatio sequens non infringit actum præcedentem perfectum, prout multis auctoritatibus sustinet *Honded. cons. 24. nu. 45. l. b. 2.*

Addatur, quod fideiussor de euictione ad aliud non tenetur, nisi rem defende-
31 re *l. 1. & per totum tit. ff. de euict. Laurent. de Pinu cons. 104. nu. 4.* & hodie bona, ad effectum, de quo agitur, reperiuntur defensa, imò destinata in fauorem Scarlati, per *Bullam* fel. record. *Clem. Octaui*, & mandatum in hoc præcisum, vbi est iussum per Cameram Apostolicam apprehendi bona debitoris, retinenda ad commodum, & pro satisfactione creditoris, non obstantib. fideicommissis, dotibus, & alijs quibuscumq; priuilegijs, præuia omnium fideicommissorum derogatione, quatenus per subhastationem non reperiatur oblator.

Quare creditur tuta cõscientia ex dispositione Iuris cõmunis, & Iuris municipalis fideiussores esse liberatos per oblationem factam per Illustris. D. Marchionem Vgonem, addita ad maiorem corroborationem datione insolutum primo loco facta, de qua dicitur aliud Instrumentum fuisse stipulatum, quo casu longè vltra sortem sibi etiam de fructibus esset satisfactum *Cassr. cons. 331. nu. 4. vers. sed quoad Iacobum lib. 1.*

Et hæc salua &c.

CON-

CONTROVERSIA CXXVI.

Pro D. Antonio de Fortis, cum Carolo Nepote.

COmes Palatinus debet docere se esse de comprehensis in priuilegio legitimandi, nu. 1.

In priuilegio legitimandi concesso Hæredibus non comprehenduntur hæredes hæredum, nu. 2.

Priuilegium legitimandi est odiosum, & restringendum, nu. 3.

Originale priuilegiũ est exhibend. cum non credatur, nec Co. nec Notario, nu. 4.

Citatio requiritur de proximiori in dispensatione, nu. 5.

Legitimati etiam à Principe non succedunt in bonis Emphyteoticis Ecclesiæ, nu. 6.

Adsit Deus, & Virgo.

VIsis priuilegijs concessis per Sigismundum Imperatorem de anno 1425. 9. Septembris, per Eugenium Summum Pont. confirmantem, etiam præcedentia priuilegia Martini Quinti anno 1431. 3. Octobris Nobilibus Viris Iacobo, & Gulielmo de Pelizarijs, & suis hæredibus masculini sexus, legitimãdi naturales, bastardos, spurios, nothos, incestuosos, nepharios, & ex quocumq; coitu damnato, etiam si essent nati ex Clericis, & Sacerdotibus, in tantum, vt legitimandi possint, & valeant admitti ad bona parentum, Agnatorum, & Cognatorum, perinde ac si essent nati ex legitimo matrimonio, Credo legitimationem de anno 1627. 21. Maij de persona Caroli de Fortis ex olim Iacobo soluto, & Iulia nupta per Illustriss. D. Franciscum olim Illustriss. Marchionis Hippolyti de Pelizarijs non subsistere, & ad d. Iuliæ hæreditatem fratrem, non autem ipsum Carolum vti filium Spurium admittendum; primò .n. d. Illustriss. D. Franciscus non docuit se esse de comprehensis in d. priuilegio,

1 quod est de substantia *Socin. sen. cons.* 246. *nu.* 1. *vers. circa primum habeo lib.* 2. *Paris. cons.* 2. *nu.* 12. *lib.* 2. plures allegat *Hended. cons.* 71 *nu.* 14. *lib.* 2. *Mascard. concl.* 324. *in fine Giouagn. cons.* 31. *lib.* 1. *nu.* 1. Imò, & si de descendentibus eorumdem, quibus talia fuerunt priuilegia concessa probarentur, nihilominus non cõprehenderetur, ex quo in eis non veniunt hæredes hæredum, & ipse est vltra

2 octauum gradum, & iam transierunt ducentum anni, vt considerat *Bart. in l. Gallus* §. *etiamsi parente ff. de lib. & posth. num.* 4. dicens ea verba de hæredibus esse restringenda ad primos hæredes *Gramat. post plures decis.* 59. *nu.* 13. *Simon. de Prets* reprobans illam distinctionem, si in singulari, vel plurali sint apposita, quem refert, & sequitur *Rauden. de Analogis cap.* 10. *lib.* 1 *num.* 21. & in puncto, quod priuilegium legitimandi Spurios tamquã odiosum sit strictè intelligen-

3 dum dixerunt *Rimin. iun. cons.* 23. *num.* 348. *Archar. q.* 62. *p.* 1. *& idem Rauadensis in eod. tract. de Analogis cap.* 29. *nu.* 12. *lib.* 1.

Secundò moueor, ex quo de priuilegijs originalibus non constat, & exhibenda sunt, cum non credatur nec Comiti, nec Notario de eo attestanti *Alex. cons.*

138.*nu.*4.*& 6.lib.*1.*Berous conf.*177.*lib.*2.*Cephal.conf.*525.*nu.*63.*Mascard.concl.*324.

4 *nu.*6.dicens id procedere,etiam si magna temporis longitudo interuenerit *Rimin. Iun. post Socin.& Curt.iun.in auth. si quis in aliquo C.ae t dend.& in conf.*366.*nu.*18.*lib.* 4.*Honded. conf.*71.*lib.*2.*nu.*13. dicentes legitimationes moderni temporis, in quibus recitatur tenor priuilegij Co. Palatini non valere, nisi producatur originale, subiungentes esse perpetuo notandũ, cum viderint multos legitimatos succumbere *Gionagnonius conf.*31.*lib.*1.*nu.*2.

Tertiò, dicta legitimatio, seu potius dispensatio est nulla, nedum, quia sit odiosa, & sine causa, idem *Rimin. d. conf.*23.*nu.*348. vbi *Anchar. Calr.& textum* allegat, sed quia frater d. Iuliæ, de cuius interesse agebatur non fuit citatus, & si citatio requireretur ad differentiam legitimationis *Paris.* & alij, quos sequitur, & refert *Cephal. conf.*285.*nu.*13.*&* 14. *Peregrin. decis. Pataun.*10.*nu* 12. *vers. diuersum*, dicens cum *Baldo, Alex.& Decio*, nec in Comite Palatino præsumi iustam adfuisse

5 causam *Lup. de illegitimis, & nat. rest. Comment.*3.§.5.*nu.*30. *vsq; ad* 33. & eo fortius in casu nostro, cum nõ legatur in dd. priuilegiorum prætensis exemplis concessa facultas dispensandi spurios, citatis, vel non citatis agnatis, & ijs, qui ab intestato succederent *Gratian. in discept. forens. c.*673.*nu.* 2. & si talis legeretur in priuilegio concessa facultas non posset Co.Palatinus illa vti absq; causa,de qua apparere debere, affirmauit post *Paris. Rota penes Put.*183. *lib.* 2.

Addatur quartò agi de bonis cu phitcotic is Ecc esiæ, in quibus legitimati etiam à

6 Principe non succedunt *Clar.in* §. *emphiteosis q.* 31. *post Bal. Ias.& Gratum in vers. si verò*, sit emphiteosis concessa ab Ecclesia *Palcot. de noth.& spur. cap.*31.*nu.*3. *Lup. post alios in d. tract. ae illegit.& natal. rest. com.*3.§.2.*nu.* 60.*& seq.* etiam si emphiteusis sit concessa pro se,& hæredibus *Seraphin.decis.*5.*nu.*3.

Et ex his saluo &c.

CONTROVERSIA CXXVII.

Pro D. Petronilla Maria N.

SVMMARIVM.

SErultus hominis ad hominem non datur, nu. 1.

*Actio ad exhibendum non datur, quando agitur de persona libera, nu.*2.

*Lenocinium non præsumitur sine quæstu, nu.*3.

*Veneficium est grauius adulterio, nu.*4.

*Et si pœna talionis præcendatur sublata, nihilominus si quis calumniosè aliquem accusauerit innocentem non euitabit similem pœnam, nu.*5.

*Et posse pœnam extendi vsq; ad mortem, nu.*6.

*Et id procedit Bonon. de iure municipali, nu.*7.

*Nulla salus Reipublicæ maior, quam falsos accusatores punire, nu.*8.

*Iudex non constito de corpore delicti non potest procedere, nu.*9.

*Actio expilatæ hæreditatis non datur cõtra Vxorem defuncti, nu.*10.*&* 13. *eo magis si sit coheres, nu.*15.

*Res, & fructus tamen possunt vindicari, nu.*11.

*Actio rerum amotarum ad hoc, vt detur octo requiruntur, nu.*12.

*Mulier asserens cum iuramento se prægnantem, impedit immissionem prætendentibus in hæreditate, nu.*14.

Adsit

Adsit Deus, & Virgo.

EX processu mihi exhibito tres reperiuntur querelæ contra D. Petronillam Mariam N.

Prima enim querela fuit porrecta per Iuliam, super eo, quod d. Petronilla Maria fecerit aufugere Dominicam querelantis, filiam ætatis annorum sexdecim, & cum eius participatione fuerit defl orata, & instetit contra eam procedi fol. 3. & seq.

Secunda fuit porrecta per secretum accusatorem, cui adhæsit Diomeda super eo, quod d. Petronilla Maria venenauerit D. Paulum Diomedæ filium, & Petronillæ maritum, & instetit eam carcerari, & examinari, & eam, complicesque puniri fol. 27. & superindè fuerunt examinati testes, nihil de veneno concludentes, sed tantum affirmantes, quod post comestionem pulmẽti ouacelli Paulus vomitauit, & quod tempore sepulturæ habebat nigros digitos, & inflouebat, & quod multoties erant rumores, & strepitus inter dd. Iugales, & quædam mulier nomine Margherita asseruit fuisse requisitam à d. Petronilla in secretis, vt reperiret modum, ex quo maritus moreretur; id enim pro veritate legitur in processu.

Tertia querela fuit super expilata hæreditate eiusdem Pauli, vt infra dicetur.

Ad primam querelam respondetur, nullo iure caueri, nec aliquam æquitatem suadere, quod Domina teneatur custodiam habere de famula, cum ipsa ad libitum
1 possit recedere, & Domina possit ad libitum eam expellere, nec seruitus hominis ad hominem iure naturæ fuit inducta, quia est contra naturam *l. libertas ff. de statu hominum Nauar. in compendio operum suorum in verbo seruus Grattian. in discept. foren. cap 625. nu. 13. & 25. ad 44.* & idcircò in hoc minimè datur actio *ad exhiber. dum,*
2 cum esset libera, id affirmant *omnes scribentes in l. si liber homo ff. ad exhiben.* Secundò, non constat ipsam filiam fuisse defloratam, & si constaret d. Petronilla non habet vnde eam deflorare possit. Tertiò, non præsumitur mandatum, consensus,
3 seu lænociniũ, eo quod præsumi non potest absq; questu *Franc. decis. 68. nu. 1. p. 1.* & delictum non præsumi satis demonstrauit *Boss. in praxi crimin. in tit. de delict. n. 1.* & talis querela fuit tantæ efficaciæ, & potentiæ, vt capta ad effectum ducendi ad præsentiam Illustris. Iudicis fuerit per menses, & vltra in carceribus detenta.

Ad secundam super venefi cio, quod est crimen detestabile, & execrandũ, & longè
4 grauius homicidio *Baiard. ad Clarum in praxi §. fin. q. 68. nu. 126.* talis enim accusatio non sine maxima calumnia, & grauissimo peccato fuit contra d. Petronillam porrecta: Nam postquam Diomeda socrus Petronillæ filium Paulum iam in Tumulo in Ecclesia S. Frãcisci de Rõchis Venezani per septem dies sepultum fecit cadauer amoueri, & deferri ad Ciuitatem Bonon. vbi ferè per diem integrum stetit in Ecclesia S. Mariæ de Puritate, & ibi cadauer à Chirurgo fuit apertum, & repertum absq; aliqua macula tam naturali, quam artificiali, vt ex attestationibus in actis productis, quare non solum Petronilla est absoluenda, sed Diomeda est carceranda, & simili pœna punienda, nam & si ex consuetudine pœna Talionis sit sublata, vt per *Farinac. in tit. de accusat. q. 116. nu. 3.* Hodie tamen, si quis faciat
5 capere aliquem, qui sit innocens, & appareat, quod id per calumniam faciat, vt puniretur, non euitat similem pœnam *Bald. in l. 2. nu. 4. C. de his, qui latrones, seu alios criminibus reos occultauerint,* qui Perusij sic seruatũ fuisse asserit *Clar. in praxi crimin. §. fin. q. 81. nu. 3.* loquens de quadam Angelina, quæ accusauerat quosdam, quod

illam

illam per vim cognouissent, nam ob quærelam falsam vix euasit pœnam vltimi supplicij, & cum esset prægnans fuit condemnata, tantumodo ad catenam infamem *Farinac. d. q. 16. nu. 5.* adducens *Bullam Pij Papæ V.* pœnam talionis renouantem *Tenninus in caut. 1.* concludens, quod licet pœna esset arbitraria, posset tamen extendi vsq; ad mortem, & id melius explicauit *caut. 5.* addatur *statutum nostrum in rub. de iuramento, & satisdatione præstanda*, vbi disponitur, quod accusator tentatur tempore accusationis iurare, ea quæ continentur in accusatione esse vera, & debet satisdare de expensis reficiendis accusato, dum infra octo dies accusatio non fit probata, ait enim *Corassius in libro primo Epistolicarum c. 13.* ex auctoritate *Marci Tullij in diuinatione*, nulla salus reipublicè maior, quam eos qui alterum indebitè accusant punire *Menoch. in tract. de arbitr. Iudicum lib. 2. cent. 4. casu 322.* Ex his enim apparet, quam temerem aduersaria contra Petronillam processerit, & proceda at non constito de corpore delicti, sine quo Iudex non potest procedere, nec ad capturam, nec ad inquirendum *vulg. l. p. S. ita illud ff. ad Sen. conf. Splenianum*, & ibi aduertunt *Bart. & Bald. Marsil. in praxi in S. principium nu. 5.*

Remanet vt respondeamus tertiæ quærelle de expilata hæreditate d. Pauli, aduersus d. D. Petronillam, & eos penes, quos prætenditur deposuisse bona hæreditaria portata, ex quo nullo modo potuit procedi contra eam; primo enim denegatur talis actio *Hermogenianus in l. vxor ff. de crimine expilatæ hæreditatis*, his verbis *vxor expilatæ hæreditatis crimine, idcirco nō accusatur, quia nec furti cū ea agitur*, ita *Gordianus in l. aduersus C. de crimine expilatæ hæreditatis*, his verbis *aduersus vxorem, quæ fociarei humanæ, atq; diuinæ domus suscipitur maritj diem suum functi successores expilatæ hæreditatis, crimen intendere non possunt, etiam si dolo malo id fuerit, quominus hæres possideret, sed agi tantum potest ad exhibendum, vt ibi glos. & Odofred. nu. 1. & Salicet. sic dicens*, vxor defuncti non potest conueniri ab hærede crimine hæreditatis expilatæ, sed res, & fructus extantes possunt vindicari, & consumpti possunt condici *Cynus l. præcedenti expilata eod. tit.* extendens eam procedere, & in vitrico, & in nouerca *Menoch. de arbitr Iudicum lib. 2. cent. 3. casu 300. nu. 8. Farinac. in q. 174.* dicens dari tantum actionem rerum amotarum, hoc est in factum per *tex. in l. si quis vxori* in illis verbis *furti non tenebitur ff. de furtis.* Ità, & declarant *Alberic. & Bart. nu. 1.* & melius *Hostiensis in summa in tit. rerum amotarum*, dicens hæc verba si mortuo viro res amoueret, ante hæreditatem aditam non facit furtum, ideò vindicabitur, res aut veniat ex petitione hæreditatis, & *nu. 2.* dixit seruum auxiliantem vxori res capere non teneri furto, & ad hoc vt actio rerum amotarum competat requirunt octo, inter quæ dolus, & malus, *& ibi* affirmat *Hostiensis, & Speculator, & Ioannes Andreas in addit. in tit. de furtis nu. 22.* dicens competere solum actionē rerum amoratum similiter, & post *Roffredum* dixit *Ang. Arimenensis ad Angel. in tract. de maleficijs in tit. & vellem celestem nu. 44.* & non dari actionem rerum amotarum, sed in factū actionē generalē dixit *Alberic. in d. l. si quis vxori ff. de furtis*, quæ in factū actio generalis non extenditur, nisi ad simplum, vt declarauit *Io. Crispus de Montibus in arbore actionum nu. 39. 99. 100. & seq.* dicens *nu. 168.* actionem, & rerum amotarum esse ciuilem, prout actio generalis in factum *Tusch. in verbo actio concl. 110.* & ita affirmat *Bart. in l. 1. ff. eodem de crimine expilat. hæreditatis Alhericus*, qui declarat, quæ sit actio rerum amotarum, & facit *tex. in l. 2. ff. eod. ibi nam in honorem matrimonij turpis actio aduersus vxorem negatur*, & id etiam approbant *tres textus, & glos. C. rerum amotarum.*

Secundò non potest dici de expilata hæreditate, si vxor res propriας amouisset *Farinac. conf. 84. nu. 13. lib. 1.* sed res amotæ, si quæ fuerint sunt propriæ, ergo &c.

Tertiò iurauit se credere esse prægnantem, nec succedentes ab intestato; nec hæredes substituti poterunt, nec possunt eam molestare in possessione bonorum *tex. est*
14 *in l. 1. ff. si mulier ventris nomine in possessione calumniæ causa esse dicatur.* Vbi Vlpianus sic scripsit *si de possessione ventris nomine quæratur, si mulier iurauerit se prægnantem esse seruandum est iusiurandum, nec tenebatur mulier quasi calumniæ causa fuerit in possessionem missa, nec vis et facienda est post iusiurandum*, quod, & notãt ibi *glos. Bart. & cæteri*, nempè *Odofred.* dicens hæc verba iuramentum facit, nè deijci possit à possessione, quamdiu speratur prægnans esse, facit etiã *tex.* & ibi notant *DD. in l. 1. S. si ea ff. de ventre in possessionem mitendo, ibi si dere dubitari posset operam daret, ne quod præiuditium fieri ei, qui in vtero est, sed ventrem in possessionem mitti oportere, Laderchius* omnino videndus *cons. 46 per totum*, dicẽs hac verba sit ergo pregnans mulier, vel dubitetur possitq; esse, vel non esse est locus dationi possessionis allegans *Albericum, & Goffredum, Argelus de legitimo contradictore, quæst. 14. art. 4. num. 25. 30. & seq.* dicens sufficere solam mulieris assertionẽ, & pendente tali cognitione, seu dubio non potest hæres adire hæreditatem *l. cum quidam, §. quod dicitur ff. de acquirenda hæreditate, Laderch. d. cons. 46. nu. 3.* ex quibus apparet de manifesta aduersariæ, & comparentium calumnia, & cum deficiat actio Illustriss. D. meus, debet absque alio processu absoluere, cum exceptio sit impeditiua processus *stat. nostrum in rub. de modo, & forma procedendi contra accusatos, vel inquisitos, non contumaces, §. si autem.*

Addendo, quod hæc Petronila est coheres, simul cum Aduersaria, & ab Illustriss. D.
15 Auditore Generali, sic declarata, quo casu non posse dici de expilata hæreditate, dixit *Menoch. de arbitrarijs iudicum, loco quo supra.*

CONTROVERSIA CXXVIII.

Pro Illustriss. D. Io. Baptista Maluitio.

SVMMARIVM.

Fiduciarius hæres est veluti custos, & depositarius, & omnia restituere debet, nu. 1.

Si administrator, & gubernator elligatur, quis non potest dici fiduciarius, nu. 2.

Falcidia titulo vniuersali hæreditario debetur, nu. 3.

Prohibitio falcidiæ debet fieri expressè, num. 4.

Testator, & si mandet omnia bona restitui non videtur prohibere falcidiæ deductionem, nu. 5.

Error in nomine non vitiat contractum legitimum, seu hæredis institutionem, num. 6.

Notarius dum publicauit instrumentum, non potest à seipso corrigere errorem, nu. 7.

Adsit Deus, & Virgo.

DE duobus quæritur primò, an Illustris. D. Io. Baptistæ Maluitio hæredi fiduciario olim M. D. Fuluij de Albertis, liceat detrahere falcidiam cum idem D. Fuluius eũ grauauerit ad restituendum hæreditatem cum lucris Francisco filio M. D. Antonij Augogati Ferrarien si, & primogenito, qui (vt ipse Fuluius in testamento expræsit) ex d. D. Ludouico nascetur, licet nullibi in testamẽto eum prius nominauerit tali nomine; secundo an hæreditatem restituere teneatur Francisco, nunc petenti. Et prima facie ad primũ videtur dici posse d. Illustris. D. Maluitiũ, nihil detra-
1 here posse, nam fiduciarius habetur, tamquam depositarius *Bud. in l. 2. ff. de origin. iuris Rustic. ad l. cum Aunt ff. de condit. & demonst. cap. 8. nu. 10.* & probari videtur *ex tex. in l. 3. S. pulchius ff. de usur.* idq; etiã affirmant *Alex. & alij in l. Seius Saturnin. ff. ad treb. & Rip. in l. in fideicõmissariã n. 7. ff. ad treb.* His tamen non ostantibus credo d. falcidiam d. D. Maluitio deberi, ex quo ipse nõ potest dici depositarius, &
2 Custos iuxta definitionem fiduciarij, cum d. Fuluius elegerit Io. Baptistã de Albertis, quem voluit statim eo mortuo debere appræhendere possessionem omnium bonorum hæreditariorum, illamq; per d. Io. Baptistam gubernari, & administrari, quare non videtur conueniens, vt nomen hæredis habeat, & nihil consequi possit ex hæreditate, vt in simili dixerũt *Euger. cons. 33. n. 52. lib. 1. Medices decis. March. 61.*
3 *nu. 14.* debetur enim falcidia titulo vniuersali hæreditario *l. quod autem* ibi *si hæreditario iure & c. ff. ad l. falcidiam glos. in l. 1. in verbo quartã cod. tit. & in auth. unde, & si parens in verbo falcidiæ C. de inoff. test. Angel. Aret. cons. 83. nu. 7. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 9. tit. 13. nu. 3.* Nec poterit dici fuisse prohibitam saltem tacitè, cum voluerit fructus, & lucra restitui Francisco, vt supra, quia videtur necesse, quod Te-
4 stator expresse, & nominatim, non autem tacitè falcidiam prohibeat *textus est in auth. si à cũ testator in princ. C. ad l. falcid. vbi glos. in verbo hoc expressim, & ibi Azzo in eius summa in tit. ad l. falcid. propè finem. Petr. de Bellaper. in d. auth. ibi col. 2. vers. sed. quid si hoc voluit tacite & c. Angel. ibi nu. 2 vers. contrarium credo, & in l. omnium n. 2. vers. in textu ff. de vsufructu,* & post plures *Pedroch. cons. 16. nu. 2* cum pluribus seq. vbi multis auctoritatibus hanc opinionẽ veriorẽ dicit, & idcirco non videtur testatorem sensisse de detractione falcidiæ, quæ vniuersali titulo debetur vt supra, prohibitio igitur subintellecta, & in cõsequentiã resultans, verbisq; generalibus facta nõ facit cessare falcidiæ deductionẽ, vt dixi, & affirmant *Petr. Mathes. in repet. l. filium, quem an habentem hæredem C. fam. herciscundæ, Couar. in c. Raynucius §. 3. num. 6. de test. Bero. cons. 193. nu. 63. lib. 1. Ios. cons. 84. nu 9. lib. 1. & cons. 146. n. 5. lib. 4.* nec ea ver-
5 ba, vt restituat omnia lucra &c. inferunt necessario prohibitionem falcidiæ *Rom. cons. 75. nu. 2. vers. hanc tamen sententiã. & cons. 79. nu. 4. & de communi Fernand. Vesq. de success. progr. lib. 3. §. 26. nu. 29. vers. quid dicen. Pedroch. d. cons. 16. a num. 1. ad 35.*
6 Ad secundum punctum sum in opinione, quod error in nomine non intret, dum de corpore constat, & ex subsequentibus cognoscitur notarium errasse, dũ eum appellat Ludouicum, & nominat Patrem Marcũ Antonium *l. si in nomine, l. quæ extrinseeus ff. de verb. oblig.* error ergo non debet officere veritati, minus contractum *a*, legatum, & hæredis institutionem potest, vitiare *tex. est in l. insulam ff. de præscript. verbis l. si in nomine C. de testamentis §. hi quidem in nomine Inst. de legatis,*

Mantica de tacitis, & ambiguis lib. 24. tit. 2. nu. 17. Credo tamen à se ipso Notarium minimè corrigere potuisse errorem, nedum, & inter municipali in *rub. de erroribus Not. in princ.* co magis cum extra dederit authenticum; & iam functus fuerit officio suo *Bald. in l. Imperator la 1. nu. 1. ff. de statu hominum*, dum ergo Franciscus Anogatus, reperitur dicitur constare de persona tale nomen à testatore expressum habente; vt omnes affirmant in *d. l. si in nomine.*

CONTROVERSIA CXXIX.

Pro D. Franciſca Maria Spagnola.

SVMMARIVM.

SVbſtituto in donatione, datur actio aduerſus tertium poſſeſſorem, n. 1.

Etiam ſi res donatæ non fuerunt traditæ, nu. 2.

Etiam non facta ſtipulatione, nu. 3.

Fideicommiſſa poſſunt fieri, & in contractibus, & in epiſtolis, & in libello, & nutu, & ſine ſcriptura, num. 4.

In claris non egemus coniecturis, nu. 5.

Verba diſpoſitiua, imò deprecatiua inducunt fideicommiſſum, nu. 6.

Ad vocationem ſufficit, quod quis ſit poſitus in conditione in contractu, num. 7.

Vel quod bis in conditione ſit poſitus, num. 8.

Quando quis expreſſit eſſe intentionis, vt bona conſeruentur, vel in familia, vel in deſcendentibus inducitur dicitur fideicommiſſum, nu. 9.

Dictio, quia eſt voluntaria, & impulſiua denotans cauſam finalem, n. 10.

Verba aduerſatiua impediunt repetitionem, nu. 11.

Quando inſtrumentum poteſt, & eſt conuentiõ, vt reducatur ad conſilium Sapientis Iudex loco illius poteſt ſuccedere, nu. 12.

Sapiens poteſt declarare ea, quæ ſunt iuris, & de natura contractus, & de conſuetudine, nu. 13.

Item poteſt addere etiam penalem ſtipulationem, nu. 14.

Appellatione filij legitimi, & naturalis venit legitimatus per reſcriptum, num. 15.

Adſit Deus, & Virgo.



1 Ertum eſt actionem etiam aduerſus tertium poſſeſſorem dari ſubſtituto in donatione, nam ſpeciale eſt, vt ſubſtituto in contractu donationis dominium acquiratur ſine traditione, itaut purificata cõditione ſubſtitutionis, poſſit ipſemet ſubſtitutus agere rei vendicatione ad conſequendum bona, in quibus fuit ſubſtitutus, licèt res
2 donata traditæ non fuerint, ita poſt *Speculat. & Decium* ſuſtinuit
3 *Cravet. conſ. 19. nu. 9* dicens id procedere, etiam ſi non ſit facta ſtipulatio *Ocap. b.*
4 *decis. 85. num. 8.* nec poteſt dubitari, quin fideicommiſſa fieri poſſint, & in contra-

tractibus, & in epistolis, & inter absentes *text.* est in *l. & in epistola C. de fideicom.* vbi legitur posse fieri etiam libello, & sine scriptura, imò etiam nutu, & in puncto nostro habemus *Peregr. post alios in tract. de fideic. art. 1. n. 16. & art. 51. n. 17.* loquentem de substituto in donatione, cum donatio habeat tale speciale priuilegium *Fusar. de substitut. fideicom. quæst. 287. num. 1. Sacra Rota decis. 284. nu. 27. par. 6. diuers.* & idcircò cum appareat clarè Elideū donantem substituisse filias fœminas in defectum masculorum filiorum Horatij Spagnoli donatarij, non potest contradici petitæ imissioni pro parte D. Franciscæ Mariæ filiæ, & bona libera per reos conuentos sunt sibi restituenda, & vocatio est patens in pluribus donationis locis, nam postquam donans prouidit quid agendum esset in casu, quo bona donatarij confiscarentur, adiecit hæc verba, *vel sine filijs legitimis, & naturalibus obiret,* & ibi inferius, *existentibus filijs masculis, & fœminis,* adeout clarè ibi appareat filias, & filias in conditione esse positos, & positas, vt patet ad sensum, & probat idem *Fusar.* ibi *quæst. 401.* & inferius subiunxit idem donans præcisa verba, *vbi de filijs reperitur facta mentio, censeantur in dispositione, & dispositiuè nominati filij, seu nominata filia vocati, seu vocata eodem modo vt supra, videlicet, semper, & prius masculi, & deinde, & successiuè fœminæ in bonis hutusmodi donatis,* vnde cum dispositiuè dicantur à donante vocati filij, & filiæ, non est vlterius quærēdum, quia
5 in claris minimè egemus coniecturis *l. continuus ff. de verb. obligat. Greg. XV. decis.* 157. *nu.* 12. & talia verba vti dispositiua, imò depræcatiua semper fideicom-
6 missum inducere dixit *Peregr. in d. tract. de fideicom. art. 1. num. 46. & 51.* & sat esse, vt ex verbis præcedentibus, vel sequentibus colligi posse donantem, seu testatorem voluisse liberos, seu filios dispositiuè vocare, post *Corn. Gabr. Alex. Cephal. & alios tenuit Rustic. in tract. de lib. in conditione positis lib. 5. c. 7. nu.* 14. & sufficere ad hoc vt in conditione positi dicantur vocati, quod cōditio sit in contractu,
7 dixit *Ruin. cons. 99. nu. 14. lib. 1.* & quod sint bis in conditione positi affirmauit
8 post *Gozad. cons. 64. nu. 9. idem Rustic. in d. tract. lib. 5. c. 2. nu. 1. & 2.* dicens ab hac opinione non esse recedendum, & licet ex prædictis satis constet de fideicommisso, nihilominus placet aliud posse desumi fideicōmissum ex alijs verbis, ibi *quia intentio d. D. Elidis fuit, & est, quod eius bona conseruentur primo mediantibus d. D. Horatio, & eius descendentibus masculis, & successiuè fœminis non existantibus masculis legitimis, & naturalibus, ac de legitimo matrimonio natis, deindè dd. substitutis videlicet DD. Hieronyme, & Antonio, vel eorum liberis,* sufficit enim ad inducendum
9 fideicommissum, quod expræsserit esse intentionis, vt bona conseruentur mediantibus dd. nominatis, vt in puncto dixit *Simon. ac Prætis,* post plures, quos allegat *in tract. de interpret. vltimarum volunt. lib. 3. fol. 12. nu. 10. fol. 294.* exprimens eadem verba, *quando quis dixit esse intentionis, vt bona conseruentur in agnatione, vel familia, vel in descendentibus,* & sic eorum fauore esse inductum fideicōmissum *post glos. in l. codicillis,* §. *institutio in verbo filijs suis* tenuerunt *Bald. Corset. Gozad. Cephal. Socin. sen. Curtius Iunior. Dec. Riminald. seu Rimin. Iunior. Aero. Couar.* & alij relati, & approbati à *Mastardo concl. 725. nu. 7.* & nouissimè *Fusar. in d. suo tract. de fideicommissaria substit. quæst. 277. num. 6.* qui *Manticam, Io. Franciscum à Ponte, Paris. Menoch. & alios* allegat.

Noto etiam talia verba esse in oratione separata, & illam dictionem, Quia, esse
10 voluntariam, & impulsiuam denotantem causam finalem *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 24. nu. 13. Barbos. de dictionibus dictione 266. per totam.*

Et verba donantis, quæ sequuntur, id denotant ibi. *Hoc addito, quod in casu confiscationis postquam D. Horatius erit grattatus,* nā talia verba separant præcedentem di-

11 spositionem cum sint aduersatiua, & impediant repetitionem qualitatum *Gratian. in disceptat. c. 539. nu. 13.* subiungens cum alijs, quod cum habeat orationem separatam, non admittunt præcedentem repetitionem *Zanch. in l. haredes mei §. cum ita nu. 165. ff. ad trebel. Rota decis. 326. nu. 3. p. p. diuers.* maximè quando, vt in casu nostro vnaquæq; oratio est de per se perfecta, vlterius denotant similitudinem, & declarationem ad præcedētia *Barbos. loco allegato dictione 158.* nec per talia verba tolli fide icommissum præcedens dixit nouissimè *Marta de clausulis p. par. claus. 237. num. 4.* subsequuntur etiam alia verba, in eadem oratione post memoratam dictam confiscationem ibi, *sed in eius locum sint subrogati, & succedant eius filij masculi, & si non extarent succedant famina legitimi, & legitimæ vt supra, & masculis & faminis non extantibus succedere debeant dd. DD. Hieronymus, & Antonius*, est etiam aduertendum, quod ijdem donans, & donatarius voluerunt, & pepigerunt, quod tale donationis instrumentum, & in eo contenta possint, & valeant simul coniunctim, & diuisim extendi, ac redigi, & ordinari ad sensum, & consilium sapientis, vel sapientum vnius, vel plurium, & vt ibi, & in hoc verba am-
12 plissima legantur, & idcircò sapiens, imò sapientissimus Iudex loco illius, seu illorum sapientum iux. *doctr. Odofredi*, quam sequitur *Io. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de empt. & vend. sciendum in verbo commune nu. 9.* poterit declarare ea, quæ sunt iuris, & de natura contractus *Bart. in l. illa institutio nu. 5. ff. de hæred. instit.* dicens, quod talis sapiens poterit supplere vigore arbitrij, ea quæ sunt de consuetudine, & ibi *Io. de Imola nu. 11. vers. quod autem operentur in contractibus*, ita *Paris Scala in tract. de consilio sapientis in foreusibus cautis adhibendo, & de contractuum, ac vltimarum voluntatum compositione ad sensum sapientis lib. vlt. cap. 1. vers. sapiens ea, quæ ex consuetudine*, subiungens in *cap. 2.* quod ea quæ de natura contractus, sunt sapientem posse apponere, siue agatur de contractibus, siue de vltimis voluntatibus, & *c. 3.* voluit sapientem posse addere, & pœnalem stipulationem, & inusi-
14 tatam, & cum *Ang. Calt. & alijs* id sustinet *Marta in d. tract. de claus. 4. parte, claus. 32.* secundum vltimam impressionem.

Nec facit illa oppositio, quod d. Francisca Maria non sit vocata, tanquam legitimata per subsequens matrimonium, nam omissa omni disputatione, & omnibus rationibus, & auctoritatibus allegatis per *Laderch. cons. 24.* vt retrotrahatur tempus ad diem natiuitatis, dicitur in instrumento semper, quando agitur de filiabus fœminis Horatij, esse nominatas solum, tanquam legitimas, & naturales, sed qualitas natiuitatis ex legitimo matrim. est tantum apposita masculis; verba etenim sunt clara ibi, *quod bona conseruentur primò median. d. D. Hieronymo, & eius descendentib. masculis, & successiuè faminis*, nō extantibus masculis legitimis, & naturalibus, ac de legitimo matrimonio natis, minimè ergo poterit dubitari, quin ipsa comprehendatur cum legitimatus etiam per Co. Palatinum habentem auctoritatem veniat appelatione legitimi, & naturalis *Seraph. decis. 1329. nu. 7.* Et idcircò cum constet de identitate bonorum ex scripturis productis non creditur posse denegari imissionem.

Et hæc salvo &c.

CONTROVERSIA CXXX.

Pro D. Alexandro Baratto.

SVMMARIVM.

FLoppæ, & aliæ arbores vicinæ damnum inferentes, debent succidi, nu. 1.

Nedum de iure municipali ex Statuto Bonon. verum etiam de iure communi, nu. 2.

Consuetudo, quæ allegatur contra disposita in l. fin. ff. fin. regund. non attenditur quoad plantãdum, sed quo ad ædificandum, nu. 3.

Non debet ædificari ad impediendum solem, ventum, & aerem vicino, nu. 4.

Rami arborum debẽt circumcidi ad 15. pedes, ne noceant vicino, nu. 5.

Adsit Deus, & Virgo.

RIue attendamus ius municipale, siue ius commune vtroque modo RR. Moniales SS. Vitalis, & Agricolæ, debent foccidere sloppas, ne terrenis D. Alexandri Barattæ noceant de iure municipali, Statutum est clarum in *rub. de sloppis, seu roueris, aut quercubus non retinendis penes vicinos*, vbi dicitur spacium debere esse trium perticarum, quod *statutum* seruãdum est quicquid *Monter. ibi* dixerit non seruari de consuetudine, eo quod in *concl. statut. in §. postremo*, habetur omnia in volumine statutorum descripta censeri, & præsumi in viridi obseruantia &c. non obstante vsu, stilo, consuetudine, vel desuetudine incontrarium, & talia verba remouere actum incontrarium dixit *Monter. in Bulla Iulij II. dat. Bononiæ 10. Decembris 1510. in verbo tunc*, quæ Bulla *in §. & in modo* mandat, quod in cognoscendo, procedendo, & decidendo contenta in *Statutis* à quolibet Iudice seruentur, non obstante stilo, consuetudine, & alijs incontrarium, quod statutum est rationabile fundatum in dispositione iuris, ne damnificetur vicinus, adeout cõtra illud non poteſt dici de consuetudine *auth. vt nulli Iudicum §. nulli verò, & §. fin. in auth. de vsuris nauticis, Petr. de Rauenna de consuetudine sect. 4. nu. 34.* & id est forsitan, quod voluit dicere idem *Monter. in d. stat. de sloppis*, dum voluit marginare, apponendo litteram D. nec postea forsan Impressoris negligentia non fuit scriptum, Quando enim *statutum* reuocat consuetudinem contrariam, vt in casu nostro noua non poterit induci consuetudo, cum non sit quæsibilis, vt aduertit idem *Petr. de Rauenna in sect. 5. in tit. de consuetudine nu. 35.* & quoad aliam non est disputandum, cum extet *stat. de imped. arcar. tollendo*, & nemo dixit tale statutum non esse in vsu de iure communi, res videtur clara per *text. in l. fin. ff finium regund.* 2 vbi habetur spacium in arborum plantatione seruandum, & ibi notant *Bart. Alberic. Flor. de Sancto Petro, & alij scribentes*, facit, etiã *tex. in l. 1. ff. de arbor. cæden. in §. deinde*, ibi, *deinde ait prator, quæ arbor ex agro tuo in agro illius impendet, si per te stat, quo-*

quominus pedes quindecim à terra eam altius coerceas, tunc quominus illi ita coercere, lignaq; sibi habere liceat vim fieri veto. Cepol. in c. 81. de arboribus, vbi num. 5. distinxit his verbis, aut arbor tua pendet super agrum meum, tunc incidatur quindecim pedibus à terra.

Nec dicatur, prout *de statuto de floppis* dicitur disposita in dicta *l. fin. ff. fin. regund. & in d. l. 1. non esse in vsu*, nam per *Doctores in dicta l. fin.* qui dixerunt disposita,
3 vt supra, non esse in vsu, loquuntur de domibus, eo quod domus sunt vndique contiguæ, & in Ciuitatibus, & in oppidis, & sic restrinxerunt ad ædificandum, non ad arbores plantandum *Natta cons. 277. prope finem*, dicens etiam de legem seruandam esse, etiam in ædificando, non obstante allegata consuetudine incontrarium, quam veram non esse aduersus *Corn.* nedum idem *Natta*, sed & *Surd.* qui *plures* allegat *cons. 74. nu. 11.* prohibetur etiam de iure ædificari, & plantari
4 in damnum vicini ad occupandum Solem, Ventum, & Aerem *Glos. & Bald. in l. fin. §. ff. fin. ff. de seruit. & aqua. Io. Bapt. de S. Seuer. in l. omnes populi nu. 35. ff. de iust. & iure*, vmbra enim, quæ nihil aliud est, quam aer, sole carens propter aliquod corpus densum obiectum, multum nocens frugibus, iux. illud *virg. Bucol. eglog. X. furgamus, solet esse grauis cantantibus vmbra, iunperi graues vmbræ nocent, & frugibus vmbræ*, & idem *Virg. 1. Georgicorum* monet agricolas ad amputandum arborum ramos vmbram facientes ibi *falce premes vmbras, vetitq; vocauerit vmbrem. Magon.* videndus prædicta referens *in decis. 6 Florentiæ num. 2. & seq.* id in terminis su-
5 stinens nedum ex *statuto*, sed ex iure cõmuni, ita etiam prius dixerunt *Cyn. l. 2. & alij in l. 1. C. de interdictis*, legitur etiam *in d. l. 1 in §. quod ait prætor ff. de arbor. cæden. vlpianum*, iussisse arboris ramos debere circuncidi ad quindecim ped. ne vmbra vicino noceat, & sic seruari vidisse de facto, dixit *Alberic. in d. §. quod ait prætor*, cum ergo ex euidentia facti id constat tot, & tantas esse floppas nocibiles, speratur declarari, & circuncidendas esse.

Saluo &c.

CONTROVERSIA CXXXI.

Pro Nobilibus de Rubeis.

SVMMARIVM.

INuentarium, præseruat hæredem à damno, non à commodo, nu. 1.

Et conseruat eum in eo statu, in quo reperiebatur ante aditionem, nu. 2.

Et illius beneficium potest allegari ante, & post sententiam, nu. 3.

Licet creditori cum inuentario sibimet soluere, nu. 4. & 6. & 9.

Melius est non soluere, quam solutum repetere, nu. 5.

Hippotheca extinguitur facta exactione pecuniæ, etiam ad præiuditium creditoris anteriores, nu. 7.

Actio hippothecaria est realis, & sequitur fundum, nu. 8.

Est officium paternum, & auitum dotare filiam, seu neptem etiam diuitem, nu. 10.

Quando mater est diues, ad eam spectat, dotare filiam, absq; eo, quod bo-

lona fideicommisso subiecta diminuantur, nu. 11.
Frater in subsidium tenetur dotare sororem, nu. 12.
Et in concursu cum Matre ipsa tenetur, nu. 13.
Negligens ad faciendam inuestituram iuxta conuenta, tenetur ad omnia damna, & interesse, nu. 14.
Et tenetur præstare non solum dolum, & latam culpam, sed etiam leuem, nu. 15.
Fructus in viginti annis percepti præsumuntur adæquare sortem, n. 16.
Et ex coniecturis possunt probari, n. 17.
Ratificatio non potest induci non habita scientia, & sine certioratione de præiuditijs, nu. 18.

Adsit Deus, & Virgo.

IN causa Nobilium de Rubeis, cum Nobilibus de Vrsis, multa adduci possunt.

Primò nil facere, quin Io. Galeatius fuerit Tiberij Patris hæres, quia fratres ipsius Io. Galeatij non probantur, nec eius sunt hæredes.

Secundò nulla inest difficultas, quin cæteris fratribus suffragari debeat inuentarium, nam eos præseruat à damno, non à commodo, si quod ex eo perciperent ex decisionibus *Mant. 306. n. 1. & Greg. XV. 418. nu. 6. & alys*, alias allegatis, & ideò in hoc erit videndum, quodnã commodũ senserint ex alienatione per Tiberium Patrẽ Co. Henrico de Vrsis facta, nec, vt asseritur, ex publicis Instrumentis constat eos ad proprium commodum alienasse census pro libris septem mille ab Henrico emptore D. Tiberio vẽditori assignatos in computum pretij prædij prædicti, item & ratificasse venditionem à Tiberio factam March. Cæsari de Pepulis de terreno Ponticuli, quod ex speciali conuersione per Henricum fuerat redemptum ad computum d. pretij, vt stare deberet pro multiplico, & regressu fauore eiusdem Henrici emptoris.

Primò dicitur, quod etsi verum sit, quod de anno 1618. 24. Martij, Ludouicus, & Philippus Maria duo ex filijs d. Tiberij tunc minores, & Comes Alexander Tanarius tutor Antonij, & procurator olim Io. Galeatij, pariter d. Tiberij filij (ad quos, vt dixerunt, tanquam Patris hæredes, spectabat creditum cum Viggiano de Viggianis lib. trium millium sibi per d. Henricum cessum ad computum pretij prædicti prædij) illud cesserint ex causa francationis faciendæ à Co. Ludouico de Vrsis, & ex ea causa eleemosinam constituendi duabus Sororibus Monialibus in S. Laurentij de Bononia Monasterio, prout etiam de anno 1622. 20. Septembris alias lib. quattuor mille ab Henrico ex censu sibi cesso receperint, quas erogare velle dixerint in causam dotis Portiæ alterius Sororis, & vt in instrumento, in quo licet minores se Patris hæredes beneficiatos asseruerunt, non tamen per hoc potest dici eos de proprio teneri, nam clara est conclusio, quod inuentarium conseruat hæredem in eo statu, in quo reperiebatur ante additionem *Rol. de innent. quæst. 5. in oct. vtilit. nu. 7.* Et vnius inuentarij beneficium potest allegari, & ante, & post sententiam, & tempore executionis, vt refert idem *Roland. post Salic. Angel. Specul. & alias in plurium tract. de inuent. quæst. 212. nu. 3.* Sed sic est, quod filij eiusdem Tiberij dotis maternæ, creditores

res poterunt sibi satisfacere cũ liceat creditori, cum inuentario sibimet soluere, &
4 bona hæreditaria pro credito suo retinere, ex quo melius est non soluere, quam
solutum repetere, & stultissimus dicitur hæres, si alios requireret cum ipse ab alijs
5 sit requirendus, ita post plures sequitur *Monticul. de inuent. in d. tract. plurium quæst. 234. num. 130. ad fin.* Non enim negari potest, quin dotes maternæ in magna summa, vt in instrumento sibi filijs hæredibus debitę aliunde non possent capi cum omnia bona per Tiberium relicta, pluribus fideicommissis reperiantur obnoxia in eorum fauorem, vt fuit probatum, & potuerunt vtilitati suæ inuigilare,
6 & alios creditores præocupare *l. pupillus ff. quæ in fraud. credit. l. summa ff. de peculio Monticul. ibi nu. 84.* & nonnulli voluerunt hypothecam extingui facta exactione pecuniæ ad præiudicium etiam anterioris, eo maximè, quia tritissima est
7 conclusio, quod hæres nedum sibi vt supra satisfacere potest, sed & creditoribus, & legatarijs primo venientibus etiam posterioribus integraliter intantum, vt posteriores minimè conqueri possint *Rol. in d. tract. de inuent. q. 153. in §. octaua est vtilitas*, & nouissimè Eminens Lector in Archigymnasio nostro *Antonius Merenda contr. iur. lib. 19. c. 31. per tot. & Martius Venturinus cons. 29. nu. 45.* & nescio videre quomodo contra dd. de Rubeis possit agi hypothecaria, cum tem hy-
8 pothecatam non possideant, & talis actio sit realis, & sequatur fundum *l. pignoris ff. de pignor. & ibi Bart. & in l. pignoris C. eod. Negus. de pignor. 8. p. 2. membr. nu. 1.* nec obligari personam debitoris, sed rem dixit *text. in l. eos C. qui potior. in pign. habeantur*, quia tantum ius est in re idem *Negusant. p. 1. p. membr. in sum. nu. 3. in eod. tract. de pignor. Gratian. in discept. c. 616. nu. 12.* & idcircò specialis contra eos considerata hypotheca, nisi operatur maximè consibus extinctis.

Nec facit, quod ipsi ex causa dotandarum Sororum alienauerint census prædictos eorum genitori per Henricum assignatos, cum ignorarent, quid emptionis contractus inter Patrem, & Henricum celebratus contineret, intantum vt hæredes
9 cum beneficio inuentarij potuerint de bonis in hæreditate repertis disponere, & si id fratres fecerint sibi promissum fuit etiam in instrumento emptionis Henrici, nam ibi legitur pactum, quod in casu francationis censuum pecuniæ soluendæ errogari possint in extinctionem debitorum paternorum, sed sic est, quod officium dotandi filias, & descendentes est paternum, & auitum legitur in *l. fin. in verbo prosua progenie, C. de dot. promis. Doct. in l. 1. ff. sol. matri Surd. de alim. tit. 1. q. 102.*
10 *nu. 4.* & idcircò in vim pacti talis dotatio succedere debet loco hypothecæ, iuxta conuenta.

Nec in hoc casu crederem intrare doctrinam eiusdem *Surd. de alimentis tit. 1. q. 5. nu. 8. vers. sicut autem*, vbi dicitur, quod sicut tenetur alere, ita & sororem inopem dotare, nam primo respondetur id procedere, quando frater posset adstringi ad dotem, sed quando non extant bona paterna, & Mater est diues, prout mater erat
11 (cum in dotem haberet vltra scuta septem mille) ad eam spectabat, & non ad fratres ex bonis fideicommisso subiectis *Surd. in eod. tract.* post plures *tit. 1. q. 14. n. 13.* vbi de magis communi *Petra de fideicommissis q. 8. nu. 460.* vbi plures allegat, non enim fratres tenẽtur dotare sorores, nisi in subsidium quando non possunt dotari, vel ex bonis liberis paternis, siue maternis, siue proprijs earundem sororum *Ias. in anth. resque C. comm. de leg. num. 3.* & fuit dictum *coram Eminentiss. Vitelli de anno 1628. 30. Martij, in causa Bonem. fideicommiss. de Malmitijs*, & notant *DD. in d. l. 1. ff. solut. matr.* inter quos *Alex. nu. 23. & 24. & Barbol. in 4. p. nu. 125. & seqq.* & sic fra-
12 ter non potest cogi, sed ex caritate sanguinis in subsidium tenetur *Bald. in l. neq. mater. C. de iur. dot. Duran. decis. 26. num. 8.* & quando frater cogitur sororem dotare

tare conuenit, vt sit diues, quales non sunt dd. fratres inspecta eorum nobilitate *Thesaur. decis.* 192. *nu.* 7. *Coccin. decis.* 77. *nu.* 3. & 11. & in concursu cum fratre,
13 matrem diuitem debere dotare filiam dixerunt *Molin.* & *Gomez.* quos refert, & sequitur *Duran. decis.* 206. *nu.* 8.

Ad id, quod ipsi teneantur ad lib. 4000. ex terreno per Patrem Carolo de Barberijs vendito erit aduertendum, quod in instrumento venditionis prædij per Tiberium Henrico de anno 1612. 18. Iunij, facto fuit inter eosdem Tiberium, & Henricum conuentum his verbis. Quod terrenum liberandum per Tiberium à d. Carolo de Barberijs, cedere deberet loco inuestituræ præstandæ pro cumulatione fructuum, iuxta formam *Brevis Pontificij*, & quod fructus d. terreni in posterum recolligendi, facta dicta iurium acquisitione deberent cumulari ad formã *Brevis Pontificij*, & d. Henricus huiusmodi cumulationem faciendi, plenam potestatem habebat, neqs in hoc possit vllo vnquam tempore, sub quouis prætextu à d. Tiberio, seu ab eo causam habente molestari, & inferius cum certis expressionibus, vnde intrat illud ad præiudicium dd. de Vtris, quod scriptum reperitur in *decis. Eminentiss. Panziroli* 4. *Marty* 1642. *in hac causa*, vt imputandum sit d. Henrico, qui inuestituraw, & multiplicum fieri non curauit, & etiam alia, qnæ in *eadem decisione* habentur circa eius negligentiam, intantum vt non possit obesse vocatis ad fideicommissum, & probatur etiam per *subsequentes decisiones in eadem causa coram Reverendiss. Beuttingerio, & Corrado*, &
14 nedum ob non factam inuestituram sibi est imputandum, verum etiam debet, seu HH. deberent præstare omnia damna, & interesse *l. idem, qua* §. *si procurator, l. si tibi mandauero* §. *sicut ff. mandat. Rot. Gen. decis.* 9. *nu.* 5. & 6. & *decis.* 68. *nu.* 5. & quod teneantur non solum præstare dolum,
15 & latam culpam, sed etiam leuem post *Alex. Dec. Castr. Ang. Aret.* & *alios* tenet *Cagnol. in l. contractus* 27. *per illum text. ff. de reg. iur. nu.* 30. & *Surdus decis.* 304. *nu.* 4. 5. & *seqq.*

Nec opponatur, quod ijdē fratres de Rubeis petierint ab Illustriss. Populis terrenū, quod emerat Barberius à Tiberio pro dd lib. 4. mill & propterea ipsi teneantur, nā id ex facto tollitur, cum egerint tantum ad bona subiecta fideicommissis primi Nestoris, & Ludouici Senatoris de Rubeis, & hæc bona erant liberi, vti empta per Eq. Io. Galeatium Tiberij Patrem, prout Henricus fatetur in instrumento de anno 1613. 3. Ianuarij, nec ipsi fratres prohibent, quin Vrisj ad bona prædicta agant, & si pro credito dotali eorū matris ad ea ipsi accedere possent, & vti anteriores deberent præferri, & creditur etiā posse sustineri, stante d. conuentione, & obligatione dd. Vtrios non posse audiri, cum prius ad multiplicum specialiter obligatum egerint ex *allegat. in decisione*, quibus nō videtur posse responderi multiplicum ipsum non fuisse factum, nam primò ex iam dictis onus per Henricum fuerat assumptum; secundò non potest dici non fuisse factum multiplicum, cum transierint triginta septem anni à die venditionis, & fructus in viginti annis præsumuntur adæquare sortem *gl. s. & ibi DD. omnes in auth. perpetua in verbo tulla C. de*
16 *Sacr. Sanct. Eccles.* & sicuti ex fructibus colligitur valor rei, sic ex valore potest colligi, quot fructus sint percepti *Bald. cons.* 323. *in fin. lib.* 2. & ex coniecturis posse etiam desumi, dixit *Menoch. præsumpt.* 9. *lib.* 3. *num.* 25. & 26. & aduertit *Tusch. in lit. F concl.* 500. *nu.* 1.

Minusq; potest obijci, quod ijdem fratres approbauerint inuestimētum, quia tollitur ex his, quæ habentur per *Reverendiss. Beuttingerium in d. decis.* 4. *Marty* 1642.
Et nescio videre quomodo possit sustineri instrumētum de anno 1622. prætensi inuestimenti, nedum stante notoria nullitate, cum duo ex ipsis fratribus essent minores

notes respectiuè decimo octauo anno, ex *statuto nostro in rubr. de contr. cum minor. & fil. fam. per totum.*

Nec potest dici inducta ratificatio, dum ipsi omnes non habuerunt plenam scien-
18 tiam, nec fuerunt certiorati de præiudicijs, quæ sibi ex eodem contractu inferebantur *Corrad. cons.* 329. *nu.* 10. *vers. præterea ratihabitio*, ita post *Seraph. decis.* 1474. *nu.* 3. *& alios* dixit *Caual. decis.* 612. *num.* 27. nec sufficere scientiam in genere, sed debere esse plenam, dixit *Eminentiss. Vbaldus decis.* 635. *nu.* 12. *vers. immo, par.* 1. *recentior.* & probandum esse, vt ipsi intellexerint quid ratificauerint, post *Bald. in cons.* 176. *lib.* 2. tenuit *Manent. decis.* 59. *num.* 19. & nouissimè idem Excellentiss. *Merenda lib.* 24. *contr. iur. cap.* 11. *nu.* 1. Non est ergo mirum, si illi, qui allegant ratificationem, debent probare scientiam actus, qui ratificatur, cum sit de substantia ratificationis *Bald. d. cons.* 176. *circa med. lib.* 2. *Surd. cons.* 27. *nu.* 118. *Venturinus cons.* 6. *nu.* 5. *& seqq.*

Minusq; credo ex Instrumentis allegatis desumi fratres ratificasse, eo quod nullum verbum ratificationis legitur, cum non sufficiat in genere habuisse notitiam venditionis per Patrem factæ, nisi etiam tenor venditionis innotuerit in cunctis eius partibus *gloss. in c. concertatio in verbo sciuit de appell. in* 6. quæ vult, quod non dicatur aliquis scire factum, nisi illud nouerit, cum suis qualitatibus *Specul. in tit. de appell.* §. *qualiter vers. cautus etiam sit, & in tit. de citat.* §. *sequitur post princ. Nat. cons.* 162. *nu.* 33. *lib.* 1. Saluo tamen saniori iudicio.

CONTROVERSIA CXXXII.

Pro R. D. Bartholomæo Sandro.

SVMMARIVM.

Damnum alicui non debet inferri, nu. 1.

Quando non diminuitur necessitas aquæ superioris molendini, nouum molendinum inferius potest construi, nu. 2. & 7. & 8.

Maximè si flumen non sit nauigabile, nu. 3.

Imò in ripa fluminis nauigabilis ad spectante, nu. 4.

Nec obstare statutum disponens debeat relinqui distantia centum perticarum, nu. 11.

Interest Reipublicæ, vt noua construantur molendina, nu. 5.

Nec lucri priuati ratio est habenda, nu. 6. & 10.

Flumen priuatum dicitur, quando non omni tempore fluit, nu. 9.

Adsit Deus, & Virgo.

1 Ic pro veritate requisitus, an possit ædificari nouum molendinũ, & licet prima facie videretur dicendũ, quod non possit ædificare ratione præiudicij, & minoris lucri antiquioris molendini spectantis adm. Reuer. D. Alexandro de Sandris, cum damnum alicui inferri non possit *l.* 2.

§. *me-*

§. *merito ff. ne quid in loco publico l. non amplius* §. *fin. ff. de leg.* 1. & nemini inuito iuris quæsiti, est facienda detractio *l.* 2. §. *in princ. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris.*

His tamen non obstantibus contrarium verius esse censeo, nam ducendo aquam per nouũ molendinum ex flumine priuato, prout est flumen, seu potius riuum Venulæ, non minuitur necessitas aquæductus, vt considerat *Alex. in cons.* 194. *nu.* 1. *lib.* 2. *& nu.* 7. loquens de flumine nostro Reni, dicens posse liberè fieri, dum flumen, ex quo decurrit aqua non sit nauigabile, sustinens etiam, quod si Renum nostrum esset nauigabile, nihilominus posset in ripa fluminis ad se spectante construi nouum molendinum, nec attendi debere interesse superius molendinũ habẽtis, dixit doctissimè *Signorol. de Homod. cons.* 91. *nu.* 10. ex quo multo magis ex dicta constructione amplietur publica vtilitas, quam quod detrahatur, cum homines, & vicini habeant faciliorem aditum ad molendum, & maiorem copiam molendinorum, quam primo, & hoc interesse reipublicè *l. publicas in fine. & ibi DD. C. de feriis*, imò ibi *Homod. num.* 12. *& seq.* denotat, & rectè demonstrat prætensi lucri priuati, nullam esse habendam rationem, & in terminis terminantibus, quod non obstante superiori molendino, posset inferius aliud nouũ ædificari molendinum, eo quod non debeat quis esse potior in prohibendo, quam ille, qui ædificare intendit, cum aqua sit publica, & neuter eorum habeat ius potentius altero, cum flumen non sit nauigabile *Castr. cons.* 411. *lib.* 2. *per totum*, qui omnibus obiectis respondet, ita etiam *Ripa*, qui disputat ad partes in *l. quemnus ff. de fluminibus nu.* 42. *& seq.* Id enim, quod dicitur in præiudicium antiquioris molendini non posse ædificari, declaratur solum, quando diminueretur aqua primi *Gratian. in discept. forens. cap.* 89. *nu.* 1. *Tusch. post Bald. & alios de communi opin. in verbo molendinii concl.* 304. *nu.* 10. declarans, quid sit publicum flumen, & priuatum, priuatũ esse dixit, quando non omni tempore fluit, & terrena priuatorum sunt secus ipsum flumen, & ita affirmant *Marc.* 9. 416. *nu.* 9. *& Cravet. cons.* 204. *nu.* 3. *&* 17. & quod non possit impediri noua constructio molendini, etiam ad præiudicium molendini prius constructi, adeout quis non possit impediri in nouo molendino construendo, post *Bald. & Ias. in d. l. quominus ff. de fluminibus nu.* 83. *& seq.* sic dicentem, si ædificium vicini non destruitur, nec incommodatur, quamuis minus lucri, & frumenti vicinus recipiat, non est curandum, dixerunt etiam *Cacher. in decis. Pedemontana* 17. *nu.* 3. *& Bocr. decis.* 125. *nu.* 4. & post *Bart.* dixit *Afflict. decis.* 388. *nu.* 10. *&* 11. dum aqua, quæ ducitur sufficit superiori, & inferiori construendo molendino, referens & ipse sic Bonon. fuisse iudicatum inter Fratres Prædicatores, & Minores, non obstante *Statuto*, quod non debeat nouum molendinum construi, nisi vltra centum perticas *Alex.* viden. *cons.* 22. *lib.* 4. vbi *Statuto*, & alijs pluribus obiectis respondet, sic in fine concludens, molendinum anterius non habere iurisdictionem, & ita *Iason loco supertus citato*, cum non possit auferri commodum concursus molentium, nam hoc est in potestate eorum, qui molent.

CONTROVERSIA CXXXIII.

Pro Illustri D. Iacobo Basengo.

SVMMARIVM.

PRobatio in summario possessorio cũ sit leuis præiudicij, potest fieri per vnum testem, vel per famam, n. 1.

Mandatum de manutenendo est concedendum ei, qui probauit semel anno præcedenti duxisse aquam per eius foueam, nu. 2.

Possidere quis dicitur, dum non relinquendæ possessionis animo, sed reuertendi discessit, nu. 3.

Possessioni non censetur renunciatum in incorporalibus, nu. 4.

Agens confessoria, aut negatoria supponit habere dominium, aut possessionem, seu quasi, nu. 5.

Clam possidens non est manutenendus in possessione, nu. 6.

Aquarum auersio non potest fieri cum damno alterius, nu. 7.

Declaratur tex. in l. 2. §. idem labeo ff. de aqua pluuia arcenda, nu. 8.

Aquæ naturaliter descendunt ad partes inferiores, nu. 9.

Aqua per viam publicam immitti, nec currere debet, nu. 10.

Vetustas habet vim legis, & naturæ, num. 11.

Adsit Deus, & Virgo.



Siue attendamus possessorium, & sic an sit dandum mandatum de manutenendo Perillustri D. Iacobo Basengo, ad effectum, vt aperiatur Clauica, & aquæ prouenientes ex pluribus locis, & per Possessionem eiusdem D. Basenghi, transeuntes iuxta solitum annorum præcedentium, excolentur mediante fouea, seu fossetta ex transcursu viæ publicæ, vbi reperiuntur buchæ recipientes ad id destinatæ.

Siue attendamus petitorium vtroq; casu D. Basengus debet obtinere.

1 Quoad possessorium etiam summarium, quod ex aduerso supponitur tractari, sufficit attestatio vnius testis, & si plures de hoc deponant testes, eo quod agitur de leui præiudicio, *Bart. in l. 1. C. quorum bonorum. Matheſilanus in singulari secunda*, dicens sufficere etiam in tali iudicio, vt probetur per famam, ita post plures dixit *Mastard. in concl. 1189. nu. 2. & 7.* & post *Alex. in cons. 103. nu. 3. lib. 7. & alios, Menoch. de retinen. possess. remed. vl. nn. 34.*

2 Et sufficit probasse aquam semel anno superiori per dictam foueam fuisse ductam, ita post *tex. in l. 1. in princip. ff. de aqua quotid. & æstiu.* dixerunt *Rotæ. cons. 191. nu. 3. vers. sed præmissis non obstantibus. lib. 1. Greg. XV. decis. 100. nu. 1.* & tali casu dãdum esse mandatum de manutenendo, nouissimè etiam declarauit *Sacra Rota in decis. 213. post tract. Polly de manutenendo nu. 1.* quod & prius approbauit *Marcus decis. Delfinali p. 1. qual. 488. nn. 18.*

Et

Et ideò regula ea exaduerso adducta probandam esse possessionem de tempore mo-
tæ litis *ex §. retinendæ inst. de interdictis*, non procedit in casu nostro, addito quòd
3 quis possidere dicitur, & si ipse, nec alius eius nomine in possessione sit, dùm non
relinquendæ possessionis animo, sed reuertendi discesserit, nàm & eo casu posses-
sionem retinere dicitur §. *possidere*, vbi *Soarius, & alij Iaſtit. eod. tit.*

Secundò agitur de seruitute, & sic de re incorporali probant *text. in l. 1. §. incorpo-
rales ff. de rerum diuisione in §. fin. inſtit. de rebus corporalibus, & incorporalibus gloſ. in l.
Pomponius ff. de acquir. rerum dominio in verbo incorporales, & Rebuf. in l. octentum labeo
in verbo corporales ff. de verb. ſignif.* Sed in incorporalibus non præsumitur posses-
4 sioni renunciatum, sed potiùs intellig tur intentata actio confessoria, aut nega-
toria, quæ dominium, & possessionem, seu quasi apud agentem præsupponit *l. ſi-
cuti §. Aristo. ff. ſi ſeruitus vindicetur.* & ibi *Bart.* qui, & in §. *ſed, & ſi quæratur, præce-*
5 *denti nu. 3.* dixit in vindicanda seruitute nihil releuare, si quis sustineat partes pe-
tentis, vel possessoris, & in *eod. §. nu 2.* docet, quæ nàm sit seruitus, quæ habeat
causam continuam, vel discontinuam, eò quod non semper pluit, & aquæ plu-
uiales, ibi non semper currunt, & idcircò siuè fuerit petitum mandatum de ma-
nutenendo in possessione, siuè cumulatum petitorium, cum agatur de incorpora-
libus, mandatum de manutenendo semper erit concedendum. Ità affirmant *Rip-
pa in lit. 2. reſponſorum in tit. de reſcriptis, & Prælatorum, ac Principum Gratijs cap. 7. nu.
3. verſ. tamen hac concluſio Gratian. in diſcept. cap. 113. nu. 66.*

Tertiò facit, nàm si quis ad Nundinas, vel aliò profectus abesse cæpit, si reuersus in-
ueniat naturalem possessionem occupatam, possessionem prædictam ab alio oc-
cupatam, ex interdicto retinendæ recuperare poterit, eo quòd prætor clàm posſi-
6 dentem tueri non tenetur; ita post *Bal. in l. 1. in verbo nec clàm nu. 8.* dixit *Menoch.
de retinenda poſſeſſione remed. 3. nu. 28.* & de simili vitiosa, & clandestina possessio-
ne dixit sacra *Rota deciſ. 84. nu. 3. p. 6. diuerſ.*

Quo verò ad petitorium, testes adeò concludunt de antiqua, & continua possessio-
ne, & seruitute, vt nihil aduersus eos adduci possit, & reddunt rationes sufficien-
tissimas. Nec facit id, quod dicitur per Excellentiss. D. meum ex aduerso scri-
bentem, quod Pelonus ad libitum potuerit opere manufacto auertere aquas D.
Basenghi, & impedire, ne ad eius fossettam peruenirent, cum damno, & præiudi-
cio eiusdem D. Basenghi, ex quo non constat, quod illas iure seruituris teneatur
recipere, per *textum*, quem ipse annotauit in terminis in *l. 2. §. idem labeo ff. de aqua
pluuia arcenda*, nam primò ex lectura testium de seruitute satis clarescit: secundò
7 conclusio, de qua in *eod. §. idem labeo*, non procedit, quando auersio aquarum fit
cum damno, & iniuria alterius fundi *l. 3. §. ſi quis riuum ff. de rinis*, probant etiam
gloſ. in d. §. idem labeo in verbo noceat dicens, prout *Odofred. & alij ſcribentes*, quod li-
cet non detur actio de aqua pluuia arcenda, datur tamen actio de dolo, & ibi *Io.
de Imola, & in l. 1. in §. Neratius eod. tit.* qui & benè declarauit dispositionem *d. §.
idem labeo* procedere, quando aqua, quæ dicitur nocere, hodie nocet, secus si con-
sueuisset nocere per tempus, cuius initij memoria non extaret, vt affirmant testes
loquentes per verbum semper, vt & d. Excellentiss. D. Aduocatus in suo Consul-
to confessus est, & de verbo prædicto post alios affirmat *Barboſ. de dictionib in dict.*
8 310. *& Cuman. in d. §. idem labeo* dixit labeonem ibi malè locutum esse, & reproba-
rium *l. 2. in §. pariter* incipiente *idem labeo ff. ne quid in loco publico*, vbi *textus* in ter-
minis considerat, an aquam recipere sit necesse, vel non sit, & *Caſtr. in d. §. idem
labeo de aqua pluuia arcenda* dixit *text* limitari ex his, quæ habentur in *d. §. Neratius
in l. 1. ff. eod. tit.* vbi in terminis terminantibus *Neratius ſcripſit opus, quod quis fecit, vt*

aquam excluderet, qua exundante palude in agrum eius refluere solet, & ea Palus aqua pluuia amplietur, eaq; aqua repulsa eo opere agris vicinis noceat aqua pluuia arcende actione cogetur tollere, & in puncto de impediente aquam, nè præiudicet seruituti debitæ dixit *Berous conf.* 139. *nu.* 24. *& nu. seq. lib.* 3. & declarando *d.* §. *idem labeo de aqua pluuia arcenda,* habetur in *dec. f. praditta* 213. post *Pollhium in d. tract. de manut.*

Naturaliter etiam aquæ descendunt ad inferiores partes, quæ partes debent reci-
9 pere eas *l.* 1. §. *sed & si vicinus, & §. fin. ff. eod. tit.* & ibi aduertunt *Alberic. Rom.* & alij prout, & *in* §. *deniq; il p. & in d.l.* 2. *in princ.* pariter *eod. tit. ff. de aqua pluuia arcenda.*

Et quia aqua per viam publicam immitti, nec currere debet *l. seruitutes prædiorum* §.
10 *publico ff. de seruit. Capol. de seruit. via cap.* 3. *num.* 24. & ex statutis aquarum sanctum est.

Et quia cõstat per plures testes, & si duo sufficiant *c. cũ esses extra de test.* & ibi *DD.* de possessione viginti, & plurium annorum, & sumus in casu, in quo vetustas vicem legis, & naturæ habet *l. hoc iure* §. *ductus aquæ, ff. de aqua quotidiana, & æstiua,*
11 & post *Rim. & alios dixit Surd. conf.* 447. *nu.* 12. *Gratian. cap.* 48. *in fine.*

Et quia non conuenit diuertere aquam à suo solito cursu *Marcus d. decis. Delfin.* 588. *nu.* 17. non debet ergo per Pelonum fieri oppositionem aperiendi dictam fossettam cessantibus, etiam ex supradictis ijs, quæ dicuntur circà facultatem, additis his, quæ habentur per *Capol. in tit. de seruitute aquæductus c.* 4. *in tit. de seruit. rust. prædiorum nu.* 57. *&* 58.

Et hæc saluo &c.

CONTROVERSIA CXXXIV.

Pro Illustris. D. Aurelio Maluitio.

SVMMARIVM.

TRebellianica ex contractu non deducitur, nu. 1.

Textus in l. quidam cum filius familias ff. de hared. instituẽ. declaratur, n. 2.

Donatio causa mortis est reuocabilis, num. 3.

Donatio in dubio præsumitur causa mortis, nu. 4.

Et eo magis si fuit facta eodem die Testamenti in eodem loco, & præsentibus eisdem testibus, nu. 5.

Ea quæ fiunt eisdẽ loco Testibus contextu, & momento dicuntur ineſſe, n. 6.

Donatio inter viuos non eget confirmatione, nu. 7.

Iuramentum non alterat donationem causa mortis, nu. 8.

Clausulæ censentur appositæ ex stilo notariorũ, nu. 9. *&* 16. *maximè si sint in executiuis, nu.* 18.

Falcidia deducitur ex donatione causa mortis, nu. 10.

Donatio ob ingressum in religionem, dicitur ex causa mortis, cum pendeat à professione, nu. 11.

Trebellianica per hæredem grauatum in testamento, potest detrahi, nu. 12.

Dictio (in totum, vel omnia) non impedit detractionem trebellianicæ, num. 13.

Ad

Ad Prohibitionem trebellianicæ requiritur expressio specifica, & certa, nu. 14.

Herodias dicitur tota, & integra licet trebellianica detrahatur, nu. 15.

Verbum totum aliquando accipitur pro parte, nu. 17.

Adsit Deus, & Virgo.

Millesimo quingentesimo octuagesimo quarto 24. Aprilis Nobilis D. Dorothea ol. D. Camilli de Bonfigliolis maior decimo sexto, minor tamen decimo octauo, præcedentibus, & obtẽta licẽtia ab Illustriss. DD. Vexillifero Iustitiæ, Antianis, & Tribunis Plebis dedit, & donauit Illustri D. Camillæ eius sorori, tunc præsenti omnia, & quæcumq; bona ipsius D. Dorotheæ, & ad ipsam quomodolibet spectantia, & pertinentia, cum clausula, ad habendum, pacto constituti, & alijs clausulis, cum pacto, & declaratione, quod dicta bona post mortem prædictæ D. Camillæ intotum perueniant, & spectent ad filios, & descendentes masculos d. D. Camillæ. si filios masculos habuerit æqualiter, & æquis portionibus in capita, alias ipsa bona perueniãt, sint, & spectent ad filias fœminas d. D. Camillæ æqualiter, & æquis portionibus in capita vt sup. vbi autẽ contigeret ipsam D. Camillam decedere sine filijs masculis & fœminis ex ipsa D. Camilla procreatis legitimis, & naturalibus, voluit bona sua spectare ad plures nobiles suos Agnatos, ex rogitu DD. Cornelij, & Lelij amborum de Bertis. Eadem die in eodem loco, & eisdem testibus præsentibus ex rogitu eiusdẽ D. Cornelij d. D. Dorothea, testata est in omnibus bonis hæredem vniuersalem instituendo d. D. Camillam eius sororem, & ea decedente illius filios masculos legitimos, & naturales, si habuerit, æquis portionibus, alias illius filias fœminas legitimas, & naturales æquis semper portionibus, & quatenus non haberet masculos, nec fœminas, substituit eosdem DD. de Bonfigliolis eius Agnatos in d. donatione compræhensos; voleus in effectu prædictos omnes succedere iuxta vim, & formam d. donationis eodem die factæ, quam donationem confirmauit.

Modopio veritate quæritur vtrum per donatariam, seu hæredem grauatum, possit deduci trebellianica, seu falcidia.

Secundò an ex verbis donationis, & testamenti sit prohibita, ibi bona prædicta intotum perueniant, & ad primum videtur prima facie dicendum trebellianicam non deberi ex contractu donationis, qui testamento præcessit, vt per *tex. in l. quidã cum filius familias ff. de hared. instit.* dixit *Bald in rub C. de reuocandis his, quæ in fraudem creditorum in fine,* & quem in hoc exaltat *Marc. Mantua sing.* 188 *nu.* 3. *Odd. de fideicommissis q.* 35. *art.* 3. *nu.* 48. *d. Mantua* relator, & nouissimè post alios per *d. textum Cancer. var resolut. t.* 2. *nu.* 9. *lib.* 1. sed si videantur *tex. in d. l. quidam, & Odofred. Albericus, Cumanus, & cæteri* 2 non probant, nec *Affictanus*, ibi habuit animum id affirmandi, ex quo verbum aliquod ad id in textu applicari potest, & *Oddus Mantua* relator loquitur, quando in contractu facta esset prohibitio alienationis, & sic extra casum nostrum, *textus* enim *in d. l. quidam* sic loquitur, *si quis vellet instituere filium, itaut Pater nihil ex hæreditate haberet, & filius ea diceret habere Titium amicum illum instituatis*, prout fecit, si Titius nollit adire, quæritur an fideicommissum ab eo peti possit, & *ibi Iur. conf.* determinat Titium non posse conueniri, &

nullum verbum ibi de trebellianica, seu alia portione agiturq; de testamento, & idcirco malè loquuti sunt *Baldus, & sequaces.*

3 Secundò dicitur talem donationem esse ex causa mortis, & ideò revocabilem *l. qui mortis l. senatus §. sed de mortis causa l. scia ff. de donat. causa mortis fuisti. de donat. in princip.* & quod sit donatio ex causa mortis probatur: primò, quia nullum verbum, quod sit inter vivos, & adest mentio mortis, ibi, & considerans, quod si ipsa decederet, & in alijs locis, itaut inter tres species donationis causa mortis ea sit, *quando quis nullo præsentis periculi metu conterritus, sed sola cogitatione mortalitatis donat*, sic ait *Iur. Cons. in l. 2. ff. eodem tit.* ibiq; norant scribentes, inter quos *Castr.* dicens, quod morte non secuta, res condicitur ob causam, vel sine causa interdum, cum intentione ne transferatur dominium *Alex. & communiter Doct. in l. quæ dotis ff. sol. matrim Tusch. in verbo Donatio concl. 661. nu. 1.*

4 Et quando essemus in dubio, donatio præsumitur ex causa mortis *l. scia ff. de dote prælegata glos. in l. quæ dotis in verbo tenebitur in fine ff. sol. matr. Alex.* qui plures allegat *cons. 14. in princ. lib. 1.* & si in casu suo fuisset expressè dictum inter vivos, & dixit non esse dubitandum *Paris. cons. 16. num. 4. lib. 2.* & post innumeros *Mastard. concl. 662. nu. 1.*

5 Addatur donationem fuisse factam eodem die testamenti in eodem loco, & præsentibus eisdem testibus *Cassan. in consuetudine Burgundiæ rub. 7. de success.* §. 5. & post *Curt. sen.* idem *Mastard. d. concl. 662. nu. 20.* Ad hoc enim facit illud axioma, quod ea, quæ fiunt eisdem loco, testibus, contextu, & momento dicuntur inesse *Burat. decis. 775. nu. 18. decis. 58. nu. 44. & decis. 65. nu. 8. p. 6. diuers.* & ipsa donatrix tamquam donationem ex causa mortis illam in testamento confirmauit, id enim minus fuisset necesse, dum donatio inter vivos facta diceretur *l. 1. & ibi DD. ff. de donat.*

7

Nec facit, quod D. Dorothea promiserit, imò iurauerit contenta in contractu obseruare, & ideò dicatur donatio inter vivos, eo quod per talia verba minimè re-

8 ceditur à natura donationis causa mortis *Bald. in l. cum quis ff. de condit. ob causam Natta cons. 123. nu. 5. vers. secundo casu, & nu. 7.* dicens id procedere etiam facta promissione de non revocando in clausulis generalibus, eo quod tales clausulæ censentur appositæ ex consuetudine Notariorum *Angel. cons. 254 nu. 5.* & quia non

9 mutatur per prædicta natura donationis causa mortis *Gutierez de iuram. confirmatorio cap. 1 2. nu. 3.* etiam si extet iuramentum *Tusch. concl. 661. nu. 21.* & ex simplici

10 donatione causa mortis non est hæsitandum, quin falcidia debeatur *omnes Scribentes in l. si mortis causa C. ad l. falcidiam l. 2. C. de donat. causa mortis Bald. cons. 108. nu. 4. lib. 3. Vinitius in repet. l. in quartam ff. ad l. falcidiam nu. 63.* loquens de donationibus, quæ mortis causa confirmantur *Tusch. in lit. D. concl 666. num. 1.* & in terminis,

11 quando donatio est facta ob ingressum Religionis, vt omninò dicatur facta causa mortis, cum pendeat à professione quæ est mors ciuilis, dixerunt *Ioan. And. num. 21. Host. num. 4. ext. de Regularib. Amat. decis. Marchiæ 46 num. 14. Burat. decis. 461. nu. 5.* & ratio ea est, quia stat sub illa conditione potestatiua pendente à mera voluntate donantis, nempè, quatenus vellit profiteri *decis. 585. tomo 2. p. 5. diuers. nu. 2.* & cum talis donatio reperiatur confirmata per testamentum, remanet viden. vtrum Trebellianica possit detrahi, quod videtur affirman. cum id compe-

12 tat cuicunq; hæredi grauato *l. 1. §. hoc Senat. Cons. ff. ad Trebell. & Pegasianum l. debitorem ff. quæ in fraudem cred.* licet non defuerint aliqui tenentes Trebellianicam tantum detrahi debere per liberos testatoris, & sic in directa linea, non autem per extraneos, vt per *Papon. de Arrestis lib. 20. tit. 4. de retract.* nam verius est, vt cuicunq;

hæredi

hæredi grauato debeatur etiam naturaliter, sicut falcidia debetur ex legato *Errengar. in l. in quartam in 2. parte prafatę num. 149. Cras. in §. trebellianica q. 1. Rota decis. 399. nu. 3. p 5. diuers. Franc. decis. 11. nu. 13.*

Nec dicatur trebellianicam esse prohibitam, ex quo Testatrix donationem confit-
13 mauit, in qua donatione extant illa verba, vt omnia bona in totum perueniant, vt videtur tenere *Fontanel. decis. 262. n. 19 & Mantua tors. 291. n. 11. lib. 1.* nã contrarium est verius ne dd. verba impediãt detractionem trebellianicæ *Sacra Rota penes Putenm decis. 429.* secundũ nouam impressionem, *Angel. & Corneus in auth. sed cum Testator C. ad l. falcidiã Aret. Rom. & alij*, quos allegat, & sequitur *Eugen. cons. 6. n. 48. lib. 1. Iason in terminis terminantibus cons. 145. nu. 5. lib. 4.* dicens cum *Socino* verba
14 generalia, & vniuersalia talem trebellianicæ detractionem non impedire, cum expressa requiratur prohibitio *Capra, Rutinus, Gelasula, Claudius, Sessellus, Cassaneus, Bertrand.* & alij quos allegat, & sequitur *Menoch. lib. 4. præsumpt. præsumpt. 198. nu. 11. vers. caterum, Cancer. var. resolut. c. 2. de trebel. & falcidia lib. 1. vers. quia quarto, Colla in tutore integra, quid liceat, vel non in præiudic. 2. nu. 3.* vbi in hoc *Peregrinum* comendat *Mangil. de imputat. & detract. quæst. 115. nu. 30. & seq.*

Et hoc quia hæreditas dicitur tota, & integra licet trebellianica detrahatur *Petra de*
15 *fideicom. q. 15. nu. 195.* & carere omni dubio post *Decium, & alios* de communi attestando dixit *Nicolaus Bellonus cons. 67. nu. 1. vers. contrarium*, dicens sic Florentiæ fuisse iudicatum, & *n. 4.* adducit multas rationes dicens præsumi Testatorem minus grauare hæredem, quam fit possibile, secundo censeri se conformasse cum dispositione iuris communis, subiungens *nu. 5.* conscientiam non dictare, quod per dictionem (totam) dicatur prohibita trebellianica, cum plerumq; talis dictio soleat poni à Notario ex consuetudine, nec Testatorem sciuisse vim d. dictionis,
16 idq; etiam *idem Belonus* confirmat *in cons. 80. nu. 17.* idem *Peregr. in tract. de fideicommissis art. 3. nu. 88.* dicens, & ipse expræssam requiri prohibitionem, & illud verbum (totum) aliquando por parte accipi posse, dixit *glos. in cap. scire debet distinct.*
17 *76. lit. D. Alberic. in suo Dictionario in verbo* (totum) addatur, verba de quibus supra non legi in parte executiua, sed tantum in dispositiua, vt post *Castr. & Rain.*
18 dixit *Ant. Gabriel in tit. ad trebellianum concl. 6. in fine*, & ideo ad talem prohibitionem non sufficere coniecturas, nec verba obscura, & generalia cum requiratur clara expressio §. *si vero expressum in auth. de hared. & falcidia*, post plures *textus*, & rationes sustinuit etiam *Oldrad. cons. 248. nu. 2.*

Ex quibus &c. saluo &c.

CONTROVERSIA CXXXV.
Pro Illust. DD. HH. M. & N.

SVMMARIVM.

Filij Presbyterorum dicuntur incestuosi, adulterini, & sacrilegi, tanquam nati ex sponso Ecclesiæ n. 1.

Et tales non possunt per Papam, & Imperatorem legitimari, sed tantum dispensari, nu. 2. & eo minus possunt legitimari à Comite Palatino, num. 10.

Proles, & descendentes ex tali sacrilego, non possunt succedere, & debent ser-

seruire Ecclesiæ, vbi pater erat Sacerdos, nu. 3.

Dispensatio est maior legitimatione, sed odiosa, nu. 4.

Comes habens facultatem, & priuilegium legitimandi, non potest dispensare, nu. 5.

Et est intelligendum ne comprehendat tales incestuosos, & sacrilegos, nu. 6.

Dato etiam quod Papa, vel Imperator concesserint priuilegia, & facultatem legitimandi quoscumqs naturales, & bastardos, manseres, & alios, nu. 7.

Generalia verba, vel priuilegij, vel legitimationis nõ comprehendunt plurimum odiosos, nu. 8.

Et in tali legitimatione debet exprimi, non obstante constitutione conciliari, nu. 9.

Dispensatio requirit cognitionem causæ, & citationem Agnatorum, & interesse habentium, nu. 11.

Solus Princeps potest dispensare, nu. 12.

Dispensatio dicitur dispatio, nu. 13.

Spurius non habet lineam, quoad patrẽ, nu. 14.

Nec potest nominari filius, nu. 15.

Spurij non sunt Deo amabiles, nu. 16.

Quando sunt vocati, succedunt in fideicommisso in defectum legitimorum, & naturalium, nu. 17.

In substitutionibus est faciendum latissima, & benignior interpretatio, nu. 18.

Si duo filij sint hæredes instituti, tertio nato & ipse intelligitur æqualiter institutus, dum improuisè, quis moritur, nu. 19.

Nemo potest se opponere legitimationi, & dispensationi factæ per Summum Pontificem, nu. 20.

Extensio legis nouæ, non restringit actũ de præterito, & sic constitutio noua, non trahitur ad præterita connexa inseparabilia, nu. 21. & 30.

Bulla Pij Quarti declaratur, num. 22. & 24.

Vnus si apparet effectuate in vna ex Ecclesijs, simul omnes censetur effectuata in alijs, nu. 23.

Voluntas testatoris est individua, n. 25.

Clausula, sublata, claudit os substitutis, & iudicibus, nu. 26.

Tres sententiæ super legitimatione facient ius inter alios, nu 27.

Nepos ex bastardo potest instituj, & non filius, nu. 28.

In relictis conditionalibus qualitas personæ est consideranda, nu. 29.

Adsit Deus, & Virgo.

1 VIsis, & consideratis diligentissimè Testamentis Illust. DD. M. & N. eius fratris, & donatione facta per dictum Dom. N. Dom. Octauiano eius filio, & filijs dicti Dom. M. dico d. D. Octauianum Sacerdotis filium fuisse incapacem paternæ hæreditatis, & si fuerit legitimatus à D. Nicolao de Grassis, habente facultatem legitimandi à Federico Imperatore, & à Sanctissimo Innocẽtio Papa Octauo, ex regitu publici Notarij; primo enim considero filium Presbyteri, cæteris esse odiosiorem *Angel. cons. 401. Cephal. cons. 410. nu. 26. lib. 3. Surd. in tract. de alimentis tit. 1. q. 10. nu. 28.* similes enim filij dicuntur incestuosi, adulterini, ac sacrilegi, tãquam nati ex sponso Ecclesiæ *Bart. Bald. Alex. & alij*, quos allegat *Berous decens se fuisse indi-*

iudicatum conf. 163. nu. 17. lib. 2. Castr. conf. 30. nu. 4. vers. ita certam est, lib. 1. affirmans id tenuisse *Collegium Bonon. & conf 467. nu. 7. lib. 2.* dicens tali casu, nec Papam, nec Imperatorem posse legitimare, sed tantum dispensare *Gutierez in Canonicis quæst. cap. 7. nu. 49. lib. 2.* & cum Octauianus sit sacrilegus eius proles dicitur Ecclesiæ odiosa *Concil. Toletanum nonum nu. 10. anno 667. ibi cum multa super incontinentia Ordinis Clericorum emanauerint sententia patrum, & nullatenus ipsorum formari quieuerit correctio morum, vsq; adeo sententiâ iudicantiis protractauere cõmissa culpariis, vt non tantum ferretur vltro in auctoribus scelerum verum, & in progenie damnatorum, ideoq; quilibet ab Episcopo, vsq; ad Subdiaconum deinceps, vel ex Ancilla, vel Ingenua detestando connubio in honorem constituti filios procrearint, illi quidem ex quibus geniti probantur Canonica censura damnentur, proles autem aliena pollutione non solum hæreditatem parentum, nusquam accipient, sed & in seruitutem eius Ecclesia de cuius Sacerdotis, vel Ministri ignominia nati sunt iure perenni manebunt. Dec. conf. 338. nu. 3. & conf. 579. nu. 1. Engen. conf. 57. nu. 21. lib. 1. Honded. conf. 83. nu. 19. lib. 2. Surd. cons. 277. nu. 37. & conf. 552. nu. 27.* & hoc quia dispensatio est, quid maius, quam legitimatio *Alex. conf. 182. nu. 2. lib. 2. Bero. conf. 175 nu. 31. lib. 2.* & talis dispensatio dicitur odiosa, vt affirmat *Alex. d. conf. 182.* idq; etiam approbant *Canonista in c. 1. & 2. de filijs Presbyterorum lib. 6. Alciat. in l. 2. in princ. ff. de verb. obligat. num. 47. vers. salu primo,* & ibi *Bolognet. nu. 168. Decian. cons. 19. nu. 38. & in conf. 33. num. 40. lib. 1.* & plena manu idem *Surd.* post *Oldrad. Gigantem, & alios in cons. 245. nu. 10. Ancar. & Roland. quos cum aliis adducit, Lupus in tract. de illegitimis, & natal. restitutis comment. 3. §. 1. nu. 51. vers. dispensatio vero odiosa, Rota Romana decis. 240. p. 1. diuers. num. 2.*

Est etiam aduertendum priuilegium concessum d. Nicolao de Graffis, fuisse legitimandi tantum, & non dispensandi intantum, & nullius reddatur roboris *Barbatia cons. 58. lib. 2. & conf. 31. nu. 14. & conf. 96. nu. 22. lib. 3. Socin. conf. 246. nu. 3. vers. 2. & vlt. lib. 2. Gozad. conf. 6. nu. 17.* & *alij* relati per *Lupum in d. tract. de illegit. & natal. resti. coment. 3. §. 6. nu. 6. in vers. quæritur modo, & in vers. nihilominus,* dicens ad limites verborum esse priuilegium intelligendum, & strictè ne comprehendant similem adulterinum sacrilegum, etiam si Papa, & Imperator concesserint priuilegium, & facultatem legitimandi quoscunq; naturales bastardos, manseres, & alios quoscunq; &c. nam talia verba non operantur *glos. in l. si fugitiui, & ibi tenent DD. C. de seruis fugitiuis,* eo magis, quia Princeps tali casu se difficiliorem redidisset, vt dixit *Capol. in conf. Ciuili 66. nu. 6. & 7. Vrsil. ad Afflictum decis. 128. nu 3. Bero. d. conf. 175. nu. 32. & conf. 176. nu. 42.* est enim insp icienda forma, & potestas Co. Palatino in priuilegio concessa *c. pirro, & c. recipiuntur extra de priuilegio, Capola d. conf. Ciuili 66. num. 4.* dicens verba generalia, vel priuilegij, vel legitimationis non comprehendere plurimum odiosos, sed esse restringenda, & loquitur de natis ex sacrilegio, vt hic *num. 19.* nec legitur facta mentio, & derogatio specialis concilij, de quo in *c. cum inhibitio extra de clandestina desponsat.* adeò vt non valeat etiam ex hoc, debebant enim ibi ex primi, hæc verba, non obstante constitutione conciliari, dato etiam, quod aliæ prægnantissimæ clausulæ derogatoriæ legerentur *Paris. conf. 2. nu. 30. lib. 2. Monach. Archidiaconus, Io. Andrea, Bald. & alij* de quibus per *Socin. sen. conf. 65. lib. 3. in fine, Stluan.* qui *alios* allegat *conf. 45. nu 49. Couar. in tit. de matrim. 2. p. c. 8. § 9. nu. 6. Raudens. in tract. de Analogis c. 36. nu. 68.* qui omnes cum ab eis allegatis loquuntur in terminis terminantibus nostris, & filium Clerici non posse legitimari per Co. Palatinum, dixit *Surd. conf. 371. nu. 12. & nu. 39.* semper enim dicitur dispensatio, quando agitur

10 tur de filijs eorum, inter quos matrimonium esse non potest lege Diuina prohibente, & hoc quia cum matrimonij veritas inter eos esse non potuerit, ita nec etiam illius imago fingi potest *l. 1. C. de lat. liber. tollen. ita Canonista in d.c. per venerabilem qui filij sint legitimi, Collegium Bon. & alij* vt refert *Calr. cons. 30. nu. 4. vers. ita incertum est lib. 1. Dec. cons. 338. nu. 3. & cons. 579. nu. 1. Barb. cons. 58. nu. 6. lib. 2. Gozad. cons. 85 nu. 6. Bero. cons. 176. nu. 41. lib. 2. Surd. plena manu cons. 552. nu. 28.*

Talis etiam dispensatio non solum prohibetur fieri sine iusta causa, verumetiam

11 sine agnatorum, & interesse prætendentium citatione, minusq; Co. Palatino illam facere licuit, cum id ad Principē, & non ad inferiorem spectet *text. est in c. nisi rogor*

12 *p. q. 7. & ibi glos. ord.* & post *Butr. Iac. de Zachis* dixit *Cepol. ad. cons. Ciuili 66. nu. 14.* dicens notandum esse, quia ex hoc multæ legitimationes destruuntur, & *num. 15.* cum *Diuo Bernardo* dixit, quod nec tunc dicitur dispensatio, sed dissipatio *Crauet.*

13 *cons. 135. nu. 44.* monens Principes, ne tam sint faciles ad dispensandum, vt postulantium tedia euitent, imò *Bero.* dixit *in d. cons. 176. nu. 40. 42. 43.* talem dispensationem non posse fieri, nisi à Papa *Gionagn. cons. 21. nu. 84. lib. 1* etiam quod in priuilegio extet clausula, *citatis, vel non citatis agnatis, Peregr. decis. Patauij 10. nu. 12.* sustinens in simili casu, non præsumi iustam causam in Co. Palatino.

Et cum fuerit exclusus Octauianus, omnes ab eo descendentes pariter excluſi sunt, tanquam à radice infecta, vt in terminis terminantibus de descendentibus à Presbytero dixit *Cepol. in cons. 41. nu. 17. & 18. lib. 2. Mantic. in tract. de coniect. vlt. voluntat. 11. tit. 12. nu. 35. ad finem. Rimin. Iun. cons. 313. nu. 39.* & nimirum quia spu-

14 rius non habet lineam, quoad Patrem, nec ei vlla agnatione, vel cognatione contingit *Bero. quæst. fan. 90. num. 11* dicens quoad Patrem esse incognitum, nec quoad effectus Ciuiles, & ius succedendi dici filium, minusq; filium nominari

15 posse ex *text. in auth. ex complexu C. de incest. nupt. auth. licet C. de natur. lib. c. per venerabilem in fine, qui filij sint legitimi*, sustinens nullo modo, verè, nec præsumptiuè talem filiationem probari posse, & cum spurij similes ex peccato nascantur, non sunt

16 Deo amabiles, nec hominibus honorabiles, nec in bello fortes, nec in fide stabiles, *text. est in c. li gens Anglorum dist. 56.* eos enim totus mundus abhorret, & eos detestatur *Laur. de Pinu cons. 56. nu. 23.*

Remanet vt videamus quis hodie sit capax hæreditatum prædictarum, & quis sit substitutus in testamentis, & donatione eiusdem N. primo ex verbis claris testatorum constat vocatos esse in defectum natorum de legitimo matrimonio, naturales, & omnes descendentes ibi, item etiam dd. testatores, & vterque, & quilibet eorum, & conjunctim, & diuisim, & omni meliori modo, quo potuerunt, & possunt, ordinauerunt, & disposuerunt, quod deficientibus omnibus, & singulis prædictis hæredibus vt supra institutis, & substitutis, tam vniuersaliter, quam singulariter, & particulariter, & eorum liberis, & descendentibus masculis, & per lineam masculinam, ita quod aliquis amplius non reperirerur de stirpe descentium masculorum, & per masculum ipsorum DD. M. & N. seu alicuius eorum, tunc & eo casu; & post mortem ipsorum omnium instituerunt &c. Monasterium &c. cum ergo omnes descendentes sint vocati deficientibus natis ex legitimo matrimonio, succedunt etiam spurij *Alciat. cons. 24. num. 8. lib. 1. Peregr. de fideicommissis art. 22. nu. 81. in fine, &* & admittit *Sac. Rota dec. 388. n. 7. p. 1. in recent.*

Et quia Cippus quidem, & stirps sunt synonyma, & illorū appellatione veniunt illi, qui sunt de stirpe, de Domo, & Catata Testatorum disponentium *Paris. post Bald.*

17 *in cons. 35. lib. 3. nu. 2.* & nulli dubium est, quod descendentes etiam ex spurijs, possiunt instituj, & est communis conclusio, vt per *Corn. cons. 1. in lit. K. lib. 3. glos. ex*

DD. in l. fin. C. de natur. lib. Bart. in cons. 118. *& in l. gallus*, §. *quod filio*, & ibi *DD. omnes ff. de lib. & posthum. Bero. quæst. fam.* 127. *in prin. Clar. in §. testamentũ quæst.* 32. *n.*

18 1. & post *plures Cref. in §. instituto quæst.* 7. *nu.* 1. & eo magis in subſtitutione, in qua declaranda, eſt facienda latiſſima, & benignior interpretatio *gloſ. in l. gallus*, §. *quod ſi tantum ff. de liber. & poſthum.* & quã ratione Teſtatores naturales deſcendẽtes prædilexerũt, fortius liberos grauatos legitimos, & naturales prædilexiſſe cenſentur ex ipſis deſcendẽtes, vt *ex gloſ. in l. cum acutiſſimi C. de fideicommiſſ.* & dixit *Ruſtic. ad l. cũ Auus ff. de condit. & demonſtr. n.* 10. & erat conſideran. quod cũ Ludouicus, Andreas, Filippus Maria hæredes inſtituti, & Octauianus eſſent iã legitimati, & Teſtatores mandauerint per Monaſteria retineri bona, donec incapaces erunt effecti capaces, Teſtatores voluerunt intelligere de ſubſtitutis, qui incapaces nati fuerunt, ſed iam legitimati à Teſtatoribus, nec habebantur pro incapacibus cum capaces iam eſſent facti, nempè Ludouicus, & fratres filij M.

Et quamuis Bartholomeus M. pariter filius fuerit poſthumus, nihilominus in inſtitutione cenſetur compræhenſus, ſtante M. Patris morte improuiſa, ex his, quæ

19 habentur per *Mantic. de coniect. vlt. volunt. tit.* 2. *nu.* 3. adducens exemplum de ea muliere, quæ duos inſtituit filios, nam ex coniectura inteligitur etiam inſtituiſſe eum, quem poſtea peperit, & hoc quia in puerperio obijt, nec teſtamentum mutare potuit, & quidquid ſit omnes ex d. Bartholomeo deſcendentes, fuerunt ex legitimo matrimonio nati.

Quo verò ad Perilluſtres filios D. T. deſcendentes à Ioanne Galeatio filio d. Ludouici, vno ex hæredibus inſtitutis, & ſi ſpurius eſſet, ſtante legitimatione, & diſpenſatione facta per Summum Pontificem Iulium Tertium ex coniugato, & muliere ſoluta nato, præuia etiam approbatione diſpenſationis factæ per Epiſcopũ Feltrenſem Co. Palatinum his verbis conceptionis genituræ, & etiam ſi omnes natiuitatis defectus concurrerent, ita vt ad hæreditates, & fideicommiſſa dd. M. & N. admittantur, etiam quod bona eſſent emphiteotica, & feudalia, eo magis, quia Ludouicus vnus ex hæredibus fuit eiuſdem Iuli, Tertij Conclauiſta, iubens, quod nullus poſſit ipſum, & eius deſcendẽtes in vim dd. Teſtamentorũ moleſtare in quocunq; foro, ſiue Iudicio Eccleſiaſtico, vel ſeculari, perinde ac ſi de vero, & legitimo matrimonio natus eſſet, expreſsè derogãdo regulæ de iure quæſito, non tollendo ſublata facultate cuicunq; Iudici aliter iudicandi; & in ſignum beneuolentiæ eidem Io. Galeatio conceſſit Arma, & Inſignia Familiæ ſuæ de Monte, expreſse in hoc derogando etiam teſtamentis dd. M. & N. hæc enim legitimatio, di-

20 ſpenſatio, & habilitatio vti facta à Summo Pontifice, eſt tantæ potentiæ, vt nullatenus contra eam quidquam valeat attentari, vt dixi ſupra ex *Bero. conſ.* 176. *nu.* 40. *& ſeq. lib.* 2. *& Grouagnon. d. conſ.* 21. *num.* 84. *lib.* 1. neminiq; licet de eo, quod factum eſt à Summo Pontifice iudicium dare, cum iudicet ipſe, & à nemine iudicetur *Dec. poſt plures ex. & DD. in conſ.* 603. *nu.* 1. *& ſeq.* & eſſet ſacrilegium velle de facto Papæ, & Principis iudicare *l.* 2. *C. de crimine ſacrilegij.*

Nec crederem *Bullam Pij IV.* reuocationis legitimationum naturalium ſpuriorum ex pluribus operari, nã primo excipit legitimationes, ex quibus ius in re conſequutus eſt; Ius enim in re, quia iam Ludouicus filius M. conſequutus fuerat Patris, & Patrui portiones ex eorũ hæreditatibus, & illas habuiſſet, non enim debet per ex-

21 tenſionẽ legis nouæ fieri reſtrictio ad actum de præterito, dum durior fieret, quod eſſet tempore actus geſti *Edm. in c. fin. ext. de Conſtitutionibus*, dicens *nu.* 12. Conſtitutionem, & legem non procedere in futuris; quæ nullo modo ſunt ſeparata, ſed connexa cum præteritis, & habent omnimodam dependentiam, adeo quod minimè

minimè possit noua lex, Constitutio, seu Principis dispositio respicere actum de futuro quando etiam tangeret actum præteritum, & inferius dixit hæc verba cõstitutio noua non trahitur ad præterita connexa inseparabilia cum futuris, & vbi executio tangi non potest sine mutatione actus præteriti, scilicet iuris iam quæsiti tunc ius non tollitur per statutum, legem, aut constitutionem nouam, consumatio enim actus debet trahi ad principium, & ex eo sumit effectum *l. potior ff qui pot. in pign. habeant. Ancar. in c. Canonũ Statuta nu. 241. extra de constit.* vbi qualitas hominis confideratur ex principio gestionis non ex fine subiungens, quod res incohata vtiliter, & terminata inutiliter indicatur valida in totum ratione vtilis principij per *tex. in l. sed nec vltra ff. de neg. gest.* cum ergo Ludouicus filius successerit Patri,
22 & Patruo, & ante Bullam non solum semel, sed bis fortita fuit effectum, tanquam qualitas requisita ad successiones bonorum M. & N. non debet diuerso iure censeri *l. iam hoc iure ff. de vulgar. & pupillar.* nec *Bulla* dicit, quod legitimatio debeat esse effectuata in omnibus bonis fideicommisso subiectis, sed loquitur per verba negatiua de legitimationibus, vsq; adhuc non effectuatis, & sic videtur sufficere, quod in parte bonorum fideicommisso subiectorum habuerit effectum, nõ enim potest dici legitimotionem non esse fortitam effectum, cum saltem in parte
23 fortita fuerit vt dicitur de vnione, nam si apparet effectuata in vna ex Ecclesijs, simul vnitis censetur effectuata in alijs Ecclesijs vnitis, licet nondum effectum fortitis, ad effectum reuocandi regulam reuocatoriam vnionum *Guid. Papa cons. 234. nu. 5. Boer. decis. 46. nu. 2. Cabaler. decis. 408. nu. 5.*

Nec *Pius Quartus* intellexit facere talẽ dispositionẽ ad præiuditiũ tertij, cui ius ex so-
24 la spe quæsitum est, ita post plures *Doctores Aret. cons. 7. nu. 4. vers. sicut noua, Const. Socin. Iun. cons. 95. nu. 34. lib. 3.* eo magis cum præseruauerit legitimationes ex quibus ius in re consequutum est *Menoch. cons. 36. n. 24.* nec præsumitur voluisse ledere d. Ludouicum filiumin hac spe probabili *Peregr. de fideicom. art. 23. nu. 63.* & stante dicto iure quæsito, & clausula ex nunc, prout ex tunc effectuatio retrotrahit prouisionem executionis ad tempus datæ *Alex. in l. hniusmodi la 2. in princ. de verborum oblig. Mocdan. de concess. prabendæ decis 7. nu. 13.*

Et cum effectus subsecutus succedendi in parte bonorum M. perueniat ab illo iure vniuersali succedendi vigore illius fideicommissi, quod ius est vnitum, & indiuisibile licet bonorum pluralitas cõsiderari possit, quia per id nõ tollitur potestas succedendi, cum iam illa sit quæsita in omnibus bonis per successionem in parte bonorum fideicommisso subiectorum *Innocan. cons. in litteris n. 6. de rellis spoliat.* & cum agatur de voluntate Testatorum sumus in indiuiduis *l. pedius §. fin. de arbitr. Iaf. in*
25 *l. 1. §. sed & si mihi nu. 5. vers. tertio modo ff. de verb. oblig.* nec facit id, quod dicitur ex *Surd. cons. 337. nu. 50. & seqq.* quia loquitur in casu, in quo quis pro parte non succederat, vt hic, & si aliter diceretur sequeretur, quod cũ Lud. filius, & descendentes successerint in parte bonorum fideicommisso subiectorum, essent pro parte hæredes, & pro parte nõn, quoniam dari casus possit, vt M. pro parte esset testatus, & pro parte intestatus, contra *text. in §. non autem inh. de hared. instit.* vbi *glos. & DD.* & habetur per *Surd. cons. 337. nu. 15.* nec sumus in legitimatione, & dispensatione ordinaria, sec in derogatione facta per Pontificem dd. fideicommissis dd. M. & N. fauore filij, & suorum descendentium, cum expressa dispositione, quod subsistituti, & vocati nullo modo possint molestare d. Io. Galeatium, & descendentes, cum decreto iritanti, & clausula sublata, per quas clausulas clausum fuit os, & subsistitutis, & iudicibus fuerunt ligatæ manis *Felin. in c. nonnulli nu. 2. vers. secunda concl.* extra de rescripti *Cabal. decis. 430. nu. 2. & 3.*

Adda-

Addantur tres sententiæ *Sac. Rota, & per Guidobonum Suauem, & Verallum*, quæ sententiæ super legitimatione *faciunt ius inter altos decis.* 1010. *p.* 3. *nouissimarum*, & in
27 causa status omnibus præiudicare dixit *Gam. decis.* 383. *nu.* 2.

Non enim debet omitti Nobiles M. descendentes, posse succedere ex eorum personis vti vocatos in fideicommisso dicti M. tanquam natos de legitimo matrimonio, & descendentes eiusdem M. etiam quod Ioannes Galeatius L. filius eorum Auus, non potuisset admitti, quia Testator non abhorruit natos, etiam si nati ex legitimo matrimonio descenderent à bastardis, & legitimatis, ex quo omnes per ipsum instituti erant bastardi, & ab eo legitimari, licet ergo M. voluerit excludere bastardos, non tamen voluit excludere illorum filios, quando nati sunt ex legitimo matrimonio, nec est inconueniens, quod nepos natus ex legitimo matrimonio sit melioris conditionis, quam ipsemet naturalis, cum benè possit nepos
28 liberè ab auo instituì, & si non possit filius naturalis *l. fin. C. de nat. lib. Palcott. de Noth. & Spur. c.* 53. *nu.* 4. *Alex. Iaf. Cor. Clar. Placa, Cephal. Gabr. Surd. Ioseph. Ludouic. & alij*, quos allegat, & sequitur *Lupus de illegit. & natal. rest. com.* 1. §. 5. *nu.* 158.
29 *vers. contr. tamen*, & in relictis conditionalibus qualitas in persona est consideranda tempore purificatæ conditionis, quia tunc dies relicti cedit, & est locus substitutioni *l. si post, l. si diem, ff. quando dies legati cedat, nec ei nocet, quod medio* tempore accidit *l. eum qui post ff. de condit. & demonstr. l. interuenit ff. leg. prælandis, Rom. cons.* 438. *nu.* 12. *Alex. cons.* 26. *nu.* 13. *in* 3. *Socin. in l. si cognatis nu.* 30. *ff. de reb. dubijs* videtur enim in terminis *Cephal. cons.* 103. *nu.* 3. *& seq.*

Accedat, quod citatis omnibus fideicommissarijs, & in fideicommisso prætendentiI-
30 bus legitimatio L. filij, valida fuit declarata per *S. Rotam vt supra*; vnde fit, vt talis legitimatio, & effectuatio omnibus nocet *Roland. cons.* 92. *nu.* 15. *& seq. lib.* 4. *Peregr. de fideicom. art.* 53. *num.* 52. *& num.* 53. *Achil. de Graf. decis.* 3. *de sententia, & re iudicata.*

Hæc enim verissima esse credo, saluo &c.

CONTROVERSIA CXXXVI.

Pro Illust. D. Francisco Salimbeno, cum Mag. D. Sebastiano Morello.

SVMMARIVM.

STatutum Bonon. de instrumentis executioni mandandis in principio declaratur, nu. 1. 3. *&* 8.

Pecuniæ appellatione res mobiles, & immobiles continentur, nu. 2.

In promissione redimendi, venit pretium, nu. 4.

Et id habet locum, etiã in promissione interesse, nu. 5.

Ex promissione, & ex solutione plena inducitur probatio, nu. 6.

Index incertum in instrumento promissum potest taxari, nu. 7.

Adsit Deus, & Virgo.

Locus est statuto de duabus conformibus, primo quia statutum Bonon. de instrumentis executioni mandandis in principio loquitur generaliter de debitore pecuniarum, vel alterius rei, quæ debeatur, ex aliquo publico instrumento, pecuniæ autem appellatione, nedum pecunia numerata, sed quæcunque res tam soli, quam mobiles, & tam corpora, quam iura continentur *l. pecuniæ nomine, ff. de verbor. signif.* & ibi omnes. 1 2

Secundò, quia statutum prædictum habet locum in eo, qui tenetur rem aliquam tradere, vel eius valorem, vt legitur in eodem statuto, §. *& sin termino*, in illis verbis, *quod det, & soluat, seu tradat, vel restituat*, id quod in petitione, seu in instrumento continetur, aut æstimationem rei, seu summæ debitæ, vel petitæ, si venerit ipsa æstimatio soluenda. 3

Tertiò in hoc casu constat, quod per publicum instrumentum, cum venditoribus se obligauit rem venditam à quodam tertio francare, eamq; liberam tradere, ac reficere emptoribus damna, & interesse, certum est autem, quod in promissione redimendi venit pretium, sine quo francatio fieri nequit *l. 2. & ibi Doctores C. de pactis*, inter emptorem, & venditorem prout etiam includitur in promissione interesse *Alex. cons. 67. nu. 4. lib. 2.* quod satis expressum dicitur in instrumento, vt pro eo competat via executiua, ex beneficio statuti *Alex. cons. 126. nu. 4. & seq. lib. 6. Menoch. cons. 325. nu. 28. lib. 4. Surd. decis. 254. nu. 39.* constat etiam, quod ob d. francationem non factam D. Salimbenus successor dd. Emptorum, fuit coactus soluere libros noningentas quinquaginta pro prætio d. francationis vt in instrumento, & ex his duobus instrumentis, promissionis scilicet, & solutionis liquida inducitur probatio *Bal. in c. auditis nu. 4. extra de præscript. etiam ad effectum d. statuti, Carpan. ad stat. Mediolan. cap. 42. nu. 68. vol. 1.* 4 5 6

Quartò fuit per binas sententias facta condemnatio hæredum d. fideiussoris ad solnen. dd. libras 950. & ad damna, & interesse vigore d. obligationis in ipso instrumento contentæ, vt patet ex decisione DD. Iudicum potest enim Iudex incertum in instrumento promissum taxare, & iuxta illius liquidationē dari debet executio à statuto *Bart. in l. 1. nu. 17. ff. de legatis 2.* 7

Cum igitur emanauerint duę super condemnatione rei, & summæ vigore instrumenti debitæ, ipsaq; summa liquido appareat locus erit executioni à statuto concessæ, cum per illud non sit permissum, nisi semel tantum appellare, vt in *d. statuto de instrumentis executioni mandandis v. finem §. saluo semper.*

Quare &c.

CONTROVERSIA CXXXVII.

Pro D. Petro Scelero.

SVMMARIVM.

TEstes in subsidium, vbi alia probatio haberi nō potest probant, n. 1.

Maximè dum in tortura id sustinuerunt, nu. 2.

Duo

Duo testes in tortura sustinentes additis adminiculis probant, nu. 3.

Testis dicens partem voluisse eum corrumpere mediante pecunia probat, num. 4.

Accusator debet pati tam pœnam, quam passurus esset accusatus si delictum comisisset, nu. 5.

Etiam si pœna talionis esset sublata, num. 6.

Sed dicitur renouata per Bullam Pij Quinti, nu. 7.

Adsit Deus, & Virgo.

PEtrus Scelerus imputatus, quod exonerauerit sclopum cõtra Lucam de Cauatijs, & querelatus ab eo, & à Gregorio eius fratre, cum lis ciuilis inter eos penderet, est nedum absoluendus, sed ipsi de Cauatijs, & testes, qui in tortura sustinuerunt fuisse subornatos, puniendi sunt, nam dd. testes contra eosdem eo magis in subsidium
1 probant, vbi aliter veritas haberi non potest *Bald. in c. fin. ext. de testibus cogendis*, quod & affirmat *Felyn. ibi*, & in puncto, dum ex negotijs, seu criminis natura non possit legitima haberi probatio *Franc. Marcus in accis.* 487. *num.*
2 *9. vers. veramtamen*, & melius, quam alij, quando testes fuerunt torti, tenuit *Gaspar Ant. Thesaurus lib. 1. q. 15. num. 4.* vbi cum *Guid Papæ cons. 75.* dicit sufficere, si probetur indicijs, & præsumptionibus, & affirmat *Mascard. concl. 1340. num. 1. & seq.* & sic in praxi seruari dixerunt *Bes in tit. de inquisitione num. 46. vers. seruatur tamen Clar. in §. fel sum vers. sed quicquid sit de iure num. 5.* dicens sic pluries seruati vidi-
3 sse, & quod duo testes in tortura sustinentes sufficiant, maximè si concurrant alia adminicula, voluit idem *Thesaur d. q. 15. num. 4.* in hoc enim casu extant nedum adminicula, & indicia, sed probationes, vt per testes ad defensam examinatos, addita denunciatione Massarij, cui standum est.

Addamus depositionem alterius testis nouissimè repetiti, fatentis de subornatione
4 etiam mediante pecunia per Cauatios fuisse tentatum, & noluisse falsum deponere, cui soli standum esse voluit *Hippolytus Marsan sing. 112.* qui plures refert *Doctores*, dicens perpetuo esse menti tenendum, ita etiam *Gabriel* post *Felyn. Roman. Io. de Anania, Angel. Alex. Decium, Bald. & Gramol. in tit. de testib. concl. 1. num. 23.* Quare falsi, & corrupti testes sunt puniendi respectu corruptionis; sed Lucas
5 Cauatia non solum respectu corruptionis, sed & falsi accusatur, talis enim pœnæ falsæ accusationis est eadem pœna, quam debuisset pati Petrus Scelerus, si cum armis prohibitis aggressus fuisset d. Lucam, etiam si sublata sit pœna talio-
6 nis *Bal. in l. 2. num. 2. C. de his, qui latrones, seu alijs criminibus reos occultauerint*, qui sic Perusij seruatum esse dixit, adfert etiam *Clar. in §. fin. q. 101. num. 3. Tenimus caut. 1. nu. 11.* & si sublata sit pœna talionis, vt ipsi affirmant, imò *Farinac. in q. 116. num.*
7 5. dixit pœnam talionis renouatam esse per *Bullam Pij Quinti*, & quando etiam pœna reducitur ad arbitrium, ad mortem naturalem extendi posset, per ea, quæ notantur *in glosa in §. in summa instit. de iniurijs*, & communem opinionem esse dixit *Clarus in §. fin. q. 83. nu. 11.* & ita affirmauit *Tenimus vbi supra.*

Saluo tamen saniori iudicio &c.

CONTROVERSIA CXXXVIII.
Pro R. Moniali N. de Vrsis S. Laurentij.

SVMMARIVM.

Professio ante annum 16. nullius est roboris, prout & renunciatio, nu. 1. ampliatur, nu. 3. declaratur, nu. 2.

Professio non potest dici per quinquennium ratificata, dum ille qui professus est ignorauit illã non valere, n. 3.

Vel saltem conceditur restitutio in integrum, nu. 4.

Conc. Triden. de regul. sess. 25. cap. 16. nõ potest allegari nisi à Monasterio, & à professo, nec prodest tertio, n. 5.

Tacita professio non est tanta potentiæ, prout expressa, nu. 6.

Ratificata professione nulla, non intelligitur ratificata renunciatio, à professente facta, nu. 7.

Habilitatus ad ætatem non dicitur habilitatus ad alienationem bonorum, num. 8.

Lex non confidit de fratre, sicut de patre, nu. 9.

Refutationes, & donationes, quæ per puellas fiant cum interuentu curatoris, & consanguineorum non subsistant de iure, nu. 10.

Maximè si fiant in sæculo, nu. 11.

Accessorium non semper sequitur naturam sui principalis, nu. 12.

Filia debetur legitima, vel saltem Dos congrua, nu. 13.

Nec debet esse deterioris conditionis si Altissimo famulari vellit, nu. 14.

Adsit Deus, & Virgo.

ANno 1616. post Natiuitatem D. N. Iesu Christi, quo tempore secundum consuetum Notariorum iam finitus erat præcedens annus millesimus sexcẽtesimus decimus quintus die 30. Decẽb. præcedẽtis, cum præsentia Reuerendiss. D. Vicarij Emin. Archiep. Bonon. quædam Nob. Puella, dum esset minor decimo sexto anno, asserens tamen se dicto anno esse maiorem, renunciauit, & cessit eius fratri omnia sua bona, res, & iura, quæ tunc habebat, seu sibi competere possent etiam in futurum, seu sibi prouenirent, seu peruentura essent ex Patre, Matre, fratribus, sed ex alijs quibuscunq; ascendentibus, consanguineis, & collateralibus, etiam si sibi esset debita, legitima, aut aliqua alia portio nedum ex testamento, verum etiam ab intestato, perinde ac si non esset nata, idq; dixit libenter fecisse intuitu fratris, & propter eius merita, ita & taliter, vt de dictis bonis, rebus, & iuribus idem frater disponere posset, eo maximè, quia in Monasterio Monialium profiteri velle se declarauit, vt in publico rogitu duorum Notariorum.

Modo dubitatur de validitate secutæ professionis, cessionis, & renunciationis ex sacro *Cone. trid. sess. 25. de Regularibus, & Monialibus cap. 15. & 16.* vbi prohibetur professio ante decimum sextum annum expletum, & si aliter fiat, sacrum Concilium noluit posse aliquam induci obligationem, nullũq; posse habere effectum, & non attendi debere renunciationem etiam iuratam.

Sed

Sed contra d. puellam modò mulierem ætatis perfectæ videtur posse opponi, quod cum steterit vltra quinquennium in Monasterio, nec reclamauerit professio, & re-
2 nunciatio habeantur pro ratificatis, ex eodem *concilio d. sess. 25. cap. 19.* vbi dicitur, quod alleganti se per vim, & metũ ingressam esse religionem, aut ante ætatem debitam professam esse, non licere habitum dimittere, aut eiadi cum habitu discedere sine Superioris licentia, quatenus tamen intra quinquennium à die professionis causas coram eodem deduxerit, successiuèq; cessionem, renunciationem, seu donationem non posse euitari, vt in *d. conc. cap. 16. Specul. nouissimè decis. 16. nu. 31.* qui, & si virgere videantur, nihilominus in casu de quo agitur parum operantur, nam hic non potest considerari professio, nec tacita, nec expressa cum legitimo modo non fuerit facta *Sacra Rota decis. 1121. lib. 3. p. 3. diuers.* & in puncto de professione ante decimũ sextum annũ per sex dies dixit cad. *Sacra Rot. decis. 175. p. 1. in recent. nu. 6. Gutierez. in c. quamuis in verbo dum nuptui tradatur nu. 2. & seq. de pactis lib. 6.* minusq; poterit dici de ratificatione ex *d. conc. c. 19.* eo quod non ratificata per professionis consensum, nec per actus solis professis conuenientibus, dum profitens professionem non valere ignorauit *Nauar. consil. 26. nu.*
3 *18. & cons. 28. nu. 7. in fin. cons. 81. nu. 5. & in cons. 89. num. 5. de Regularibus lib. 3. & in manuali cap. 12. nu. 71.* & post *Gaetanum, Grattian. in discept. forens. cap. 440. nu. 22.*
4 *Sayr. in suis decisionum decis. 40.* de regular. dicens, & ipse quod professo nulliter facta sine scientia nullitatis ex perseuerantia non ratificatur, & eo magis in
5 muliere, in qua ignorantia præsumitur ad facietatẽ *Capyc. decis. 159. nu. 22. & 23.*

Et post quinquennium beneficium restitutionis in integrum posse concedi post *Lel.* affirmauit idem *Gratian. in dd. discept. cap. 413. num. 11. Concilium*; prædictum à d. fratre, cui fuit renunciatum allegari non potest, cum loquatur si agatur inter Monasteriũ, & professum, ne ius tamdiu stet in incerto, non aut̃ fauore alterius *Honded. cons. 78. n. 32. lib. 2.* mens enim *Concily* fuit, vt Religioni tali casu consulatur *Gratian. d. c. 413. nu. 7.* idq; eo magis corr boratur in hac tacita professione,
6 cum non sit tantæ potentiæ, prout expressæ, receptio igitur, & habitus delatio, ac immixtio in actibus Monialibus non inferunt certã mentẽ professionis *Decian. cons. 18. n. 5. li. 3.* & superius dixi ex *Nauarro*, & quãdo professio sustineretur, corruit tamen semper renunciatio *Rebuf. cons. 69. n. 11. Cabal. cons. 104. nu. 5.* non enim scriptũ
7 legitur in *conc. c. 19.* quod ratificata professione sit, & ratificata renunciatio, seu bonorum donatio, quod expressisset si voluisset videmus etiam, quod habilitatus ad
8 ætatem, non intelligitur habilitatus ad alienationem bonorum *Rolland. à Val. cons. 7. nu. 17. lib. 3. Dec. cons. 39. lib. 2. Socin. iun. cons. 39. nu. 5. 6. & cons. 83. nu. 50. lib. 3.*

Nec operari iuramentum in renunciatione per puellam receptum, ex quo *tex. in c. quamuis de pactis*, tollitur *ex conc. & tex.* loquitur de renunciatione facta patri, de quo lex confidit non de fratre *Eugen. cons. 12. nu. 55. lib. 1.* loquens in renunciatione in vim donationis factæ fratrum fauore, & sustinet pluribus auctoritatibus, &
9 rationibus similes renunciationes, & donationes non valere, etiam si intercuerint curatores, consanguinei, & aliæ solemnitates, & ante eum *Bald. in l. 1. C. si aduersus donat.* hæc verba expressit impossibile est habere curatorem ad donandum, quod est notandum, quia refutationes, & donationes factæ per puellas sunt nullæ, & in terminis, quod renunciatio sit inualida, nec comprehendatur in *concilio*
10 nec ex tractu temporis conualescerè possit, dixit *Sacra Rota decis. 125. p. 5. diuers. nu. 52.* sic etiam videtur post declarationem facti *Concily* tenuisse *Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 5. casu 436. nu. 4.* dicentem *Concilium in d. c. 16.* habere locum in re-
11 nunciatione facta ab ingressu tempore nouitiatus, non autem si fit facta, vt hic in

sæculo, & id dixit procedere etiam in donatione *nu.* 7. quem nouissimè refert, & approbat *Diana de dubijs regularibus tract.* 2 *resol.* 55.

Nec poterit dici, quod renunciatio tanquam accessorium professionis, sequatur illius naturam per *tex. in l. cum principalis ff. de reg. inr.* nam primo dicta regula, non
12 procedit in odiosis, & vbi contra ius commune dispositio principalis facta legitur, secundo quando sumus in accessorijs voluntarijs, tertio quando diuersa viget ratio, vt affirmant *scribentes in d. l. cum principalis*, nempè *Dec. nu.* 3. *Cagnol. nu.* 7. *& plurib. seq.* non enim videntur habere connexionem disposita in *d. cap.* 16. cum ijs, quæ habentur in *c.* 15. *præcedenti in d. conc.* & vti diuersa considerantur *Gutierrez. can. quæst. lib.* 2. *cap.* 1. *nu.* 34. *in fine*, & ratificata professione, non esse ratificatam renunciationem, dum non est facta iuxta formã *sacri Concilij in d. c.* 16. dixit in terminis terminantibus *Sanchez. in præcept. decalogi lib.* 7. *c.* 5. *nu.* 56. *tom.* 2. vbi facit differentiam si sit, nulla ratione ætatis, & antequam transierit annorum nouitiatus, vel ex metu, aut alijs causis.

Supposita igitur pro veritate renunciationis nullitate, d. soror consequi debebit
13 legitimam in bonis paternis de iure naturæ sibi debitam, vel dotem ad portionem, & ratam dictæ legitimæ *Afflict. decis.* 160. *Cephal. cons.* 95. *num.* 23. *Rutin. cons.* 26. *n.* 1. *lib.* 2. *& cons.* 60. *n.* 3. *lib.* 3. *Rimin. iun. cons.* 337. *& cons.* 339. *num.* 24. *& 35.* & de communi attestatur *Gramat. decis.* 101. *num.* 5. *& seq. Tiraquel. in l. si unquam in verbo susceperit filios num.* 109. *C. de reuocand. donation. Vilabos commun. opin. lib.* 4. *in verbo Dos*, & hoc quia Dos succedit loco legitimè, vt affirmant ibi ijdem *Afflict. Gramat. Menoch. cons.* 8. *num.* 8. *& vlt. loco*, *cad. Rota decis.* 329. *num.* 39 *par.* 6. *diuers. Chiarlinus in contr. forensibus iuditiorum cap.* 45. *num* 26. vel saltem eidem mulieri erit danda tanta Dos, quanta sororibus fuit assignata, etiam quod ipsa vellet Altissimo famulari, ne deterioris ipsa sit conditionis ijs, quæ carnali sponso coniunctæ fuerunt, vt ex disputatione *Thomæ Formaglini in Ciuit. Bon. tenuerunt 10. And. in addit. ad Specul. in tit. de Statu monachorum Bart. in l.* 2. *ff. de his, quæ pœna nomine relinquuntur, Mathes. in sing.* 52. dicens mirari, quod monasteria mons alium id non practicent *Imol. in l. Lucius la* 2. *ff. da hæred. instit. propè finem*, *Thomas Ferrat.* abundè *cant.* 9. *nu.* 7. *& seq.* ex hac ratione, ne indirectè vita contemplatiua impediatur, multos etiam allegat *Gabr. Sarayn. in annotat. ad Mathes. d. sing.* 52. asserens de communi *Iaf.* qui ad partes disputat *in anth. si qua mulier nu.* 9. *C. de sacrosanctis Ecclesijs*, & respondet contrarijs, & hoc, quia magis debet faueri matrimonio spirituali, & religioni, quam matrimonio in sæculo *nn.* 12. *& seq.*

Et hæc sub correctione &c.

CONTROVERSIA CXXXIX.

Pro Illustris. D. Cæsare Dugliolo de Marsilijs.

SVMMARIVM.

MAgna inter Doctores extat controuersia, an in vocatione per Testatorem facta de proximiori, intelligatur de proximiore grauantis, seu grauati, nu. 1.

Dictio semper comprehendit omnes casus, & omnia tempora, nu. 2.

Dictio (nõ autem) dicitur qualificatiua, & declaratiua modi per Testatorem appositi, nu. 3.

Ne-

Negatiua præposita aduersatiuè remouet potentiam à quocumq; actu in contrarium faciendo, nu. 4.

Negatiua magis destruit, quam affirmatiua affirmet, nu. 5.

Modus, & ordo à Testatore traditus est pro forma seruandus, nu. 6.

Dictiones taxatiuè, necessitatiuè, vel præcisiuè important formam, nu. 7.

Liberorum appellatione omnes in infinitum continentur, nu. 8.

(Eius) genitiuum stat demonstratiuè, num. 9.

Pars vna testamenti, aliam declarat, num. 10.

Fœmina semel exclusa, semper cum eius posteritate remanet exclusa, nu. 11.

Adsit Deus, & Virgo.

ALIso testamento olim Excellentiss. Philosophiæ professoris D. Albitij de Dugliolis, videtur declarandũ Illustriss. D. Cæsarem Ioseph Illustriss. Senat. D. Alexandri Marsilij, ex Illustriss. D. Aurelia Dugliola filium licitè posse retinere hæreditatem olim Nob. D. Tholomæi pariter de Dugliolis eius Auunculi, ad exclusionem Perillustris D. Camilli de Cataneis d. olim D. Albitij ex filia nepotis.

Primò erit aduertendum, quod ipse D Albitius ad tollendas lites, quæ super sensu, & intelligentia eius testamenti adduci possent, eo quod in eo primo vocauit, & substituit omnes descendentes masculos, & per masculum descendentes legitimos, & naturales, & natos de legitimo matrimonio, vnum in alium in infinitum inuicem, ac reciprocè actiuè, & passiuè ordine successiuo vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum hac adiecta lege, quod si accideret, quod omnes prædicti quandocumq; decederent, eis, & vltimo eorum sit substitutus filius natu maior, qui ex eius filiabus extiterit, & ex eo filij, & descendentes, plures fecit declarationes, inter quas hæc præcedit præcisis verbis. Item voluit semper intelligi debere de proximitate respectu grauati, non autem ipsius testatoris, ex qua de-
1 claratione tollitur ea inter Doctores controuersa opinio, an proximitas grauati, vel grauantis sit attendenda de qua habetur *per Peregrinum in tract. de fideicommiss. art. 2. per Thesaur. in decis. 64.* & per *Rotam in decis. Bonon. de Capicellis 627. p. 2. in recent. & in decis. 681. nu. 4. ead. p. 2.* nam ex ea semper excluſus esse dicitur d. D. Camillus tanquam grauantis, & non grauati proximior, addita illa dictione, sem-
2 per, nam regulariter omnes casus, & omnia tempora complectitur *l. semper ff. de iure immunit.* & notatur *in l. 1. ff. sol. matr. & ibi Aret. & Socin. iun. num. 70. Roman. cons. 407. nu. 4. Rimin. iun. cons. 23. nu. 227. Curt. iun. Gozzad. Rub. Alex. Crotus, & alij* cumulati per *Roland. cons. 23. nu. 19.* & melius *nu. 38. lib. 4.* dicens talẽ dictionem, semper, præcisam habere virtutem *Paris. cons. 75. nu. 34. & cons. 90. nu. 28. & cons. 93 nu. 17. lib. 2.*

Secundò considerandæ sunt illa verba, non autem, nam sunt qualificatiua, & declaratiua modi per Testatorem appositi, & non possunt referri, nisi ad illum *Bart. in l. fin. ff. de reb. dub. per tex. in l. filius famil.* § *fin. nu. 3. ff. de iurisd. omn. Ind. Decius cons. 92. nu. 1. Ruin. cons. 147. nu. 3. lib. 2. Alex. cons. 48. lib. 1. propè finem,* & in terminis ponit exemplum *Capic. decis. 108. nu. 12. & seq. Rimin. iun. cons. 112. nu. 33.*

Tertiò non est spernenda illa negatiua præposita aduersatiuè, autem, nam remouet
4 potentiam à quouis actu, eumq; in contrarium factum nullum reddit *Bart. in l.*

cum

cum lex §. de fideiuſ. Ruin. & ceteri in l. 1. in princ. ff. de verb. oblig. idem *Ruin. in l. nemo potest ff. de leg. 1. Bart. & Doct. in l. Gallus in princ. ff. de liber. & poſth.* nec immerito, quia negatio deſtruit omne, quod ſibi obſtat, & ideo *glo. & Doctores in l. hos ſcnus ff. de condit. & demonſtr.* dicunt quod magis negatiua deſtruitur, quam affir-
5 matiua affirmet, talis enim aduerſatiua (autem) de per ſe aduerſatur præcedentibus, & contrarijs. *Alberic. in ſuo Dictionario verbo autem. Doctores in c. Statutum de electione lib. 6.* habetur etiam *in auth. de antijs in §. ſed dicunt. Nat. conſ. 459. nu. 2. Pariſ. conſ. 44. nu. 10. & conſ. 53. nu. 12. lib. 2.*

Quarto videtur dicendū, quod ſi a Teſtatore tradatur modus, & ordo aliquid faciē-
6 di, cenſetur datus pro forma *Card. in clem. p. q. 33. de Decimis, Hoſt. in l. cum oltm de arbitr.* & plenè tradunt *Ioannes Andreæ, & alij Canonici ibi cum dilecta extra de reſcript.* concludunt etenim poſt *gloſſam* illud potiſſimum procedere, quando apparet, quod ponens ordinem, voluit præciſè illum ſeruari; & id deſumunt ex *cap. quia propter, & ex cap. proinde, & ex cap. fin. de elect. in 6.* idq; etiam affirmat *Albertus Brunus in tract. de forma fol. 41. verſ. prædicta concluſio.* & etiam quando apparet de vehementi affectione diſponentis circa talem ordinem, ex quo pro forma traditum fuiſſe præſumitur ita *Ant. de Butr. & Abb. de communi diſcrentes in d. c. cum dilecta*, omnes igitur dictiones taxatiuæ, neceſſitatiuæ, vel præciſiuæ appoſitæ in diſpoſi-
7 tione mandātis, aliquid certō modo fieri importāt forma, nec alio modō fieri debet *Butr. in clem. 1. de leg. poſſit. & proprietē.* & facit *Felin. in c. ex parte col. 5. verſ. quintus caſus extra de conſt.* cum aliis adductis per *Brunum in d. tract. fol. 33. col. 1. verſ. & quod lex prohibitiua.*

Nec dicatur Teſtatorem in caſu deficientiæ eius deſcendentium maſculorum qualitatum, de quibus ſupra de vno in alium, vſq; in infinitum ſubſtituiſſe filium natu maiorem, qui ex eius filijs exiterit, & deinde eius filios liberos, & deſcentes &c. quia iam declarauit vt ſupra debere intelligi de natu maiori ex filia grauati, non autem ipſis Teſtatoris, & appellatione liberorum omnes continentur
8 deſcendentes *l. liberorum ff. de verb. ſignif.* vbi id affirmant *omnes ſcribentes*, cū ergo de præſenti nulla filia grauati reperiatur expiratum dicitur fideicommiſſum, eo magis, quia illud genitiuum propominis eius, ſtat demonſtratiuè faciens relatio-
9 nem profonarum, & rerum cum ſuis qualitatibus *Bart. in l. ſi quis ſernum §. fin. ff. de leg. 2. Cuman. & alij* de quibus per *Peregr. in d. tract. de fideicommiſſ. art. 16. num. 25.* & melius *nu. 31. & ſeq.*

Verba igitur præcedentia limitant ſequentia, adeoq; ſemper cenſeantur repetita
10 *Ludouicus Rumus §. Grilogonus, & ibi Bart. & ceteri ff. de verb. oblig. l. talis ſcriptura §. 1. ff. de leg. 1.* cauſa etenim parte teſtamenti, alia declaratur *l. vtrum ff. de petit. haered. l. is qui aulcis ff. de inſt. & inſtr. & eleg. l. ſi ſeruus plurium §. fin. & l. qui filiabus ff. de leg. 1. Iacobus, & ibi Socin. ff. eod. Dec. conſ. 15. nu. 3. & conſ. 270. num. 2. Crauet. conſ. 297. nu. 5. Honded. conſ. 70. nu. 9. lib. 1.*

Cum ergo ſemina per maſculum fuerit ſemel excluſa, vna cum eius poſteritate
11 ſemper remanebit excluſa *c. 1. §. quin etiam in tit. Epiſcopum, vel Abbatem*, ibique notant *Ioan. Bald. Aluarot. Præpoſitus Affli&us, & alij Calder. in tit. de feudis conſ. 4. Socin. Iun. conſ. 19. nu. 5. lib. 1.* qui *Bart. & alios allegat. Peregr. in d. tract. art. 28. num. 16.*

Et ſi fideicommiſſum non dicerctur expiratum, vtiq; filius Illuſtriſs. D. Aureliæ natu maior ex prædictis præferetur, cum ſit proximior grauati.

Hæc autem dixi, ſaluo &c.

CON-

CONTROVERSIA CXL.

Pro D. Titio.

SVMMARIVM.

IMmunitatis cõcessio præsumitur personalis, dum præcedunt personæ rebus, nu. 1. contra nu. 9.

Maximè si in concessione legantur verba personalissima, nu. 2.

Etiam si sit facta ex causa meritorum, nu. 3. contra nu. 11.

Verborum exuberãtia recipit restrictionem à subiecta materia, nu 4.

Priuilegium ad preces concessum est intelligendum secundum proprijssimã verborum significationem, nu. 5.

Priuilegium Principis latè interpretandum, nu. 6. & nu. 15.

Immunitas cõcessa rebus, & bonis complectitur Colonos, & omnes successores, nu. 7.

In dubio priuilegium cẽsetur reale, n. 8.

Concessio facta in plurali numero comprehendit descendentes, nu. 10.

Maiora si sint merita remunerationes semper immunitas transit ad omnes descendentes, nu. 12.

Vt alij inuitentur ad contemnẽdam vitam pro defensione Principis, n. 13.

Perpetuum non dicitur, quod durat cum vita, nu. 14.

Qui per viginti annos non soluit Gabellas, & grauamina, præsumitur solemniter, & legitimè immunis factus, etiam sine titulo, nu. 16.

Adsit Deus, & Virgo.

DIligenter consideratis exemptionibus, & immunitatibus, primo per Leonem Decimum, Titio, suisq; filijs, ac bonis mobilibus, & immobilibus, hac dictione, in perpetuum, illiusq; confirmatione per Paulum Tertium Archiepiscopo Sipontino directa, eidem Titio, hæredibusq; suis in perpetuum, itaut etiam extendatur ad Gabellam Bouum, & vt in eis legitur.

Prima facie videtur dicendum, tales immunitates non transferri ad hæredum hæredes, nam in concessionibus præcedunt personæ rebus secundum distinctionem

1 *Abb. in c. mandata ext. de præsumpt. vers. ex quo infero, Barbos. in l. quia tale nu. 6. in princ. ff. solut. matrim.*

2 Secundò ibi leguntur verba personalissima, te, tuosq; filios, & ibi, tibi, & hæredibus tuis, vt notatur in *d. c. mandata de præsumpt.* & præcipuè in *gloss. in vers. sed personæ, Siluan. cons. 4. nu. 19.*

Tertiò, nõ videtur operari annotata causa remunerationis, nempè propter nimios labores supportatos, nam & dicto casu inducitur concessio personalissima *Alciat. cons. 7. lib. 4. nu. 1.* secundum impressionem Basileæ *Siluan. d. cons. 4. nu. 19. vers. confirmatur.*

Nec

Nec minus operari dicitur illa dictio, perpetuò, nam supponitur qualificari ex illis verbis pro re, & eius hæredibus, nam exuberantia talium verborum recipit re-
4 strictionem à subiecta materia *l. si fil pulatus ff. de vsuris, Alciat. in d. conf. 7. nu. 30. & seq. Siluan. in d. conf. nu. 19. & seq.*, illud enim verbum perpetuò intelligi debet, donec vixerint Titius, & hæredes propter subiectam materiam, sic notat *Decius in conf. 521. nu. 12.*

Quintò priuilegium ad preces concessum, vltra proprissimam verborum significationem non potest extendi *Bero. conf. 24. lib. 1. nu. 18. Rimin. iun. conf. 26. nu. 36.* ijs
5 tamen non obstantibus contrariam opinionem, vti veriorem amplector, hoc in casu. Nam primo agitur de immunitate, & priuilegio, seu priuilegijs à Summis
6 Pontificibus per *tex. in l. beneficium Imperatoris ff. de const. Princip.* vbi notant *omnes scribentes*, nempè *Bart. Alberic. Bald. Angel. Fulgos. Calr. & Iason.* & ita etiam voluit idem *Bald. conf. 112. nu. 2. lib. 2. Alciat.* superius allegatus *conf. 7. lib. 4. nu. 17. Siluan. d. conf. 4.* propè *nu. 14.*

Secundò non est omittendum, quod immunitas est concessa, etiam rebus, & bonis
7 quo casu Coloni, & quicunq; successores sunt exempti *Rota decis. 4. in antiquis de priuil. Pariſ. conf. 69. nu. 6. Nata conf. 627. nu. 12. lib. 3. & conf. 649. nu 12. lib. 4 Calr. conf. 161. nu. 4. lib. 1. Rimin. iun. conf. 500. nu. 47. Bertazol. conſ. ciuili 42. nu. 48. &*
8 *seq.* & in dubio priuilegium reale censetur *glos. in l. forma §. quamquam ff. de censibus facit tex. in c. in summa 25. quæſt. 2. Ancar. conf. 327. nu. 3. Bald. d. conf. 112. lib. 2. Nicol. Bellonus conf. 20. nu. 8.*

Idq; eo magis procedit in casu nostro, cum habeamus verba clara, itaut non sit disputãdum, an persona fuerit legis causa propinqua, itaut cum persona extinguatur, cum bona post personas sint nominata *l. nõ solum ff. de in integrum reſt. l. minor §. fin. & l. leg. ff. de vsu. l. ea C. de temp. in integ. reſt. peten. l. hared. ff. ad Vell. Dinus in c. priuilegium de reg. iur. in 6.*

Non enim facit prius fuisse personas nominatas, & priuilegium censeri personale,
9 eo quod agitur de priuilegio Principis *Dinus* loco quo supra *Bart. in l. fin. ff. de ſeruit. legat. nu. 4. Ancar. d. conf. 327.* in fine dicens non esse attendendum, quod præcedat nomen proprium.

Ad secundum respondetur non curandum de verbis personalibus ibi, te, tuosq; filios, & interius, tibi, ac hæredibus tuis, eo quod referuntur in plurali numero, quo casu concessio intelligitur facta omnibus descendentibus in infinitum *Bart. in l. 1. de conſt. Princip. nu. 2. verſ. ſi vero quæritur de priuilegio, & Angel. in l. beneficium ff. eo-*
10 *dem nu. 11.* dicens verba formalia ex mente *Petri de Bellapertica aut concedo tibi, & hæredi tuo, & intelligitur de primo, aut concedo tibi, & hæredibus tuis*, & sic in plurali numero, *& tunc concessio est facta omnibus hæredibus in infinitum*, & hoc per *tex. in l. in annalibus C. de legatis*, & ibi notant *DD.* quod appellatione hæredum, veniunt hæredes hæredum in infinitum, & fuit etiam annotatio *Vrſil. ad deciſionem Aſſiſi. 128. num. 2.*

Tollitur etiam tertium obiectum, quod priuilegium ex causa remunerationis cen-
11 seatur personalissimum, eo quod contrarium est verius *Cagnol. in l. in omnibus cauſis ff. de reg. iuris nu. 5. Socin. conf. 84. lib. 3. nu. 11. & 12.* vbi plures refert, & sequitur dicens, quod ex meritis appellatur benefitium secundum dispositionem iuris, & non contra ius.

Addatur immunitatem fuisse concessam in remunerationem grauissimorum incommodorum, & laborum passorum ibi, *non ignoramus te ipſum grauiſſima incommoda, & non mediocres iacturas perpeſſum fuiſſe, vt earum aliquam dignam compenſationem*,

qua

qua in dies magis erga eamdem Sedem studia tua augeantur consequens, & ibi in concessione *Leonis Decimi*, ibi, *prometeretur fidei, ac deuotionis sinceritas, quam ad nos, & sanctam Sedem Apostolicam geris, vt iniuriarum, & damnorum, quæ te pro ipsa Sede passum fuisse accepimus rationem habeamus, ac tibi de aliqua remuneratione benigne prouideamus*, ma-
12 iora enim fuerunt merita remuneratione, quo casu omnes indistinctè volunt concessionem transire ad omnes eius descendentes in infinitum, etiam quod de Titio solo mētio facta sit *Siluan.* exaduerso allegatus *cons. 4. nn. 16. circa medium Socin. d. cons. 84. nu. 14. Barbos. in d. l. quia tale nu. 10. vers. ergo*, ibi sustinens, quod
13 ad omnes descendentes transeat, vt alij inuitentur ad contemnendam vitam pro defensione, & ampliatione Sedis Apostolicæ *Bellon. cons. 20. nu. 9.*

Ad quartum sustinetur concessionem perpetuam transire ad omnes descendentes in infinitum, sic. n. fuit de mente *Anchar. allegz. cons. 327. nu. 2. Barbat.* omninò videndus *cons. 44 nu. 9. lib. 2. Socin. d. cons. 84. nu. 15.* adducens *Io. de Platea*, dicens
14 & ipse, quod illud non dicitur perpetuum, quod finitur cum vita, sed id, quod continuè durat sine præfinitione temporis, & ad hæredes transit, & *nu. 6.* exemplificat casum nostrum, dum concessio est facta à Sede Apostolica, quæ perpetuo durat *Bellon. d. cons. 20. nu. 10.* & sic nil faciunt *Alcat. Syluan.* & alij ex aduerso allegati, loquuntur enim in concessione facta ab Vniuersitate, subiungentes, secus esse, quando agitur de priuilegijs Principum *Alcat. ibi nu. 12. Syluan. d. cons. 4. nu. 13. vers. secundo respondeo*, & cum donatione remuneratoria tenuit idem *Barbos. in d. l. quia tale nu. 11.*

Nec facit quintum, & vltimum obiectum, quod immunitas fuerit concessa ad Titij
15 preces, nam primò Principum priuilegia latè sunt interpretanda, vt in *d. l. beneficium de const. Principum.* Secundò agitur de remuneratione beneficij, & sic de fauore, qui in dante beneficium semper crescere debet *c. 1. extra de donat.* & sic extendi tamquam reale, dixit idem *Anchar. d. cons. 327. num. superius allegato.*

Et idcircò non erit dubitandum, quin etiam concessio *Leonis Decimi* trāseat nedum ad filios, sed & ad vlteriores descendentes concessum etiam videtur memoriæ, & nobilitati, quæ per gloriam viuere intelligitur, vt post multos attestatur *Dec. cons. 262. nu. 5.* eo magis, quia in gratijs, & fauoribus filiorum appellatione continentur descendentes in infinitum *Bald. cons. 303. lib. 2. vers. in contrarium*, vbi vltra communem vsum loquendi adduxit *sacra Pagina* auctoritatem, ibi, *omnes Hebræi dicuntur filij Abrahæ.*

Nec est omittendum, quod per triginta annos, & vltra descendētes Titij vti exemp-
16 ti grauamina, & gabellas non soluerunt, adeout etiam non constito de titulo præsumantur immunes legitimè, & solemniter, vt ex *Barbat. & alijs* affert *Ruin. cons. 217. nu. 7. lib. 1.* Laus Deo &c.

CONTROVERSIA CXLI.

Pro D. Mar. Ant. Muzzar. cū D. Thoma Bertochio.

SVMMARIVM.

SI duæ fuerint initæ societates ad diuersa negotia, vna finita, alia durat, *nu. 1. & 4.*

Maximè dum finita continet tempus limi-

limitatum, num. 2.
Societas super aliquare contracta non extinguitur, nisi re ipsa extincta, num. 3.
Tacitè eo magis contrahitur rebus ipsis, & factis, quam sermonibus, nu. 5.
Socius tenetur conferre alteri socio omnia lucra pro toto tempore societatis, nu. 6.
Et regaleas, dona, & largitiones, nu. 7.
Et potest cogi ad reddendum rationem, & potest contra eum iurari in litem, num. 8.

Adsit Deus, & Virgo.

DVæ inter D. Marcum Antonium Muzzarellum, & D. Thomam Bertochium initæ fuerunt societates, vna ad vectigal Impostæ, & vnitorum, de qua in scripto coram arbitris producto; Altera verò ad exactionem debitam Fortilitio Vrbano, de qua clarè cōstat per Bertochij confessionem in computis exhibitis, & in alijs pluribus locis, & vltimò loco in positionibus productis coram Excellentissimo D. meo Cognitore fol. 40. 41. & 45. vbi legitur d. Bertochium paratum se obtulisse exhibere computa tam Impositionum, quam exactionum pro Fortilitio Vrbano per totum annum 1642. tempore, quo fuit finita societas Impostæ, addita pronuncia earum positionum, quibus idem Bertochius ad respondendum tempus habuerat d. processu fol. 49. Quare de duobus quærendum erit primò, an societas occasione Arcis Vrbanæ duraverit vltra d. annū 1642. cum de anno 1646. ex literis Apostolicis fuerit ipsi Bertochio inhibitum, ne amplius se ingereret.

Secundò, an Bertochius fuerit obligatus dividere regaleas, & largitiones sibi tempore dd. societatum, & earum occasione datas, cò magis cum ipse Dom. Muzzarellus in initio earum de suo posuerit libras decem mille, sine quibus non potuisset d. Bertochius negotia inchoare.

Et ad primum, quis non poterit dubitare, nam & si Impostæ societas lapso quinquennio sit finita, per *tex. in l. actione S. Item qui societ. ff. pro Socio*, & affirmat *Hector Felicius de societ. cap. 35. nu. 35.* Attamen, cum duæ fuerint societates, idē D. Muzzarellus duplicem repræsentat personam, ita plures allegando apparet decisum penes *Gregorium Decimumquintum decis. 366. nu. 1.* & sic diuertissimum est negotium exactionum pro Fortilitio Vrbano à negotio Impostæ elapso quinquennio limitato alteri per Illustrissimum Regimen concesso, & in hoc nō occurrit disputare vtrum societas fuerit renouata, ex his, quæ habentur per *Menochium cons. 121. ferè per totum lib. 2.* eo quod exactio pro Fortilitio Vrbano non continebat tempus limitatum, prout Vectigal Impostæ, sed sequi debebat ad placitum Sanctissimi Papæ, seu eius Eminentissimi Legati, vt etiam Bertochius fatetur in positionibus process. coram eodem Excellentissimo D. Cognitore fol. 39. verso, stat. 9. regula, quòd societas super aliqua re contracta non extinguitur, nisi re ipsa extincta *Rota penes Eminentissimum Blanchettum decis. 288. num. 1. & decis. 555. num. 3. par. 1. diuers. Gratian. in disceptationibus cap. 900. num. 9.* requirebatur n. renunciatio expressa negotij Arcis Vrbanæ, *Petr. de Vbald. in tract. de duobus fratribus circa vndecimam partem nu. 5.* quòd & approbat *Rota decis. 32. num. 5. lib. 5. diuers.* dicens requiri expressam declarationem; & si verum est, quod etiam tacitè societas contrahitur *l. consensuff. de action. & obligat.* & approbat idem *Vbald. ibi*

circa

circa secun. partem nu. 1. notantque Arct. Christeph. & alij in §. 1. *Inst. de societ.* eo quod magis contrahatur rebus ipsis, & factis, quam sermonibus, vt comprobat idem *Vbald. in d. tract. circa quintam partem nu. 36. Bald. cons. 120. num. 3. lib. 1. & Stracha de Mercatura p. 2. nu. 54.* Itaut id nemo ignoret, vt post plures *textus, & Doctores* nonissimè dixit *Mantica de tacitis, & ambiguis lib. 6. tit. 1.* & melius *lib. 9. num. 1.* & per solos actus sociales societatem probari dixerunt *Bart. & alij in l. Titium, &* 5 *Mutium* §. *alterо ff. de administrat. & periculo Tutorum*, vt etiam attestatur idem *Mantica ibi tit. 2. n. 2.* Non poterit Bertochius allegare societatem d. negotij Fortilitij Vrbani esse finitã, cùm durare debuerit vsq; quo perfecta fuerit negotiatio, & sic per totum annum 1646. *Decian. cons. 96. nu. 40. lib. 2.* & melius idem *Petrus de Vbaldis in ex aduerso loco allegato circa vndecimam partem num. 10. ibi, Sexto dissoluitur* 6 *societas, si aliquius rei contracta sit, & finis negotio sit impositus*, tenetur ergo omnem partem lucrorum pro toto tempore d. negotiationis, & exactionis pro Fortilitio Vrbano conferre d. D. Muzzarello *l. si socius ff. si certum petat. si vnus ex locijs ff. pro so.* cio, & concordantes *textus* allegat *Bal. d. cons. 120. nu. 2.*

Et ex his inferri potest ad secundum punctum, nempè Bertochium teneri ad con- 7 tribuendum D. Muzzarello regaleas, largitiones, & dona sibi occasione dd. societatum, & cuiuslibet earum facta, & per eum in proprios vsus conuersa, seu valorem, *Mantica de tacitis, & ambiguis dicto libro 6. tit. 16. num. 43.* & de receptis constat ex eiusdem Bertochij confessione in primis positionibus à nu. 46. ad numerum 64. inclusiuè, intantum, vt Bertochius teneatur de quauis re etiam minima *l. si familia in verbo pro parte C familiæ hercisc. unde Gratian. in dd. disceptat. cap. 948.* *nu. 43.* Et exinde crederem d. Muzzarello esse permissum Iuramentum in litem, ita *Plot. de in litem Iurando* §. *38. nu. 14.* Quare non erit dubium, quin etiam possit condemnari ad redditionem rationis omnium habitorum, & administratorum 8 *l. quidam ff. de edendo, l. Gambo ff. de compensat. Bart. Bald. & Salicet. in l. verum in fine, & in d. l. actione* §. *nonnunquam ff. pro socio Bero. q. familiari* 15. *num. 1. vers. sine sit forsit.*

Et vana redditur oppositio Muzzarellum non potuisse conuolare ad Iudicium sine Arbitrorum iam electorum licentia, eo quia tales Arbitri non fuerunt electi in vim conuentionis mandantis in casu discordiæ eligi Mercatores, qui concordent, cum sint Doctores, Mercatores q; non possint recipi, nisi prius declarato per Iuris peritos quid calculandum sit, & an locatio, seu concessio exactionis pro Arce Vrbana duraverit per totum annum 1646. & an ad participationem omnium habitorum Bertochius teneatur. Cætera verò exaduerso pro Bertochio scripta non sustinentur; nam contrarium determinant *Vbald. vt supra, & Rota Genuæ decis. 77. nu. 6.* si rectè videantur in locis allegatis, vltra quod casui nostro non applicantur. Et hoc saluo semper saniori Iudicio.

CONTROVERSIA CXLII.

Pro Illustriss. Ciuitate Bonon. cum Hominibus Castri Medicinæ, & Vnitorum.

SVMMARIVM.

Medicinæ, Gazanilij, & Villæ Fontanæ Communitates, subijciuntur Ciuitati Bononiæ, & sunt de eius Territorio, vbi plures rationes,

& auctoritates afferantur, nu. 1.
Præscriptio datur etiã in iuris dictionalibus, dum lapsum sit tãtum tempus, cuius contrarij memoria non existat, nu. 2.
Quod notãdum est pro Ciuitatibus Italiæ, quæ sibi de iure præscripserunt merum Imperium, nu. 3.
Imò sufficere centũ annos habetur, nu. 4.
Historiæ, & Chronicæ de per se probant, nu. 5.
Eo magis si agatur de facto antiquo, n. 6
Instrumenta, & acta publica dicuntur probationes probatæ, nu. 7.
Balthessar Coscia Legatus de latere Bononiæ retinebat populum conuocatum cum Armis, vt Papatum assequeretur, prout assequutus fuit, nu. 8.
Et sub nomine Ioannis Vigesimi tertij ad Concilium Constantiense vocatus, depositus, carceratus, & per sententiã sacri Concilij condemnatus, vt nu. 9.
Dictio (dũmodo) adiecta dispositioni importat conditionem, nu. 10.
Conditione non impleta corruit concessio, nu. 11.
Contractus innominatus ex non implemento rescinditur, nu. 12.
Solus Papa potest auferre vni, & dare alteri, nu. 13.
Legatus de latere non potest reuocare vnionem factam per Papam, nu. 14.
His, quæ procedunt ex facto Papæ nemo potest, nec licet contrauenire, nu. 15. & 23. etiam si sit Leg. de latere, nu. 24.
Dismembratio per Legatũ de latere debet fieri cum causæ cognitione, & parte vocata, nu. 16.
Promissiones, & confirmationes per notoriè symoniacũ sunt nullæ, nu. 17.
Antiani de anno 1411. non fuerunt legitimè electi, & licet essent pro maiori parte plebei, per violentiam apprehenderunt Palatium, nu. 18.
Erant inimici summi Pontificis, nu. 19.
Et omnia per eos gesta nullissima fuerunt, nu. 20.
Confessio extraiudicialis etiam de Iure Canonico, non probat ad obligandum, nu. 21.
In Ciuitate Bonon. seruatur Ius Ciuile, nu. 22.
Non creditur Legato de latere, dum agitur de præiuditio alterius, nu. 2. & nu. 45.
Decisio (recentij) 7. de probationibus declaratur, nu. 26.
Ciuitas nõ potest dici rebellis, dum prius ad se rebellandam non fuerit conuocatum, & communicatum Consilium, nu. 27.
Ciuitas Bononiæ vnquam potuit dici rebellis, nu. 28.
Summus Pontifex multoties permisit Ciuitatem Bononiæ regi, & dominari per Nobiles Bonon. nu. 29.
Rebellio quomodo committatur, nu. 30.
Illæ ciuitates, quæ occupantur ab aliquo Tyranno, vel Hoste non dicuntur rebelles, nu. 31.
Et si retineantur, dicuntur redire ad primæuum statum, nu. 32.
Decisio 355. part. 2. in recent. declaratur, nu. 33.
Dictio (licet) non stat taxatiuè, nec excluſiuè, nu. 34.
Maximè si agatur de materia fauorabili, nu. 35.
Omne quod est factum à Papa, dicitur factum

factum auctoritate Apostolica, n. 36.
Legatus de latere non potest aliquid statuere contra Ius commune, nu. 37.
Nec potest tollere statuta Ciuitatis, nu. 38. & 40.
Textus in c. fin. de transact. declaratur, nu. 39.
Gamar. de officio, & auctorit. Legati l. 2. tit. de Var. ordin. n. 154. in fine, & lib. 5. in tit. de potestate Legati in vniendo, nu. 153. & seq. & omnes alij loquuntur de Vnionibus, & dissolutionibus beneficiorum, & non Ciuitatum, & Castrorum, nu. 41.
Dictio, vt dicitur, non affirmat, nu. 42.
Papa potest infringere contractum, nec ei creditur, quando causæ non fuit ex facto Papæ, sed tertij, nu. 44.

Adsit Deus, & Virgo.

1 MEdicinæ, Ganzanilij, & Villæ Fontanæ Communitates Ciuitati Bononiæ, prout aliæ Comitatus subijciuntur, & onera subire tenentur. Primò id clarescit ex terminatione finium Comitatus, & territorij Bonon. per Theodosium Secundum Imperatorem anno salutis nostræ quadringentesimo trigesimo, vt de dicto tempore attestatur *Gherardatius lib 1. histor. suar. pag. 25.*

Secundò, anno 1224. Federicus Imperator Medicinam de Territorio Bononię fatetur, vt affirmant *Ludouicus Hostesanus, Filenus de Tnatis, & Hercules Seccadenarius.*

Tertiò, anno 1292. cum contentio magna esset inter Bononienses, & Imolenses, super dominio Duciæ, & Montis Cadoni, facta pace Romādiolæ, Comes Vicatius in temporalibus, & spiritualibus Summi Pontificis relaxauit Populo Bononiensi Ciuitatem Imolæ, & Territorium Medicinæ, eidemq; Romandiolæ Comiti Populus idem Bononiensis soluit nonnullas pecunias, vt referunt ijdem Hostesanus, & alij, & de hoc mentio habetur per eumdem *Gherardatium libro nono dd. Historiarum fol.* 301.

Quartò, Anno millesimo trecentesimo tertio, primo Nouembris Homines Medicinæ cum toto eorum Territorio se Bononiensium protectioni subiecerunt, & voluerunt ab eis æstima exigi posse, prout ab alijs fumantibus exigi solet, vt in *Archiuio* legitur in *reformatione lib. E. fol.* 148.

Quintò, Anno millesimo trecentesimo quadragesimo septimo magno orto tumultu in Castro Medicinæ inter nobiles de Blanchis, & ibi in Castro habitantes, Ioannes, & Iacobus de Pepulis tunc Dominantes miserunt Homines, vt rumor sedaretur, & ex dicta causa ab eis sex de Blanchis fuerunt banniti, ita referunt *ijdem Seccadenarius, & Hostisanus.*

Sextò, Anno millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto turbatis à Bannitis hominibus Butrij, & Medicinæ, Ioannes de Oleggio primò Gubernator pro Archiepiscopo Mediolani, & ex post a *Fileno, & Seccadenario appellatus* Bononiæ Tyrānus, eosdem Bannitos è locis prædictis eiecit.

Septimò, Anno millesimo trecentesimo septuagesimo octauo Bononienses acquisierunt de nouo Castrum Medicinæ, & alia plura, vt affirmat *Frater Leander Albertus in descriptione totius Italiæ in titulo Bologna folio 330. vers.*

Octauò, Millesimo trecentesimo octuagesimo sexto nomine Communis Bononiæ mediante Iacobo Blanchetto ædificatum fuit Castrum Medicinæ, & si Vizzanius

id asserat de anno 1385. ita idem *Albertus in d. descript. in rub. Romandiola in quartadecima Regione fol.* 324.

Nonò, Millesimo trecentesimo nonagesimo secundo *Bonifacius Nonus* in concessione Centi, Plebis, & aliorum plurium bonorum, & Iurisdictionum Episcopatui Bononiæ requisitus pro parte Antianorum, & Vexilliferi Bononiæ Terras Fontanæ, Ganzanilij, & Medicinæ cum pertinentijs, & Iurisdictionibus Comitatui Bononiæ annexit, & vniuit, vt omnes fatentur, & penes me reperitur concessionis copia in valida forma.

Decimò, Millesimo quadringentesimo decimo sexto, cum de anno 1411. quidam artifices plebei reperirentur intrusi in Antianatu, & Tyrannide Ciuitatis eis expulsis Commune Bononiæ recuperauit à Bracio de Fortebracijs Sedis Apostolicæ Generali Capitaneo Castra Centi, Plebis, Medicinæ, S. Petri, & Castri Bononiensis solutione ei facta florenorum triginta milium auri, Quæ Castra idem Bracius, ex concessione Balthassaris Cosciæ, seu Ioannis Vigesimi tertij detinebat ob stipendia sibi debita à Sede Apostolica, *ita Hollesanus, & Seccadenarius, & Vizzanius sub d. anno* 1416. *fol.* 305. dicens octuaginta bis mille ducatos ei fuisse solutos, & melius *Dulcinius de vario Bononiæ statu lib. 6. fol.* 257.

Vndecimò, Millesimo quadringentesimo decimonono Martinus Quintus cum Medicinatenses, & homines Ganzanilij, & Fontanæ prætenderent se à Coscia Legato à Ciuitate Bononiæ seiunctos earum Castra, cum vnitis reuniuit, & incorporauit Comitatui Bononiæ, itaut de cætero de Comitatu prædicto sint, & esse intelligantur, & ita ab omnibus censeri, & approbari debeât, prout ante dismembrationem, & separationem Cardinalis Cosciæ erant, eaque Ciuitati, dominio, & Iurisdictioni subiecit, & suppositi, non obstante d. dismembratione, & exemptione à d. Coscia facta, & renouauit præcedentem vnionem à Bonifacio Nono concessam, cum amplissimis clausulis derogatorijs, & in specie quarumcunque concessionum cuidam Aloysio in vicariatum, & vt in ea legitur.

Duodecimò, Eodem anno Marcus de Argelata capite mulctatus, eo quod consenserat Castrum Medicinæ assignari Bracio de Fortebracijs, ita affirmant de dicto tempore *Seccadenarius, Hollesanus, & Filenus.*

Decimotertiò, Anno millesimo quadringentesimo vigesimo octauo Antonius Bentiuolus nomine Ecclesiæ habuit Castrum Medicinæ, & alia plura, ijdem *Hollorici, & Vizzanius fol.* 326.

Decimoquartò, Millesimo quadringentesimo quadragesimo tertio, cum Guido Antonius Manfredus Fauentiæ Dominus ad damna Ciuitatis, & Comitatus Bononiensiet, Medicinatenses, & illi de Castro Sancti Petri, alijq; plures recognoscere promiserunt Nicolaum Picininum Ducis Mediolani Capitaneum, ita de d. tempore *Seccadenarius, & Hollesi.*

Decimoquintò, Millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto Medicinatenses in Dominum recognouerunt Aloysium de Sancto Seuerino, eiusdem Ducis Mediolani pariter Capitaneum, & post multas dissensiones Bononienses per communem vtrinq; consensum habuerunt Medicinam, vt *dd. Seccad. & Hollesi* referunt.

Decimosextò, Millesimo quadringentesimo quadragesimo nono, cum Medicinatenses ab Astorgio de Fauentia turbarentur Bononienses, eis concesserunt in Commissarium Nobilem D. Ioannem de Maluitijs, Ita ijdem *Hollorici* affirmant.

Decimoseptimò, Millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto, tempore Gubernij Io. Baptistæ Sabelli ex *Stat. lib. 7. fol.* 54. *cum addit. Monterenty in rub. de officio Syndic. maiorum* legitur, Medicinatenses fuisse tunc solitos soluere portionem salarij debiti

biti dd. Syndicis, prout & alij omnes Comitatui.

Decimo octauò, Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo quinto, per *Bullam Sixti Quarti* declaratur Medicinam cum vnitis eſſe de Territorio Bonon. prout & declararunt *Iulius Secundus, & Paulus Tertius.*

Decimo nonò, Milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſexto *Burtius* in libro ſub nomine *Bononia Illuſtrata*, poſt plura deſcribit Caſtrum Medicinæ tamquam de Bononiæ Comitatu fol. 29.

Vigeſimo, Milleſimo quingenteſimo ſeptimo plures Medicinatenſes ob plura patrata delicta fuerunt Bononiæ laqueo ſuſpenſi, vt referunt *Seccad. & alij.*

Vigeſimo primò, Milleſimo quingenteſimo vigeſimo tertio, dum Prætor Medicinæ eſſet Eques Camillus Gozadinus, menia Caſtri reſtaurari curauit, Ita *Albertus in d. ſua Hiſtoria*, vbi de Bononia loquitur *fol.* 324.

Vigeſimo ſecundò, Milleſimo quinquageſimo quadrageſimo primo inter Eccleſias Comitatus Bononiæ ab *Alberto*, & alijs deſcribitur Plebs Medicinæ, vt *in hiſtoria Bononiæ in prima Decha* ſub die 5. Februarij, prout & de eodem Comitatu Ganzanilium, & Fontanam eſſe dixit.

Vigeſimo tertiò, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſexto *Bartholomæus Galeottus in tract. Illuſtrium Virorum Bononiæ* mentionem faciens de ſylua Comitea Illuſtriſſimorum DD. de Maluitijs, pro confinio deſcribit Communia Villæ Fontanæ, & Ganzanilij tamquam de Bononiæ territorio.

Vigeſimoquartò, Idemq; affirmauit in deſcriptione Marchionatus Caſtri Ghelfi, dicens limitrophum eſſe cum Medicina de Bononienſi diſtrictu, extant etiam *Statuta DD. Antianorum*, quorum auctoritas legitur, vt poſſint eligere Capitaneos Medicinæ, & officiales militiæ duraturos per ſex menſes.

Vigeſimo quinto, Semper etiam dd. Communitates vſque in hodiernum diem fuerunt ſolitæ acceptare Prætores, & alios officiales, & coram eis tamquam à Ciuitate Bononiæ ad d. Præturam extractis de Iure reſponderunt, vt probant *Acta, & regitus* continuatim de ſemeſtre in ſemeſtri in *Archiuio* repoſiti.

Vigeſimo ſexto, Fuerunt etiam ſoliti Illuſtriſſimi Senatores intereſſe diuiſioni ſuorum bonorum communalium.

Vigeſimo ſeptimo, probant etiam plura, & plura *Inſtrumenta in Archiuio* cuſtodita, in quibus Medicinæ Habitantes aſſerunt eſſe de Comitatu Bononiæ.

Vigeſimo octauo, Item, & libelli, vbi plures nati in dd. Villis petierunt, & obtinuerunt ſe creari Notarios vti fumantes, & de comitatu Bononiæ, & ſententiæ ſuperinde per Prætores latè.

Vigeſimo nono, Et ſi extent *edicta Eminentiſſimorum Superiorum*, vt *Forenſes ſe præſentent Præfectio ſymbola nocturnæ*, nunquam tamen Medicinatenſes, & alij de dd. villis ſe præſentarunt, & pro exteris ſe declararunt.

Trigeſimo, probant etiam *libri criminales Turroni*, nam pro delictis fuerunt homines de dd. villis puniti, & ſub Auditores, & Notarij fuerunt ſoliti pro capiendis inditijs, æquitare, prout fit per reliquum Bononiæ territorium.

Additis pluribus alijs annotationibus ingenioſè, & veridicè, cum auctoritatibus factis per olim *Excellentiſs. D. Laurentium Vitalium* Aduocatum in impreſſo conſ. pro Adminiſtratoribus Gabellæ de anno 1627.

Ex prædictis enim apparet multò plus probatum, quam eſſet neceſſe.

2 Ad quæ non parum facit præſcriptionis oppoſitio, cum Bononienſes à tempore, quo initij memoria non reperitur, vt ſupra, dictum Caſtrum, & Villas poſſederint, & actus Iuriſdictionales fecerint *l. hoc Iure* §. *ductus aquæ ff. de aqua quotidiana, & alia*

na c. super quibusdam §. *praterea extra de verb. signif. c.* 1. *de præscriptionib. lib.* 6. *in fine* ibi, *nisi tanti temporis allegetur præscriptio, cuius contrarij memoria non existat, Bart. in l.*
3 *quemimus nu.* 4. *ff. de fluminibus*, sic inquiens intellige verum in ciuitatibus Italiæ, quæ sibi de consuetudine præscripserunt merum Imperium *Angel. in d.* §. *ductus aquæ nu.* 2. *&* 3. etiam si aliquod priuilegium non ostendatur, & in fine *Angel.* ibi subiunxit, si ciuitas ignorante Papa, vel Cæsare exercuit merum Imperium pro tempore, cuius initij memoria non existat, præscribit illud Ius dicens id menti esse tenendum, & post *Rayner. de Forlivio, Bal. Rom. Salicet. & Alex. dixit Decius conf.* 85. *nu.* 2. *vers. his tamen non obstantib.* vbi cum aliis de veriori, & magis communi etiam ignorante Superiore, & post *Curt. Bertachinum, Butrium, Franc. Dominicum de S. Hieremin. Io. Andr. & Barbat. affirmauit Balbus in tract. de præscriptionibus par.* 2. *secunda partis princip. q.* 6. *nu.* 13. dicens talem opinionem esse sufficultam maioribus auctoritatibus, & priuilegijs, subiungens eo casu præsumi titulum, & bonam
4 fidem, & *nu.* 24. declarauit ad præscribendum sat esse tempus centum annorum, Imò ad præscribendum vnionem inualidam sufficere lapsum quadraginta annorum post *Cæsarem de Grassis, Vitalinum, & Rebuffum* habetur in *decis.* 222. *p.* 2. *in rec.*
5 Nec poterit opponi primo historijs, seu chronicis, nam de per se probant *gloss. in Clem.* 1. *de Magistris in verbo Bononiensi Doct.* Inter quos *Bart. nu.* 22. *in l.* 1. *ff. licet-*
6 *tum petat.* eo magis cum agatur de facto antiquo, Ita post plures *textus* Doctores, & rationes approbat *Felin. in cap. ex parte si* 1. *nu.* 28. *extra de Rescriptis, Rota* penes *Veralium decis.* 160. *lib.* 2. *Maceratens. var. resolut. lib.* 1. *cap.* 46. *num.* 6. *Posser. de lectura priuata lib.* 5. *quæst.* 6. *in tit. de libris chronicorum. Rota in Cæsaraugustana Cathedralitatis coram Coccino, vbi plures allegat sub verbo. Quo vero ad ordinationem num.* 22. *decis.* 353. *p.* 5. *diuers.*
7 Minusq; opponi poterit tot instrumentis, & actis publicis, de quibus supra, nam dicuntur probationes probatæ *Bart. & aly in l.* 1. *ff. de noui operis nunciatione*, est enim inconuincibilis, & indubitata præsumptio, vt contenta in instrumentis, & actis publicis sint vera *Socin. conf.* 12. *propè finem lib.* 1. *Parisconf.* 28. *nu.* 9. *lib.* 2. *Tusch. in litera I. concl.* 237. *per totum*, vbi plures allegat.
Certior enim factus sum, quod si prædicta Sacræ Rotæ fuissent deducta, & exhibita non fuisset contra DD. Administratores Gabellæ decisum.
Eo quod si consideremus primam *Buratti Decisionem* 828 non videtur fieri posse magnam vim in Deartuatione Coscíæ allegata, nam pluribus etiam alijs Castris, & Villis concesserat immunitates, & priuilegia, erat enim militaris, & vt inquiunt infrascripti mox allegandi, populum conuocatum retinebat, vt Papatum assequeretur, prout assequutus fuit eo modo, prout affirmant Platina, & Historici,
8 nempè *Ramponius, Saracenus, Oberard. in* 2. *volum. manuscripto* in Archiuio Diui Iacobi repositio *fol.* 262. & 269. & *Diuus Antoninus in Chronicis de rebus Italicis par.* 3. *in tit. Gregorius, & Benedictus sibi mutuo scribunt* S. 7. *in fine*, & in *tit. de Ioanne Vigesimo tertio c.* 6. *in princ.* vbi talis legitur additio, *sunt qui dicunt non probè liberam fuisse electionem, quòd Balthassar Coscia, & Legatus Bononiensis esset, & armatos milites tum in vrbe, tum in agris prostatione habuerit, vt si præcario id obtinere non posset minus, & Armis tandem consequeretur*, & nomine Vocatus Ioannes Vigesimus tertius ad Constan-
9 tiense Concilium Vocatus sibi oppositis quadraginta Criminum Capitibus, non solum fuit depositus, sed & in Carceribus per triennium retentus in Castro Halderburg, vt in *dicto Concilissione quadragesima* legitur, vbi post monitionem termini ad se defendendum præfixionem, & Papatus cessionem turpem processum, & recessum Sanctissimum Concilium pronunciari iussit, *In Nomine Sanctæ, & Individuæ*

Tri-

Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. Sacrosancta generalis Synodus Constantiensis in Spiritu Sancto legitimè congregata, Inuocato Christi nomine, Solum Deum præoculis habens, Visis articulis in hac causa contra Ioannem Papam Vigesimum tertium formatis, & oblatis, ac probationibus eorumdem submissione facti eiusdem spontanea, vnà cum toto processu huius causæ, habita matura deliberatione super eisdem, per hanc definitiuam sententiam pronunciat, decernit, & declarat recessum per prædictum Ioannem Papam Vigesimum tertium ab hac Ciuitate Constantiensi, & dicto Sacro Constantiæ Concilio generali clandestinæ, & de nocte horæ suspectæ in habitu dissimulato, ac indecenti factum fuisse, & esse illicitum Ecclesiæ Dei, & d. Concilio notoriè scandalosum pacis, & vnionis Ecclesiæ turbatiuum, & impeditiuum fructuosi status inueterati. Nutritiuum, & denique esse Symoniacum notorie etiam ante Assumptionem ad Pontificatum; pluraq; alia ibi leguntur sub Anno salutis nostræ 1415. 29. Maij, vt habetur etiam in *sessione d. Concilij quadragesimæ secunda.*

Secundo legitur talem deartuationem fuisse factam, dummodo dd. Communitates
10 in deuotione, & obedientia Sanctæ Sedis persisterent, & nulli dubium est, quod talis dictio (dummodo) adiecta dispositioni importat conditionem *Seraph. decis.* 1017. *nu.* 4. *Barbos. d. dictionibus dictione* 80. *nu.* 4. & 5. sed sic est; quod non seruarunt, eo quia, vt supra dictum est, de anno 1443. ijdem Medicinatenses vna
11 cum Hominibus Castri S. Petri recognouerunt in Dominum Nicolaũ Picininum Ducis Mediolani Capitaneum, & de Anno 1445. Aloysium de Sancto Seuerino alium Capitaneum à dicto Duce Mediolani constitutum, additis infra dicendis; adeoutdismembratio, & concessio corruerit *Tusch. in dictione (dummodo) Dict.* 272. & melius *Gratian.* post *plures Doctores cap.* 991. *nu.* 13. & 14. Videmus etiam, quod
12 contractus innominatus do, vt des, ex non implemento rescinditur *l. iuris gentium, & ibi DD. ff. de pactis, vbi nu.* 5. *Bald.* ex pluribus rationibus substituit donationem esse contractum innominatum.

13 Tertio respondetur, quod solus Papa potest auferre vni, & dare alteri, ita post pluares *textus* probat *Specul. in tit. de legato* §. *nunc ostendendum nu.* 11. & 45. dicens apertè Legatum id facere nõ posse *Feder. de Senis cons.* 200. & in puncto ne Legatus de
14 latere possit reuocare vnionem factam per Papam *Petr. de Perusio in tractat. de reuocat. vnionis c.* 4. *in princ.* ex hac ratione, quoniam de his, quæ procedunt ex facto
15 Papæ, non licet cuiquam contrauenire *Bart. in cons.* 196. *lib.* 1. *nu.* 1. loquens de iurisditione concessa quibusdã Castris Spoleti per Sinibaldum Card. Legatum, ex post Innocentium tertium.

Quartò talis dismembratio per Legatum de latere fieri debebat cum causæ cogni-
16 tione, & parte vocata, ita post *Speculat. Innoc. 10. And. & Archidiaconum* affirmauit *Sacra Rota in decis.* 220. & *decis.* 230. *in nouis.* quæ in puncto loquitur de dismembratione facta per Legatum de latere, & confirmata per Papam, dicens, & id requiri etiam in confirmatione *Pet. And. Gamar. de auctorit. Legati de latere lib.* 5. *in tit. de dismembratione nu.* 13. & *seq. Bero. cons.* 76. *nu.* 3. *lib.* 3.

Quintò cum fuerit declaratus Simoniacus, notoriè etiam ante assumptionem ad Pontificatum omnia per eum gesta declarantur nulla, incurrisseque dicitur pœnas, de quibus per Summistas, & inter alios per *Sitiustrum in verbo Symonia nu* 19. referentem duas *Bullas eiusdem Martini quinti*, per quas, vt asserit, omnes confir-
17 mationes, & quæuis promissiones declarantur nullæ, prout etiam aduertunt *Diuus Antonius in d. p.* 3. *in tit. de concilio Constantiæ c.* 6. §. 4. & *addentes ad eum.*

Sextò addatur, quod anno 1404. Oratoribus mediantibus Ciuitas obtinuit possessionem omnium Castrorum Comitatus à Summo Pontifice, vt refert *Saracenus*,

Ram-

Ramponius, & alij Historici. Nec facit approbatio Antianorum, & Vexilliferi d[e] anno 1411. ex sibi somniata auctoritate in generali consilio sexcentorũ concessa.

Primò, ipsi non erant Antiani, & Vexillifer legitimè per Consilium, & Populum ele-
18 cti, sed pro maiori parte viles Artifices, & plebei per vim facta magna in populo seditione intrusi, nam per violentiam Palatium apprehenderunt, vt affirmãt omnes Historici, dicentes tunc vocari statum di Zumpi, & Arlotti, ita *Frater Leander in tit. Romagna Gall. Boij fol. 330. verso Filenus de Tuatis, Blanchettus, Seccadenarius,* & alij in anno 1411. & 1412. Et est aduertendum, quod vti Domini nomine proprio imperabant, & resistentiam Pontifici, & nobilibus Bononiæ faciebant,
19 in tantum, vt etiam ex recursu ad dd. Antianos per Medicinatenses (cum inimici essent Sedis Apostolicæ) ceciderint à commodo prætensæ dismembrationis conditionatæ, illisque expulsis, & pro maiori parte punitis nobiles Bonon. opera nobilis Iacobi Insulani ex post Cardinalis se, & Ciuitatem sanctæ Sedi Apostolicæ totaliter subijcerunt, ita *Vizan. lib. 6. pag. 295. & duabus seqq. & Dulcinus de varto Bononiæ statu pag. 256.* Adeont per dd. Antianos, & Vexilliferum gesta omninò
20 sint nulla *text. est in l. decernimus C. de Sacr. Sanct. Eccles.* vbi superueniente iusto Domino, omnia quæ per sceleratas iussiones fuerunt facta cassantur, & rescinduntur, maximè si fuerint per modum legis, seu priuilegij, sic notant ibi *Bald Castr. & alij in principio Bart. in tract. de Tyrannia nu. 16.* Minusque constat de sibi attributa facultate faciendi, seu approbandi d. dismembrationem, vt ipsi affirmant; minusque sibi credendum est, stante qualitate personarum, notat *tex. in l. scitum §. lege Iulia ff. de testib.* Et idcircò cessare videtur id, quod dicitur de confessione extra-
21 iudiciali, quæ probet saltem de iure Canonico, secundum opinionem, quam sequitur *Rota*, eo quod declaratur, vt id procedat ad liberandum, non ad obligandum *Puteus decis. 12. lib. 2.* & vltra confessionem requiri adminicula, ponderatur
22 *in decis. 158. p. 1. in recent. nu. 12.* potest, & dici, quod in Ciuitate Bononiæ non ius Canonicum, sed Ciuile seruatur, vt in *concl. dat.* & post *Io. de Annania, & Bologninum* attestatur *Tusch. in verbo Bononiæ Ciuitas concl. 120. nu. 3.*

Nec videtur obstare id, quod habetur in *decis. Eminentissimi Vbaldi 70. p. 5. diuers.*

Primò, quia superius ostensum fuit Cardinalem Cosciam non potuisse talem con-
23 cedere deartuationem, est enim tritissimum, quod Legatus de latere non potest tollere, quod factũ est à Papa *glos. in c. fin. in verbo figura de hæreticis lib. 6. Corn. cons.*
24 *10. nu. 8. lib. 1.* & in puncto de priuilegio hominum Ganzanilij *Laur. de Pavu cons. 147. nu. 8.* vbi pluries memoratur conuentio inita inter dd. homines, & Rempubl. Bononien. cum approbatione Summi Pontificis, nec probantur ampla subsidia per dd. Communitates, vt asseritur Sedi Apostolicæ præstita in recuperatione Ciuitatis nostræ, quæ dicitur eo tunc ab eadem sancta Sede defecisse, intantum, vt ex rebellione omnia priuilegia, & vnionem Bonifacij Noni perdiderit, quia de tali rebellione, & deficientia non constat, nec Coscia affirmat, sed solum dicit Communitates expendisse, & ampla subsidia dedisse in recuperatione Ciui-
25 tatis Bononiæ, sed non dicit à Bononiensibus, quia non erant rebelles, sed de Duce Mediolani, & a lijs Tyrannis debet intelligi, minusque creditur eidem Legato, vt ead. dec. 70. videtur approbare, & affirmat *Barbat. in tract. de Cardinalibus Legatis à latere prima quæstione bastilca num. 10.* eo magis si illius bonitas, mores, honestas, & similia non sint cognita, & in puncto, quando agitur de præiud. alterius, & sic nostræ Ciuitatis *Abb. Felin. Iaf. & alij de quibus per Gozadinum cons. 41. nu. 15.* & post *Decium, Curtium Iun. & alios, Crauet. cons. 104. nu. 5. Socin. sen. cons. 127. lib. 1.* & melius *Socin. Iun. cons. 1. nu. 77. lib. 4.*

Nec

Nec sustinentur adminicula rebellionis ciuitatis ex *Crescentio decis.7.de probationibus,*
26 nam *Crescentius* ibi loquitur de tempore Eugenij quarti, qui Pontifex creatus fuit de anno 1431.13. Martij, & obijt de anno 1447. vt attestatur *Platina*, & probant rogitus Notariorum de dicto tempore, idq; desumitur ex eadem Decisione, quæ
27 vlterius prosequendo dicit Ciuitatem non dici rebellem, dum prius nō fuit conuocatum, & communicatum Consilium se rebellandi, vt probat *Io. de Annania in c. quod super his nu. 12. de Voto, & Voti redemptione.* Non enim reperietur in æternum Ciuitatem conuocasse populum, nisi ex causa se defendendi ab Insidijs, &
28 Insultibus Ducis Mediolani, illorum de Malatestis, & quorundam potentum, qui volebant Dominium Ciuitatis, nec vnquam populus animum habuit se rebellandi à Summo Pontefice, cum quo omni tempore fuit Ciuitas confederata, obediens, ac subdita *Crot.cons.184.nu.70.lib.2.* legitur etiam antiquitus multos Sum-
29 mos Pontifices permisisse Nobiles Bononiæ dominari Ciuitati, vt de Tadeo Populo, & filijs loquitur *Cuman. cons.162. nu.3.* dicens Clementem Sextum eos constituisse Bononiæ Vicarios, Ita & fatetur *Signorolus de Homodeis cons.87.* ante *numerum primum*, dicens mutatum fuisse Dominium Ciuitatis in Archiepiscopum Mediolani, & id etiam probat *in cons.131* & de anno 1418. Idem Martinus quintus liberè relaxauit Ciuitatem Ciuibus in contractu mediantibus *Floriano de Sancto Petro, & Bartholomæo Mangiolo* Oratoribus, itaut sibi Pontifici tantum quolibet anno soluerentur ducati septem mille, vt *Seccad. Hist. Senacensis* affirmant, & *Vizanius* dixit fuisse conuentum, vt soluerentur sex mille Floreni aurei, & quod certa quantitas militum Pontifici seruire deberet *pag.308.* & de Bentiuolis legitur *Pium II.* de anno 1466. constituisse caput Senatus *Ioannem Bentiuolum*, vt omnes affirmant *Viz. pag.403. & Alexandrum sextum* approbasse Gubernium *Ioannis Bentiu. Vizan. idem pag.448. & Ioannem Bentiuolum* detinuisse hanc ciuitatem sub Pontificibus *Paulo secundo, Sixto quarto, Innocentio octauo, Alexandro sexto, & Pio tertio* affirmat *Leander in descript. totius Italiæ in tit. Romagna*, vbi de Bononia loquitur fol.331. verso.

Quattuor.n. modis quis dicitur rebellionem committere, primò, quando quis rece-
30 dit à loco, & vadit ad hostes; secundò, quando quis retinendo locum se rebellat contra Principis obedientiam, vel non recipiendo eius gentem; tertiò, quando quis contra personam Principis facit; quartò, quando pariter contra personas suorum officialium aliquid facit; *Bart. in extrauaganti ad reprimendum in verbo tenore nu.5. & seq. Michael Bulcarinus de Regimine Mundi in secunda principali quæst. 8. Illa*
31 *quæstio est ita ardua nu.44.* Qui licet quinq; casus explicet, tertius tamen, & quar-
32 tus reincidunt in idem; Illæ enim Ciuitates, quæ occupantur ab aliquo Tyranno, vel Hoste non dicuntur rebelles, sed vocantur Ciuitates captæ, quæ si recipiantur, dicuntur redire ad primæuum statum, & libertatem, Idem *Bart. in eadem extrauaganti ad reprimendū, in Verbo rebellando nu.23. Ant. Corset. de Potestate Regia n.13.*

Nec videtur obstare in d. Constantiensi concilio fuisse tantum reuocatas dismembrationes factas ab his, qui se pro Pontificibus gerebant, non autem à Legatis, & sic à Coscia; nam primò est aduertendum, quod in allegata *decis. 355. p.2. in re-*
33 *cent.* agebatur de exemptionis reuocatione facta à Coscia, dum Papa erat; secundò tollitur omnis disputatio, ex eodem Concilio Constantiensi, vbi post reuocatas dismembrationes, & exemptiones à tempore Gregorij vndecimi ab his, qui se pro Pontificibus gerebant, sequuntur infrascripta verba. *Prout etiã Martinus Papa reuocat omnes Vniones, & Incorporationes à tempore prædicto factas* (ita in parte
34 distincta *in littera F*) legitur, subsequitur licet auctoritas Apostolica interuenerit,

talis

talis enim dictio (licet) non excludit alias conceſſiones, & incorporationes etiam ſine Apoſtolica auctoritate factas *l. 1. C. quomodo, & quando Iudex.* in illis verbis *non vt omnino neceſſitatem habeas* & ibi *gloſ. Seraphin. decis. 573. nu. 2.* dicens tale Ver-
35 bum licet non ſtare taxatiuè, & nouiſſimè *Barboſ. de Dictionibus dictione 165.* & quando ſtaret taxatiuè, non excludit ſimilia, dum agitur de materia fauorabili *gloſſ. & Bart. in l. illud C. de S.S. Eccleſijs l. ſerui nomine ff. de Vſucap. & in l. ſi conſtante nu. 42. ff ſol matr. Rebuf. in l. licet in 2. col. ff. de verb. ſignif.* Non igitur poterit dici diſmembrationem per Coſciam factam non eſſe ſublatam: Addamus, quod dd.
36 Verba etiam ſi interuenerit auctoritas Apoſtolica non operarentur, nam clarum eſt, quod omne factum, & decretum à Papa dicitur Apoſtolica auctoritate, ſecundò nullam Coſcia habuiſſet auctoritatem, ſi à Summo Pontifice auctoritate Apoſtolica non fuiſſet Bononiæ Legatus deſtinatus, ſed ex eadem diſmembratione id clarè apparet.

Et per prædicta etiam videtur reſponſum alteri *deciſioni* eiuſdem *Vbaldi 171. ead p. 5.*
37 eo quod Legatus de latere nihil poteſt contra formam iuris *Ant. de Burio conſ. 62. nu. 3. Abb. conſ. 1. nu. 3. lib. 2. Socin. ſen. conſ. 27. nu. 9. lib. 3. Hond. conſil. 93. nu. 7. lib.*
38 2. & poſt plures dixit *Ioann. de Sylua quæſt. 3. nu. 5. par. 2. in tract. de beneficio, Rota deciſ. 490. nu. 7. par. 1. in recent.* hac ratione, quia eius eſt tollere, cuius eſt conde-
39 re, & ne poſſit tollere ſtatuta dixit *Tuſch. in verbo Bononia ciuitas concl. 120. nu. 41. Monac. in deciſ. Bonon. 28. nu. 6.* Nec in hoc videtur poſſe adduci *tex. in c. fin. de tranſact.* nam licet ibi *Honorius tertius* ſcribat Card. S. Praxedis eum tantum ſuadet, vt ſe interponat ad componendum, & ſubiungit hæc formalia verba, *In his verò, ſuper quibus ius non inuenitur expreſſum proceda ſequitate, ſeruata ſemper in humanorem partem declinando*, adeout retorqueri poſſit contra Medicinarenſes, cum loquatur *tex.* de compoſitione, & tranſactione Iudicis, & ibi *Io. And. & Io. de Annan. nu. 1. & cæteri DD. aduertant*, & id videtur affirmare *Roman. conſ. 428.* dicens, quod licet Legatus poſſit derogare ſeueritati iuris communis, addit tamen licet non
40 poſſit contra ſtatuere, eſt etiam aduerten. quod *Gamar. de offitio, & auctorit. Legati*
41 *lib. 2. tit. de var. ordin. nu. 154. in fine, & lib. 5. in tit. de poteſt. Legati in vniendo nu. 153. & ſeq.* & omnes alij dicentes Legatum de latere poſſe diſſoluere vniones, loquuntur de vnione beneficiorum, & Eccleſiarum, in quibus nemini fit præiudicium, nam ſemper fit de conſenſu beneficiatorum, Nullum enim reperij dicentem Legatum poſſe vnire, ſeu diſmembrare Caſtra, & Ciuitates, cum agatur de maximo præiuditio, & ex his videtur reſolutũ id, quod *in d. deciſ. 171 habetur*, maximè dum *Platina* non ſic liberè in vita *Bonifacy Noni* dixerit Bononienſes ſine defenſione recognouiſſe Ducem Mediolani, dicens ſic, *ſi quale in capo di duoi meſi hebbe ancor Bologna, e Luca*, & eſt aduertendum, quod ſecunda vice non agebat *Dux* contra Eccleſiam, ſed contra *Bentiuolum*, & non dicitur ſine defenſione, ſed ſine difficultate, quia prius dominabatur, nec facit alia *Deciſio 496. eadem part. 5. tomo ſecundo* per eundem *Eminentiſſimum Vbaldum*, vbi aſſeritur reunionem *Martini quinti* fuiſſe obreptitiam, cum fuerit ei narratum Cardinalem Coſciam dediſſe hæc Caſtra in vicariatum perpetuum quibuſdam perſonis, eo quod id conſtet falſum, ex eadem diſmembratione, & quia non fuit narratum, quod eædem communitates immediatè ſe ſubijciebant Sedi Apoſtolicæ intuitu meritorum, & propter ampla ſubſidia in bello per homines dd. comunitatum præſtita contra Bononienſes, qui à Sede Apoſtolica defecerant, quod ſi Papa ſciuiſſet, abſolutè non conceſſiſſet, Nam primo reſponderi poteſt *Martino Reuocanti* fuiſſe narratam veritatem, cum
apparcat clarè, vt ſupra, quod Caſtra fuerant conceſſa Fortibracio, vt ſupra dictum,

ctum, & probatum fuit, à quo cum aliis Castris fuerunt retroacquisita pro ducatis octuaginta duobus millibus, vt affirmant *Doctores, & Chronista allegati*, Vltra quod si narratiua legatur, adest verbum, vt dicitur, & sic non affirmat *Marta clauſ.*
42 *197. nu. 1. p. p. in tract. de clauſulis*. Nec facit illud obiectum, quod Communitates prædictæ immediatè in d. dismembratione efficiebantur subiectæ Sedi Apostolicæ, cum & ipse Coscia pro eadem sancta Sede retineret, eo tunc Ciuitatem, & Territorium Bonon. quæ ciuitas cum toto suo districtu hodie etiam recognoscit Sedem prædictam, & summum Pontificem in tantum, vt nil præiudicij possit dici inferri statui Ecclesiastico, vt eidem Sedi Apostolicæ, nam & quoad reliqua Castra, & iurisdictiones, ea cumulatiuè cum Legatis, & Gubernatoribus Sanctissimi Papæ administrat, & regit.

Nec potest dici *Martinum quintum* non potuisse reunire dd. Castra, seu villas Ciui-
43 tati, ex quo disembratio fuit ex causa meritorum (si tamen probata essent) nam Papa potest infringere contractum, quatenus tenuisset *Zabarel. conſ. 85. nu. 2. &* 3.
44 loquens de comitatu Bononiæ; & quando causæ non sunt ex facto Papæ, sed tertij, ei non esse credendum dixit idem *Zabarel. conſ. 96. Lapus alleg. 167. nu. 10.* & eo magis nō esse credendum Cardinali Coscię, etiam si Legatus de latere sit in præiuditium tertij. Ita post *tex. in c. ſi ſummus Pontif. in Clem. 1. de ſent. ex communication. Archid. Io. And. Belamera, Felin.* & alios attestatur *Parif. conſ. 136. nu. 31. lib. 4.* nec dissentit sacra *Rota* penes *Cajetem de Graſſis in decis. 1. de præbendis nu. 13.* maximè si non constet sibi de commissione, & facultate per Papam sibi concessa.

Et hæc saluo &c.

CONTROVERSIA CXLIII.

Pro Illustriss. DD. Antianis Ciuitatis Bonon.

SVMMARIVM.

IN donatione pleniſſima ſit interpretatio, nu. 1. vide nu. 17.

In contractibus, maſculinum non concipit fœminum, nu. 2.

Maximè dum verba ſonant in maſculinum, nu. 3. & nu. 19.

Et idcircò filiorum appellatione non veniunt fœminæ, nu. 4. & 8.

Maximè repugnante voluntate donantis, nu. 9. & nu. 18.

Eo magis quando additur, & deſcendentibus, nu. 5.

In contractibus non datur ea interpretatio, quæ datur teſtamentis, nu. 6.

Statuta Bononiæ impediunt extenſionem, & verborum interpretationem, nu. 7.

Si Teſtator cupiat conſeruare agnationem, nullo modo fœmina comprehenditur, nu. 10.

Ex Statutis Bonon. nepos maſculus, & nō fœmina Patruo ſucceſſiſſet, n. 11.

Laicus non poteſt exercere iuriſdictionem etiam voluntariam in Clericum, nu. 12.

Epiſcopus non poteſt concedere, vt Iudex Laicus interponat auctoritatem in cauſa clerici, nu. 13.

In capitulis matrimonialibus non requiritur inſinuatio, nu. 14.

Si

Si quis in donatione acceptes pro se, & filijs, intelligitur si & quatenus filij sint hæredes, nu. 15.

Si donatio fiat primo filio nascituro, si nascatur fœmina, est in donatione exclusa, nu. 16.

Fœmina post mortem patris non conservat agnationem, nu. 20.

Adsit Deus, & Virgo.

Diligenter annotata donatione per eximium Legum professorem Bartholomæum Dulcinium D. Dulcinio ex fratre nepoti, pro ipso, & filijs nascituris ex matrimonio, quod eo tunc sequuturum erat inter ipsum Dulcinium, & D. Annam de Turri, prima facie videbatur fœminas eiusdem Dulcinij in stipulatione comprehensas, eo quod in donationibus plenissima fit interpretatio *eorum dicendi de donationibus*,
1 & ex quo masculinum concipit fœmininum *l. iusta interpretatione ff. de verb. & rer. signif. Zabarella cons. 64. Dec. in l. fœmina num. 107. ff. de reg. iur. & in cons. 32. num. 3. Corn. cons. 177. nu. 4. lib. 4. Ias. in l. si quis id quod nu. 23. in fine ff. de iurisd. omn. Iud. & in cons. 115. nu. 5. lib. 2.* & vltimo loco *Mantica de tacitis, & ambiguis lib. 13 tit. 21. nu. 11. & 12. Gabriel de verb. signif. concl. 6. nu. 105.* Nihilominus in casu hoc credo absolutè filias d. Dulcinij fœminas nullatenus esse comprehensas, & liberè d. D. Dulcinium carentem filijs masculis disposuisse, eo quod regulariter in cõtractibus masculinum non concipit fœmininum, secundum proprium verbi filijs significatum *l. seruis legatis in princ. ff. de leg. 3. l. pen. in fine C. de Præpositis sacri Cubiculi. lib. 12.* & in hoc *viginti octo Doctores* adducuntur ab eodem *Gabriel d. concl. 6. num. 41.* & de veriori affirmat *nu. 44.* & id verissimum esse dixit, dum verba sonant in ma-
3 sculum, vt filius, mulus, equus, & similia *Seraphin. decis. 664. nu. 1. 2. & 8. Cabaler. decis. 557. nu. 2. Duran. in Peculina Donationis decis 146. nu. 48.* asserens communiorem esse opinionem filiorum appellatione, fœminas nequaquam comprehendi, &
4 in fine in casu nostro dixit fœminas haberi, ac si in rerum natura non fuissent *Cocin. decis. 663. nu. 14. & 15.* qui loquitur de concessione facta filijs, & hoc sustinet multis rationibus, & auctoritatibus *Magon. decis. Lucensi 7. nu. 32. Ioseph Ludou. decis. 29. nu. 18. & 19.* & in fortioribus terminis, quando verbo filijs addatur, & de-
5 scendentibus, & ibi *multos* allegat, & iudicio meo facit *tex. in l. quisquis ff. ae verb. signific.* dum inter *Labeonem, & Proculum Iuris Cons.* disputabatur, an filia veniret nomine filij, nam Proculus id affirmabat, sed Labeo negabat, & in *textu* dicitur opinionem *Labeonis* esse veriorem, & ita post multos Doctores affirmauit *Archid. in c. si quis suadente 17. q. 4. nu. 4.* dicens & ipse, quod si contrahentium verba sint, masculinum non concipit fœmininum, nam tale verbum (filijs) non egreditur terminos suos, nec in iure contrarium fuisse determinatum, eo magis, quia in cõtractibus non debet dari interpretatio, quæ datur testamẽtis, & post *Guid. de Suzaria Io. de Imola, Rom. & Alex.* idem *Ias. cons. 115. nu. 5. lib. 1.* eò magis dum sit pliciter donator fecit mentionem de filijs *Eugen. cons. 13. nu. 34. lib. 1.* vigente per totam Italiam consuetudine fœminas non vocari de familia Patris, & præcipuè in Ciuitate Bonon. vt post *Gratum, Gozadinum, & Hondedeum* affirmauit *Excellentiss. Hieron. Buccaferreus cons. 30. nu. 17.*

Et quando dici posset masculinum concipere fœmininum, & appellatione filiorum
6 venire fœminas, intantum vt ipse pariter essent capaces per *tex. in l. si quis ita ff. de Tell. & tutela l. sic scriptum ff. de leg. 2.*

Re-

7 Respondetur in *Statutis* nostris prohibitam esse omnem extensionem, & verborum interpretationem, & debere intelligi, prout sonant sine alia sub intelligentia, & secundum proprium significatum, vt *in concluſ.* eorumdem *Statutorum* §. *Statutmus*, & §. *& quod*, & *alibi*, vt ferè in terminis nostris post *Alexandrum*, & *Gratum refert Rota nostra Bonon. in ſcelectis deciſ.* 128. *nu.* 18. dicens tali casu nec nepotes contineri sub nomine filiorum, & clarissimum esse non comprehendi fœminas sub nomi-
8 ne filiorum, dixerunt *idem Alex. conſ.* 61. *verſ. ſed ipſis non obſtantibus lib.* 1. *Gozad. conſ.* 45. *nu.* 5. *Rain. conſ.* 93. *nu.* 5. *lib.* 2. *Iaſ. in l. ſi quis id quod nu.* 22. *ff. de iuriſd. omn. iudicum Alciat. de præſumpt. reg.* 3. *præſumpt.* 42. *nu.* 3. *Corn. conſ.* 275. *num.* 1. *lib.* 4. *Grat. conſ.* 64. *nu.* 3. *& alij plures*, quos refert, & sequitur *Ruger. conſ.* 43. *num.* 81. ibi enim cum alijs concludit non venire fœminas nomine filiorum secundum propriam significationem, & illud verbum, *filgs*, non admittere interpretationem, idem *Bucceſer. reſp.* 25. *nu.* 39.

Secundò principaliter dicitur ipsum donantem noluisse comprehendere fœminas, dum aderant duæ Dulcinij Sorores in eodem gradu donanti attinentes, prout donatarius vna nupta Ill. D. Angelo Mediauachæ, & alia Mag. D. Carolo Pelino, dum sic expressit se habere vnicũ nepotem masculum ex Mag. D. Vincentio eius fratre Dulciniũ nuncupatum, in quo repoſita est tota spes propagationis eorum familiæ, & descendentia, significans per easdem Sorores nõ posse familiam pro-
9 pagari, & sic repugnare voluntatem donantis, quo casu fœminæ non comprehenduntur, ita post *Decium conſ.* 318. *verſ. ſed tamen hoc non videtur, & Seraph. deciſ.* 604. *nu.* 8. & alias plures *deciſ.* affirmat *Sacra Rota deciſ.* 531. *num* 6. *part.* 5. *diuerſ. tomo* 2. *Bucceſer. loco prædicto*, & cum in casu nostro non militet ratio, vt masculinum concipiat fœmininum, fœminas non contineri dixit *Bart. in l.* 1. *ff. de verb. ſignif. & in l. ſi quis in tantam C. unde vi, & in l.* 1. *ff. de peculio*, & eandem opinionem retinendo, post *triginta Doctores* affirmauit *Gabr. de verb. ſignif. concl.* 6. *nu.* 50. *&* 51. subiũgens,
10 quod si cognoscatur Testatorem, vel donantem velle conseruare agnationem vnquam sub nomine filiorum, non continentur fœminæ, siue voluntas sit expressa, siue tacita conseruandi agnationem *Ruin. conſ.* 15. *nu.* 17. *lib.* 3. *Dec. conſ.* 466. *nu.* 9. *in fin. Cranet. conſ.* 656. *nu* 4. *lib.* 4. *Bero. conſ.* 83. *nu.* 2. *lib.* 2. *Honded. conſ.* 75. *nu.* 17. *&* 19. *lib.* 1.

Nec omittendum puto, quod vigore statutorum nostrorum post donantis mortem solum successisset ab intestato idem Dulcinius, & post eum filij masculi, non autem fœminæ Dulcinij sorores, quo casu masculinum non continere fœmininum, vt per *Tobiam Nonium conſ.* 36. *nu.* 12.

Addatur nullitas Instrumenti prætensæ donationis insinuatæ à Iudice laico, licet id
11 sit iurisdictionis voluntariæ *gloſ. in auth. de defenſoribus Ciuitatis* §. *nulla collatione* 2. & tenent *Doctores, & Bart. in l. Modeſtinus ff. de donat. Canarius de inſinuat. p.* 1. *nu.* 14.

12 Attamen laicus minus potest exercere iurisdictionem voluntariam in Clericum *Dec. conſ.* 150. *& conſ.* 241. *nu.* 2. *Surd. deciſ.* 129. *nu.* 6. & vltimo loco *Carolus Graſſus de effectibus Clericatus effectu* 1. *nu.* 322. *pag.* 98. & semper practicare vidi, quod in
13 donationibus Clericorum interuenerit Vicarius Eminentiſs. Archiepiscopi, qui nec concedere potest licentiam, vt solus Iudex laicus interueniat *Abb. & ceteri in c.* 2. *ext. de maiorit. & obed.* & melius idem *Surd. conſ.* 301. *nu.* 53. dicentes, quod nullo modo Clerici possunt se subijcere Iudici laico.

Nec faciunt *Guido Papæ deciſ.* 145. *& Rota* allegata à *Florentillo ad Burattum in Romana Donationis* 1631. 23. *Iunij*, eo quod non loquuntur in casu, in quo extet statutum, prout Bononia, & superius diximus, sed solum, quãdo in Capitulis Matrimonia-

14 libus donatio *fit*, quo casu non requiritur insinuatio, vt aduertit *Monter. in Statut. de donat. lit. D.*

Animaduertatur etiam, quod donans donauit, & assignauit eidem Dulcinio præsenti, & pro filijs ex dicto matrimonio acceptanti, quo casu intelligitur acceptasse si, & quatenus fuerint sui hæredes, ita *Bart. in l. Gallus §. quidam rectè nu. 9. & ibi Ang. nu. 5. ff. de liber. & posth. nu. 5.* sic dicens Pater prouidendo sibi, & filijs in contrahendo præsumitur eis prouidere tamquam hæredibus, ita etiam in simili donatione occasione matrimonij post multos idem *Surd. decis. 322. nu. 32.* vbi allegat plures rationes, nempè Patrem non posse stipulari filio, nisi vti hæredi, per *text. in l. stipulatio ista §. alteri ff. de verb. oblig. Surd. loco citato nu. 42.* eo magis, quando
15 agitur de filijs nascituris, vt in casu nostro, & in terminis *Andreas Iserni.*, dum stipulatio stat pro se, & filijs *Gherard. Mazolus cons. 1. nu. 96. & seq.* qui cum *alijs* affirmat de veriori, idem *Surd. d. decis. 322. nu. 61. & num. seqq.* eo magis, cum non legatur Patrem, & Notarios stipulatos esse pro ipsis filijs, & ipse *Surd. ibi num. 64. & nu. 84.* loquitur in terminis, in quibus stipulatio Not. interuenerat, dicès causam futuri matrimonij non esse finalem, sed impulsiuam, dato, quod diceretur donationem factam contemplatione matrimonij sustinens, in casu nostro intelligendum, si, & quatenus filij sint hæredes Patris, & *Guido Papæ decis. 506. nu. 2.* asserit,
16 quod si in contractu matrimonij donetur primo filio nascituro, & primo nascatur fœmina ipsam esse excluſam.

Ex quibus credo de iure filias D. Dulcinij excluſas, Et si vt, dicitur, in donatione debeat fieri pleniſſima, & fauorabilis interpretatio *ex c. cum dilecti extra de donat.*
17 nam primò *Innoc. 3.* loquitur de donatione facta Eccleſiæ: secundò dicit debere constare de mente donantis, & ibi *Abb. in 2. notabili* sic loquitur, in dispositionibus dubijs debemus prius recurrere ad coniecturandam mẽtem disponentis, non ergo fauore donationis debemus ampliare materiam contra mentem donantis, ita etiam ibi concludit *Anchar. nu. 3.* & *omnes Canoniſtæ*, & idcircò *Corn. Iaſ. Decius, & alij relati à Mantica in tract. de tacitis, & ambiguis lib. 13. tit. 21. num. 11.* dicentes
18 appellatione filiorum venire fœminas, id non affirmant, quando cõstet de mente contraria donantis, siue adsit aliqua probabilis coniectura in contrarium, nec quando statutum prohibet super verbis fieri posse interpretationem, aut extensionem, sed debere intelligi propriè, prout iacent, & contra eorum opinionem plures tenẽt, de quibus supra, & post *Pontanum idem Corneus* id approbat *cons. 199. nu. 54. lib. 2.* & ipsemet *Iaſ. conſ. 115. lib. 1. & 5.* ibi respondeo, quod est verum,
19 quod in contractibus filiorum appellatione non veniunt fœminæ, vbi de filijs simpliciter est facta mentio, & loquitur in contractu matrimoniali, & attẽta desiderabili familiæ cõseruatione receditur ab illa regula, aut sumus in materia indifferenti, aut differenti, ad hoc, vt cognoscatur, an in donatione veniant fœminæ, eo quod ratio conseruationis familiæ inducit materiam differentem ex mente concedentis, quo casu fœminas non comprehendi sub nomine filiorum, dixit *Bart. in d. l. 1. nu. 1. verſ. aut de mente non conſtat ff. de verb. ſignif.* & multos in hoc approbat *Sacra Rota decis. 663. nu. 14. p. 1. recent.* & si aliter doctus Sapientissimus Legum, & Canonum Doct. id sciuisset exprimere sciens ex proprio significatu verbi filijs
20 non comprehendi fœminas, cò magis, quia fœmina post mortem Patris non conseruat agnationem *Ambroſ. poſt alios decis. 3. nu. 26.*

Et quando Illustriss. Senatus nollet acceptare Dulcinij hæreditatem ad cõmodum Illustriss. Antianorum, iuxta illius dispositionem, est substituturus Reuerendiss. Capitulum S. Petri.

Et ex his &c. saluo tamen sapientiori, & prudentiori consilio &c.

CON-

CONTROVERSIA CXLIV.

Pro Illustriss. Camera Bonon. cum Machiauellis, Panzachijs, Chirlichinis, &c.

SVMMARIVM.

IMmunitas est odiosa, ex quo nocet vtilitati publicæ, nu. 1.
Non operatur in casu necessitatis, nu. 2.
Priuilegium intelligitur stantibus rebus, prout stant, nu. 3.
Immunitas debet cœcedi per duas ex tribus partibus eorum, qui concedere possunt, nu. 4.
Eo ipso, quod immunitas incipit damnificare proximum reuocatur, nu. 5.
Descendentium appellatione veniũt omnes in infinitum, nu. 6.
Sed non transcendere quartam generationem, nu. 7.
Exempti tenentur ad vias reparandas, nu. 8.
Quatuor requiruntur ad hoc, vt possessor præscribere possit, nu. 9.
Priuilegium quando est personale cum persona extinguitur, nu. 10.
Mechanica dicitur ars, vbi non est liberalis, nu. 11.
Ciues, nec nobiles comitatus possunt diei vj, qui vnquam practicant, nec Ciuitatem habitant, nu. 12.

Adsit Deus, & Virgo.

DIligentissimè visis, & consideratis duabus immunitatibus, respectu vnius concessæ anno 1326. quibusdam de Machiauellis, de Panzachijs, & de Chirlichinis per quemdam Guastam ex Rege Cofani Capitaneum Populi Bon. & respectu alterius in vim petitionis concessæ, ex sententia tunc lata per DD. Officiales taxarũ, & æstimorum Ciuit. Bonon. Respondetur hodie tales exemptiones non esse attendendas. Primò, immunitas vti odiosa est restringenda, ex quo per eam fit nocu-
1 mentum vtilitati publicæ *Oldrad. cons.* 268. *nu.* 1. *&* 2. *Barz. decis. Bonon.* 118. *nu.* 10. *& decis.* 119. *nu.* 6. *Rimin. iun. cons.* 289. *nu.* 12.

Secundò dicitur non esse attendendum, nam si attenderetur, seu attenderentur grauamen, seu onera essent per duos, aut tres pauperes ruricolas supportãda, quod
2 esse non debet *Natta cons.* 525. *nu.* 14. dicens concessionem non comprehendere casum hunc necessitatis, & ante eum affirmauit *Io. de Platea in l. cum te C. quando ciuili munera*, ex hac etiam ratione, quia priuilegium est intelligendum stantibus re-
3 bus, prout tempore concessionis stabant, ita idem *Barz. d. decis.* 118. *nu.* 3. *Benintendus* pariter *Decis. Rotæ Bonon.* 65. *nu.* 5. *&* 7. ampliando, etiam si iuramentum interueniisset.

Tertiò est aduertendum, quod in concessione per DD. Officiales taxarum non interuenit numerus habiles, nam quinque tantum concesserunt, nec mandatum

aliorum in concedentes legitur, & si tunc temporis vltra DD. Antianos, DD. Reformatores Status Libertatis, essent in numero viginti, non comprehenso Bentiuolo, & duæ partes requirebantur, textus est in *l. nulli ff. quod cuiusq; Vniuersitatis nomine*, ibi, *nulli permittitur nomine Ciuitatis, vel Curiæ experiri, nisi ex, aut ex lege permittitur, aut lege tessante ordo dedit, cum duæ partes adessent, aut amplius quam duæ*, & ibi notant *Alberic. nu. 2. Bart. nu. 8.* & alij scribentes *Alex. cons. 68. num. 8. lib. 2. Nicolaus Bellonus cons. 39. nu. 1.* & melius quam alij *Barz. d. decis. 118. nu. 32.*

Quartò etiam, supposita concessionis validitate, eo ipso, quod incipit proximum damnificare, reuocata dicitur absq; alia declaratione *c. suggestum de decimis*, verba *textus* sunt clara, ibi, *nam quando Romana Ecclesia ordine vestro priuilegia de decimis dederat, ita erant rarè. Abbatiæ vestri ordinis, quod exinde nulli poterat ac iure scandalum suboriri, sed nunc intantū augmentatæ sunt, ac possessionibus ditatæ, quod multi viri de vobis apud nos querelā proponunt*, & ibi in verbo *querela* aduertunt *Glos. Abb. & alij.*

Quintò, non facit concessio Guastæ Capitanei, & si exprimat descendentes, quorum appellatione veniunt omnes in infinitum *Iac. de Belouisu in auth. de relict. fideicom. & Alex. cons. 56. lib.* 1. nam in casu nostro non transcendunt quartam generationem de iure ciuili, secundum *text. in dicta authent. de restitut. fideicommiss.*, ita *Nellus de S. Hieminiano in tract. de Bannitis prima par. primi temporis num. 8.* & sic Bononiæ *Iac. de Belouiju* reprobata opinione fuit tentum per *Ioan. Crotum*, qui exinde magnam consecutus fuit laudem, vt refert *Barthol. Romuleus in tract. de Testatorum præceptis nu. 175. ad 183.* & de communi *Petra de fideicom. q. 5. nu. 16.* dato etiam, quod concessio esset facta omnibus descendentibus *Cephal. cons. 268. nu. 25.* qui plures allegat, ex quo maximè infinitas regulariter est euitanda.

Hodieq; alij fumantes conqueruntur, nam ipsi prætensi exempti negant concurrere ad vias reaptandas, & si in hoc extet reuocatio particularis per Reuerendiss. Gorium Vicelegatum in statuto fori aquarum fol. 55. sub die 6. Martij anni 1525.

Nec ipsi prætensi exempti possunt allegare se esse in possessione, & iam præscripserint, nam vltra Bullam Clementis Octaui, exemptionum reuocatoriam quattuor requiruntur ad præscribendum.

Primò, quod fuerint requisiti ad soluendum. Secundò, quod requisitioni contradixerint. Tertiò, quod bona interuenerit fides. Quartò, quod interuenerit scientia, & patientia Ciuitatis, vt post alios dicit *Tusch. lit. P. concl. 536. & 584.*

Sextò, prinilegium DD. super taxis est personalissimum, ibi enim non legitur mentio hæredum, nec descendentium, adeout personalissimum cum personis extinguatur *l. 1. §. personis ff. de iure immunitatis*, ibi, *personis data immunitates hæredibus non relinquuntur, l. priuilegia ff. de reg. iuris*, & sic non includi præter nominatos, dixit *Festasius in tract. de collectis 3. parte cap. 7. nu. 44.* quem approbat *Rimin. iun. cons. 489. nu. 12.*

Septimò, talis concessio est conditionalis, dummodo ipsi Machianelli, Panzachij, & Chirlichini non exerceant operas mechanicas, & manuales: mechanica enim dicitur ea, quæ non est liberalis, vt exemplificatur in pellipellario fabro, etiam murario, & similibus, dixit *glosa in §. quod autem in auth. de non alienandis, aut permutandis rebus Ecclesiasticis*, notat etiam *Bald. in l. vnica C. de monopolijs, & de conuentu negotiatorum illicito nu. 2.*

Octauò, non possunt nominari Ciues, nec de Comitatu nobiles, ij, qui cōtinuè Comitatum habitant, etiam in Castellis, absq; eo, quod aliquando practicent, & Ciuitatem habitent *Bart. in l. conflictuntur §. Codicilli nu. 3. ff. de iure codicillorum, &*

Monter.

Monter. ad Stat. nostrum in rub. de contract. cum minoribus, & filijs fam. §. de his minoribus in verbo morantur.

Et ex his credo firmiter dd. prætensas exemptiones esse extinctas, & hodie nullius esse roboris, adita etiam Bulla prædicta fœlicis record. Clementis VIII. omnium exemptionum reuocatoria 15. Augusti 1592. Saluo tamen &c.

CONTROVERSIA CXLV.

Pro Illustriss. Camera Bonon. cum Excellentiss. D. Daniele Carmenio.

SVMMARIVM.

Recedens à Ciuitate, vbi quis natus est cum maiori parte fortunarum suarum, amittit ciuilitatem, nu. 1.

Habitans in aliqua Ciuitate per decennium, præsumitur habuisse animum ibi habitandi, nu. 2.

Licet Ciuilitas origine contracta sit immutabilis, id non procedit quo ad ius, & effectum resultãtem ex dicta Ciuilitate, nu. 3.

Deserens Ciuitatem non venit appellatione Ciuis, sed pro forense habetur, nu. 5.

Adsit Deus, & Virgo.

NOn videtur posse declarari Excellentiss. D. Danielem Carmenium de iure esse admittendum tanquam Ciuem origine propria, & paterna ad honores, & officia veris Ciuibus Bonon. dari solita, eo quia ex testibus examinatis apparet Patrem natũ in Ciuit. Ciuidalis Beluni, & per multos annos Bonon. habitasse, sed redijsse ad d. Ciuit. Ciuidalis, ibiq; d. D. Danielem ortum esse, & Patrem postea cum eo reuersum esse ad hanc Ciuitatem. Nam etiam suppositã natiuitate ciusdem Patris in Ciuitate Bonon. fuit postea tanquã Ciuis in d. Ciuitate Beluni acceptus, & ibi officia Ciuidalensibus debita consecutus est, per triginta tres annos ibi habitando, & idcircò non Ciuis Bononiensis, sed Ciuidalensis verè est appellãdus, eo magis cum d. Ciuitas Ciuidalensis sit sub alio Principe, ibique vxorem duxit merces suas, & nedum maiorem, sed & omnem partem fortunarum suarum retinuit, prout doctissimè etiam in fortioribus terminis dixit *Afflict. decis. 384. per totam*, vbi multas rationes adducit, & ibi ex *Bud. Grammat. in additione*, subiunxit, quod si quis habitauit per decennium in aliqua Ciuitate, præsumitur ibi habere animum continuè habitandi, & melius *Vrsil. nu. 3. & seq.* declarans excludi animum redeundi ad Ciuitatem, ex qua recessit *Hended.* qui plures allegat *in cons. 5. lib. 1. num. 27. & 28.* & quod ita præsumatur dixit *Innocent. in c. 3. de renunciat. Bart. in l. assumptio §. Iurisprudentibus in fine ff. ad municip.* etiam quod origo dicatur immutabilis *per text. in l. origine C. ad municipalem, & ae incolis lib. 10.* respectu gaudentiæ,

dentiæ,& fruitionis Ciuilitatis,sed dicitur deperdita,seu saltem mutata ad præiuditium eiusdem originarij Ciuis, *Honded. d. conf. 5. nu 43.* & ibi *Eugen. num. 66. & seq.* in additione subiungens,quod licet Ciuilitas origine contracta immutari,
3 & perdi nequeat pro prima voluntate, & expressa renunciatione,cum in suis naturalibus mutãdis nostra voluntas nihil operetur, ex quo factum pro infecto haberi non potest, secus tamen esse quoad Ius, & effectum resultantem ex Iure,Ciuilitateq; ipsa naturali, quia tolli, & mutari potest ex recessu, & desertione Ciuitatis, vt in terminis dixit *Majcard. concl. 1141. nu. 4.* dicens,quod Ciuis, quirecessit, & ad aliam Vrbem se contulit, & tractu temporis patrias sedes receptare voluit, non gaudebit priuilegio Ciuilitatis, *Surd. in tract. de alimentis tit. 9. quæst. 27. nu. 20. & 22. Carpan. ad Stat. Mediolani cap. 218. nu 89. tom. 2.* talis igitur desc-
4 rens Ciuitatem non venit appellatione Ciuis, *Franc. Niccon. in repet. c. quantam contra nu. 360. de probat. Io. Petrus Bitius conf. 49. num. 27. & seq. lib. 1.* & Originarius, qui non habitat,nec onera sustinet pro forensi habetur, *Surd. conf. 174. n. 15. lib. 2.* Possent tamen Illustrissimi DD. Senatores, stantibus meritis, & doctrina d. D.Danielis ex gratia eidem concedere Ciuilitatem, si tamen sibi placeret, sed non de Iure.

CONTROVERSIA CXLVI.

Pro ead. Illustriss. Camera Bonon. cum Montistis.

SVMMARIVM.

SI moneta fuerit æstimata, augmentum, nec diminutio attenditur, nu. 1.

Augmentum monetæ non datur absque mora, nu. 2.

Nec debetur, quando debitor granatur interesse, nu. 3.

Si solutio fiat ad certam rationem, præscribitur,nec augmentũ debetur. n. 4.

Augmentum nõ debetur ex tributo,collecta, aut alia impositione, nu. 5.

Non datur nisi in dote,mutuo testamento, & venditione, nu. 6.

Mutatio monetæ, quæ breui tempore durat, non habetur in consideratione, nu. 7.

Pretium scuti aurei hodiernum est potius affectionis,quam veri valoris, nu. 8.

Restitutio in integrum conceditur ex capite ignorantiæ animi de numerositate, nu. 9.

Adsit Deus, & Virgo.

NON crederem in casu mihi proposito deberi augmentum Scuti auri Montistis.
1 Nam primò, in exactione Montium Scutum fuit æstimatum ad rationem lib. quattuor pro quolibet Scuto;quo casu minimè potest opponi de augmento, seu de diminutione, *Sala ad Constitutiones Pedemontanas in tit. de pactis inter emptorem, & venditorem, glos. unica nu. 75. & 76. Surd.*

Surd. cons. 438. *nu.* 9. dicens formalia verba, Vbi pecunia fuit æstimata, non curamus, quod sequatur augmentum, vel diminutio, quia tunc monetæ mutatio non prodest, neque obest.

Secundò, Augmentum sine mora non conceditur, sed in casu nostro non potest in-
2 teruenire, quia terminis præstitutis fiunt solutiones, *Romanus in l. cum quid ff. si certum petatur nu.* 19. *Gabriel de solutionibus, & liberationibus concl.* 1. *num.* 5.

Tertiò, non debetur, quando soluitur interesse, ne debitor duplici onere grauetur,
3 & augmento, & interesse pecuniæ ex originali consideratione antiqui Doctoris *Pilei* inter quæstiones suas *quæst.* 35. qui sic asserunt fuisse decisum per Papam, cumque refert *Thesaur. decis.* 174. *nu.* 2. *& Thesaurus* eius filius *in tract. de augmento monetæ par.* 2. *nu.* 51. *Purpurat. in eadem l. cum quid nu.* 68. *ff. si certum petat.*

Quartò est aduertendum, quod dicti Montistæ per multum tempus receperunt scu-
4 tum aureum ad similem metam, adeout obstet præscriptio, nec augmentum debeatur *c. olim causam ext. de censibus, & ibi glos. Abb.* & alij relati à *Gabriel. d. concl.* 1. *de solutionibus, & liberationibus nu.* 25.

Quintò, nec deberi augmentum ex tributo, collecta, aut alia impositione facta à
5 Principe, vt in casu nostro dixit idem *Roman. in d. l. cum quid nu.* 21. *per textum in l. vnica C. de argenti pretio, quod Thesauris infertur lib.* 10 quem singularem affirmauit.

Sextò, augmentum non procedit nisi in mutuo, dote, testamento, & contractu ven-
6 ditionis *Couar. de numismate* §. *vnico nu.* 3. *vol.* 1.

Septimò, mutatio monetæ, quæ breui tempore durat, non habetur in considera-
7 tione, vt aduertit *Couar. in a.* §. *vnico vers. sexta est conclusio.*

Octauò, pretium hodiernum scuti aurei est potius affectionis, quam veri valoris,
8 cum omnibus sit desiderabile *Brun. de monetis præsupposito 2. nu.* 2. & 3. Excellentiss. *D. Ambrosius Lutus* Bonon. Rotæ Auditor *in decisione* in causa de taxis 14. Decembris 1627. nu. 35. & 36. vbi plures allegat.

Et idcirco crederem posse dici de iniustitia sententiæ contra Illustriss. Cameram latæ, & in omnem euentum competere ei restitutionem in integrum, etiam ex capite ignorantiæ vnius ex Illustriss. Senatoribus *Bertazol. ad* facietatem *cons.* 41. *ciuili lib.* 1. Et hæc saluo &c.

CONTROVERSIA CXLVII.

Pro eadem Illustriss. Camera Bonon. cum Excell. D. Salustio Bartolo.

SVMMARIVM.

SIndicatus est de iure diuino, nu. 1.
Et procedit etiam de iure communi, nu. 2.
Item & de iure municipali, nu. 3.
Sindicandus, personaliter debet comparere coram Sindicatoribus, nu. 4.
Nec currere potest tempus sindicatus, nisi à die personalis præsentationis, nu. 10.
Et debet manere in Ciuitate, in qua ius dixit per quinquaginta dies, nu. 5.
Eo magis si fuerit Iudex criminalis, nu. 8.
Nec ei prodest licentia recedendi à Superio-

periore obtenta, nu. 6.

Reprobatur quidam Vicarius Henrici Imperatoris, qui ad aufugiēdum sindicatum procurauit literas ab Imperatore, vt statim ad eum accederet, nu. 7.

Iudex etiam debet sindicari de gestis per suam familiam, nu. 9.

Dolus probatur eo ipso, quod constet de aliqua iniustitia, nu. 11.

Adsit Deus, & Virgo.

Nil salubrius est Populis pro manutentione Iustitiæ, quam vt Iudices in fine officij sindicatui se subijciant, quod & de iure diuino statutum est ex *libro Regum cap. 11. nu. 2. & 3.* ibi n. *Samuel* clamabat *Loquimini de me coram Domino, & coram Christo eius, vtrum bouem cuiusquam tulerim, aut asinum, si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem.* Habetur etiam in *Euangelio Lucæ cap. 16.* ibi, *Redde rationem vilicationis tuæ,* & ipsemet *Deus apud Ioānem* dixit, *Quis ex vobis arguet me de peccato.* 1

Et de iure communi est *textus in l. vnica C. vt omnes Iudices tam ciuiles, quam militares,* ita *gloſa in l. 2. C. de cohortalibus, & Principibus corniculariis, & primipilariis lib. 12.* facit etiam *textus in l. 1. & 2. C. vbi de ratiocinijs tam publicis, quam priuatis agi oportet, Paris. de Puteo de sindicatu in princ. tract. in verbo sindicatui,* subiungens, conueniens esse, vt quod in officio Iudex comedit, in sindicatu digerat. 2

Et id procedit de iure municipali ex *Statuto* registrato in Constitutionibus Rotę, loquens de quolibet Iudice. 3

Et idcircò crederem Excell. D. Salustium Bartolum alias Turroni sub Auditorem non posse absolui, nisi coram Illustriss. DD. Sindicatoribus se præsentet corporali præsentia, vt disponitur in eadem *l. vnica C. vt omnes Iudices tam ciuiles, quam militares,* per quam disponitur, quod omnes Iudices post depositum officium debeant manere personaliter in Ciuitatibus, in quibus ius dixerunt per 50. dies, & *ibi* id affirmant *Odofred. Albericus, Bart. Fulgos. & Iason,* & ante eos id adnotauit *Azo in eius summa sub eodem tit. Amodeus Castellus in tract. de sindicatu in responsione officialium nu. 12. idem Paride de Puteo in d. tract. de sindicatu §. Viso de modo procedendi, & qualiter officialis deposito officio se habeat nu. 4.* 4 5

Nec operatur licētia Eminentiss. Legati, vt à Ciuitate recedere posset, cum finitum esset officium, quæ si deberet attendi tolleretur sindicatus, vt in *d. vnica,* ibi, *nec vllam vltra præfinitum tempus de prouincia discedendi excusationem tribuat,* & alia plura, quæ sequuntur, & ibi *Albericus* vilipendit Vicarium Imperatoris Henrici, eo quod ad aufugendum sindicatum finito officio, procurauit ab eodem Imperatore literas, vt ad eum accederēt, dicens Imperatorem id facere non debuisse, & ideò magis est decernendum, cum fuerit assessor in causis criminalibus, vt adnotauit *Ioſon in d. l. vnica nu. 5.* ibi, quod si intra quinquaginta dies, intra quos Officialis debet stare in sindicatu, non fit finitus sindicatus, potest recedere, si dimittat Procuratorem in ciuilibus, secus in criminalibus, quoniam tunc semper debet adesse personaliter, & non solum D. Bartolus per se ipsum debet stare sindicatui, sed & pro Elaxio eius particulari Notario, & alijs sibi inseruientibus *Bald. in tract. de sindicatu officialium nu. 8. Bisan praxis in tit. de officialibus corruptis pecunia nu. 20. Vigel. post plures textus in par. 1 ff. de officijs Magistratuum cap. 21. in pen. col.* 6 7 8 9

Nec poterit ex prædictis dici finitum tempus ad probandum, cum non inchoet, nisi

à die

10 à die personalis comparitionis, vt omnes affirmant in eadem *l. vnica C. vt omnes Iudices.* &c.

Nec dicatur ex statuto nostro Iudicem non teneri, nisi de dolo, & barataria, vt in Constitutionibus Rotalibus nu. 420. etsi addatur & fraus, quæ per coniecturas potest probari *Mascard. concl.* 815. *nu.* 16. *& seq.*

Nam si probaretur, quod non credit, iniustitia aliqua diceretur in dolo *l. filius familias ff. de iudicijs*, idem *Mascard. concl.* 533. *nu.* 4.
11

CONTROVERSIA CXLVIII.

Pro Datiarijs Salis, & inseruientibus in Salario.

SVMMARIVM.

DAtiarij exigentes vltra debitum, sunt puniendi, nu. 1. vel saltem tenentur crimine stellionatus, nu. 5.

Et tenentur pro familia, num. 2. fallit, nu. 24.

Factum ob timorem nõ sustinetur, n. 3.

Necessitas sibi facit licitum id, quod non est, nu. 4.

Quando agitur de vectigalibus, omnis interpretatio est facienda contra publicanos, nu. 6.

Nullibi legitur prohibita donatio à sponte dante, nu. 7. & 11.

Iudex non potest procedere non constito de delicto, nu. 8.

Etiam quod dolo, & scelere commissum fuerit, nu. 9.

Vnicus testis non probat, nu. 10.

Confessio qualificata in totum est acceptanda, vel reijcienda, nu. 12.

Maximè si sit facta à persona approbata, nu. 13.

Omnis interpretatio est capienda, vt delictum excludatur, num. 14. etiam verba impropriando, nu. 22.

Cogitationis pœnam nemo patitur, n. 15.

Animus soli Deo est notus, nu. 16.

Et id procedit tam in ciuilibus, quam in criminalibus, extante etiam præsumptione in contrarium, nu. 17.

Animus semper præsumitur magis directus ad licitum, quam ad illicitum, nu. 18.

Ad hoc, vt extorsio adsit punibilis, tria requiruntur, nu. 19.

Testes singulares non faciunt indicium, nu. 20.

Non sufficit Notarium dicere testes iurasse, dum non adijcitur corporaliter tactis scripturis, nu. 21.

In dubio reus est absoluendus, nu. 23.

Metus non consideratur non probata violentia, nu. 25.

Mandatum Domini sue familiæ non tribuit ius fisco agendi, maximè cessante dolo, nu. 26. & 31.

Est enim quasi impossibile, & cõtra naturam, vt quis sibi donatum non acceptet, nu. 27.

Præceptum contra ius nõ valet, n. 28.

Pœna imposita non extenditur, quando agitur de genere permissorum, n. 29.

Præceptum nudum absque expressione causæ, & cominatione pœnæ, non tenet, nu. 30.

Crimen stellionatus declaratur, nu. 31.

Non

Non exemplis, sed legibus est iudicandum, nu. 32.

Ea, quæ in animo consistunt iuramento probantur, nu. 33.

Adsit Deus, & Virgo.

LEgitur in foro Illustriss. DD. Tribunorum Plebis, & MM. DD. Massariorum Artium per Io. Dominicum porrecta querela contra Mag. D. Petrum Mariam, & alios Salis Datiarios, Michaelem, & alios in Salis venditione, & ponderatione inseruientes eo sub prætextu, quod dantes, & d. Salem ponderantes sibi solui fecerint à Salis emptoribus vnum, & aliquando quadrantes duos pro quolibet quartirolo vltra metam, & Salis pretium præstitutum, vt in querela prædicta, & pro verificatione induxit in testem Dominicum Marcum, qui examinatus dixit: *Questa mattina hò comprato vn quartirolo di Sale nero al Salario, & gli hò dato noue bolognini, & vn quattrino, & per hauerne del più bello è bisognato, che io gli dij vn quattrino, come così gli hò dato, che l'hà gettato là da vna cassetta, che è dietro al muro.* Constitutoque d. Michaele dicente Salem esse eiusdem qualitatis, sed nigrũ esse quasi in parte, pulchriorẽ, & magis siccũ: Interrogatoq; an illi, qui meliorem Salem cupiunt sibi aliquid dent vltra pretium, respondit ipse, *Noi non gli dimandiamo cosa alcuna, sono loro, che ci buttano li vn quattrino, e duoi, senza che noi gli dimandiamo*, & confessus est illo mane fuisse sibi datos septem quatrenos, & exhibuit alios 32. in hebdomada habitos, dicẽs, *noi venditori poi li partiamo tra noi*, & alio die fuit examinatus Ludouicus de Mõte Bellio, qui interrogatus dixit, *Io hò comprato poco fà quartirolo duoi di Sale negro, & datoli diciotto bolognini, & duoi quattrini, & mi hanno dato duoi ferlini, & poi sono andato da quello, che l'appesa, & lo dà, & gli hò detto, che me ne dij duoi quartiroli di quello del cantone, che non ne vorrei di quello del mastello, & vi hò dato tre quattrini, acciò me lo dia, che così ogni volta, che lo piglio vi dò qualche cosa per hauerne di quello tengono in quel cantone; & sò, che quando non vi dò qualche cosa, non ne vogliono dare, anzi vna volta volena gli dasse quattro quattrini, ma non vi hò mai dato più di tre quattrini*, facta; confrontatione inter eum, & Baptistam alterum in Salario inseruientem, Baptista non negauit Salem dedisse dicto Ludouico, sed dixit nihil ab eo recepisse, sed dictus Ludouicus perstitit in suo dicto, subiungens, *Quando io vado al Salario, & che voglio del Sale nero più bello, che è in vn cantone, io gli dò tre quattrini & quando non gli dono li tre quattrini, mi danno di quello del mastello, & questa mattina ve ne sono stati quelli belli pochi, che vi n'hanno dato, mentre io vi ero, anzi che delle volte mi è stato rispotto, che quelli, che stanno lì à vendere il Sale ne vogliono quattro, ma io non vi hò mai dato altro*, vnde ex DD. iussu fuit trium quatrenorum facta restitutio, citra semper præiudicium partium, & idem Baptista carceratus, & deinde sub fideiussione de se præsentando relaxatus, ex post pariter fuit constitutus Lucas pariter in Salario inseruiens, & interrogatus sustinuit nullam esse differentiam inter Salem detentum in angulo, & illum retentum in mastello, & negauit aliquid recepisse ab emptoribus, dicens, *Non si può fare in conscienza, che non voglio quello di nessuno, solo piglio il mio salario*, nec aliquem ex socijs recepisse vidit, & licet Michaelis depositio sibi lecta esset in suo dicto stetit; item & Baptista pariter, & vltimo loco constitutus, interrogatus dixit, *Li Patroni ci hanno ordinato, che non pigliamo cosa alcuna di donatiuo, ne in altro modo, il Sale, che si tiene in mastello, & in terra è della istessa sorte, ma così si tiene per rispetto, che alcune volte vi è la furia, per la commodità, ma è l'istesso*, & licet


image
not
available

nulla lex Diuina, seu humana quempiã vnius testimonio iusti ficat, vel condemnat *c. admonere 33. q. 2. Farinac. post plures in praxi quæst. 63. nu. 1. & 2. vers. & habetur.* Tota igitur difficultas videtur residere contra Michaelem, qui fassus est recepisse septẽ quatrenos, & exhibuit alios triginta duos in hebdomada tunc tẽporis habitos, vt dixit, inter eõs in Salario inseruientes diuidendos, qui & ipse defendi põt,
11 quia non apparet illos petijsse, & vt dixi nullibi prohibetur, quin à sponte dante
12 recipere non potuerit, *tex. est in l. nec ambigo, & in l. portionem C. de donat.* talisq; confessio ab eo facta cum sua qualitate est accepranda, vel in totũ reijcienda *Amat.*
13 *decis. Marchiæ 82. nu. 3.* Et eo magis, quia ipse, & alij inseruientes sunt personæ ab Illustris. Regimine approbatæ, vt in processu constat, ad notata per *Bart. in l. Aurelius §. idem quasiy: ff. de liberat. legata*, omnisq; præsumptio semper est capien-
14 da, per quam delictum excludatur *d. merito ff. pro socio Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 1. Mascard. concl. 367. nu. 18.* Imò supposita differentia Salis, & quod ipse reponendo magis siccum in angulo cogitasset intra se, si de hoc dedero mihi ali-
15 quid emptores dabunt, nihilominus in foro exteriori talis cogitationis, & alterius cuiusCumq; nemo pœnam pati debet *l. cogitationis ff. de pœnis*, vbi *Vulpianus* sic scripsit, *cogitationis pœnam nemo patitur*, & ibi aduertũt *scribentes*, & per testes direc-
16 tè probari non potest id, quod in animo constat, cum soli Deo notum sit *glos. in c. de occidendis 23. q. 5. l. 2. ff. de interrogat. action. Farinac. cons. 1. nu. 2. & cons. 60. nu.*
17 *105. & seq. lib. 1.* dicens id procedere tam in ciuilibus, quam in criminalibus, etiã quod extet aliqua præsumptio in contrarium, & animus agentis semper præsu-
18 mitur magis directus ad licitum, quam ad illicitum, & delictum *Farinac. cons. 55. nu. 85. lib. 1.* qui alios plures dat concordantes.

Et quando etiam extorsio diceretur ad hoc, vt punibilis sit, tria requirũtur, primò,
19 quod interuenerit in ea dolus, & fraus *c. statutum §. pœna de rescript. in 6.* Secundò, quod vis, & metus pariter interuenerit *Clement. 2. §. sanè de pœnis.* Tertiò, quod illud, quod extorquetur sit illicitum, & in iure prohibitum *l. licitatio §. quod illicitè ff. de public. & vectig. Farinac. cons. 13. nu. 1.* Hic autem nec dolus, nec fraus, nec vis, nec metus interuenerunt, & quod in donatione spontanea recipitur non est illicitum, ergo &c.

Non etiam omittendum est, quod testes examinati sunt singulares in tempore, quo
20 casu nec probationem, nec indicium faciunt, secundum communem, de qua alijs relatis testantur *Ant. Gomez. var. resol. tom. 3. tit. de probat. d. lectorum nu. 10. vers. item adde, Clarus in praxi §. fin. q. 53. vers. dixi etiam*, & idem *Farinac. cons. 78. nu. 11 eod. lib.*

Secundò, ijdem testes non iurarunt manibus tactis scripturis, vel saltem in processu
21 non legitur, nec sufficit Notarium dicere testem iurasse, dum non adijcitur corporaliter tactis scripturis *l. iuris iurandi C. de testibus*, & ibi *Castr. nu. 3.* dixit Notarios debere esse cautos conficere particularem scripturam de iuramento, cum appositione dici *Farinac. in tract. de testibus q. 74. nu. 73. & plur. seq. vbi plures* refert. In
22 dubio igitur semper præsumitur pro non delicto, etiam verba impropriando *glos. in c. ne quis arbitretur* in *glos. 1. ad fin. 22. q. 2. Marsil. cons. 2. nu. 9* & in *rub. de fidei iussoribus nu. 63.* Eminentiss. Merlinus in *decis. 88.* & ibi *Add.* post eumdem *Farinac. d.*
23 *pri. libro cons.* probationesq; debent adeò esse certè, vt non possit contrarium probabiliter suaderi, idem *Bossi. in tit. de constitu. nu. 13.* in dubio pariter reus est absoluendus, nam sanctius est nocentes etiam absoluere, quam innocentes condemnare *l. absentem ff. de pœnis, & ibi DD.*

Nec videntur oppositæ attendi debere, nedum ex prædictis, sed quia etiã alio modo
24 responderi potest. Ad primum enim dicitur Dominum non teneri pro famulo,

quo-

quotiescunq; illum exhibet, ita post plures *Bos. in tit. de furtis num. 55. & 56.* item quando criminaliter agitur, vt post multos adnotauit *Gratian. in discept. forensibus cap. 625. nu. 16.*

Ad secundum de metu dicitur non considerari posse, non probata violentia, immo
25 nec petitione, vt sibi pecuniæ darentur ad *Tusch. in verbo metus conl. 225. per totam*, & illud verbum, *è bisegnato*, interpretatur pro conuenienti *Alber. post Archid. in dictionario, in verbo necesse.*

Ad tertium dicitur nihil operari mandatum Domini, ne aliquid etiam donationis
26 titulo dd. ponderatores reciperent, quia etiam lex, & statutum pœnam imponens locum non habet dolo non interueniente, *ita Lentulus Capellus ad Farinac. conf. 60. nu. 49. d. l. 1.* secundo præceptum, cuius executio est impossibilis non tenet *Bal. in*
27 *l. si decesserit ff. quis satisd. cogantur Paris. de sindicatu in §. quæ sæpè nu. 12.* quasi impossibile, & contra naturam, imo ius diuinũ est, vt quis munera à sponte dante non
28 recipiat, & cum sit contra ius nõ attendi debere dixit *ibi nu. 10. Paris.* imo quando
29 aliquid fieri prohibetur, & imponitur pœna, dum prohibitum est de genere permissorum non extenditur, nisi ad eos, qui scienter, & dolosè faciunt *l. in rem §. lignum ff. de res vendic. Bart. plenè tul. 1. ff. si quis test. liber. esse iussus fuerit*, & alios adducit *Steph. de Federicis de interpret. iuris 2. p. principali nu. 40.* tertiò præceptum, seu
30 monitio per Dominum facta seruo, non tribuit ius fisco, sed ipsemet potest eum expellendo punire, & cum sit nudum absq; expressione causæ, & cominatione pœnæ non parit actionem
31 *Paris. de Puteo loco superius allegato.*

Ad quartum de alteratione pretij, & quod intret crimen stellionatus. Respondetur
32 satis ex superius dictis constare de non alteratione pretij, maximè cum dentur ferlini pro pretio debito, stellionatus enim dicitur à stellione animali sic vocato, quia totus est stellatus, & dolo plenus, datur etiam exemplum in scorpione, quoniam brachijs eleuatis tibi amplexando blanditur, & cum cauda secretè te pungit, vt refert *Salicet. in rub. C. de crimine stellionatus nu. 1.* tales enim qualitates hic non occurrerunt, ergo vanum est, & sine dolo nõ comitti dixit *text. in l. 3. ff. eod. & ibi DD.*

Allegabatur etiam, quod de anno 1643. fuerunt tunc temporis sub alijs Datiarijs condemnati similes venditores, sed primò respondetur posse, videtur exemplis non
33 esse iudicandum, sed legibus *DD. in l. 3. C. de legibus, & in l. 1. ff. de const. Principum, Farinac. conf. 60. num. 22. lib. 1.* secundò in casu prædicto constabat, quod non solum fuerat facta petitio, sed quod solutis quadrantibus quattuor dd. ponderantes voluerunt sibi solui sex, ita tunc testes affirmabant, nempè Franciscus Gulinellus de Vetrana, & alij, & ipsi querelati fatentur.

Cum ergo prædicta prętendantur præcessisse ex animo d. Michaelis reponentis falem magis siccum in angulo Salarij, vt dd. quatrenos extorqueret, sat ei fuit asserere
34 cum iuramento contrarium, eo quod ea, quæ consistunt in animo alicuius probantur assertione sua cum iuramento, cum aliter probari non possint *glos. in §. alia inst. de act.* quam refert, & sequitur *Ancar. conf. 158. in fine*, alijq; plures allegantur à *Marsil. conf. 96. nu. 8.*

CONTROVERSIA CXLIX.

Pro Societate S. Rochi de Mutina cum Carolo Antonio asserto de N.

SVMMARIVM.

Filiatio debet esse certa, ad effectum, vt prouideatur de alimentis, nu. 1. & 3.

Infans, seu lactans minor triennio, debet ali à matre, nu. 2. 11. & 16.

Fides baptismatis nō probat filiationem, nu. 4.

Nec memoria filiationis in domo reperta, nisi sit scripta manu Patris, nu. 5.

Testi contraria dicenti non est credendū, nu. 6.

Obstetrici non creditur, nisi de his, quæ spectant ad artem suam, nu. 7.

Testis ab alio instructus præsumitur subornatus, nu. 8.

Filiatio non probatur per alimentorum præstationem, nu. 9.

Nec per nominationem, nu. 10.

Dum non agitur de iusta, & legitima filiatione, nu. 13.

Quasi possessio filiationis nō est potens ad obtinendū in iudicio petitorio, nu. 11.

Filiatio nō potest dici probata, dum quis est vulgo conceptus, nu. 12.

Mater semper est certa, nu. 14.

Alimenta non debētur nato ex incestuosis, vel nefarijs nuptijs, nu. 15.

Confraternitas habens Altare, & alia ad vsum Ecclesiæ, debet conuenīri coram Ecclesiastico, nu. 17.

Adsit Deus, & Virgo.

ILlustris D. Mutinæ Prætor, cui nihil constabat de filiatione Caroli Antonij Infantis, suppositi ex olim Io. Antonio N. non poterat condemnare Hæredes d. Io. Antonij ad alimentorum præstationem, cum non debeat esse in cuiusuis potestate asserere tam per se, quam per alios se filium esse, puta Titij, vt ab eo alimenta extorqueat, *textus* est clarus in *l. si quis à liberis* § *si vel parens*, ibi, *cæterum si non constiterit, nec decernent alimenta ff. de lib. agnoscendis*, & ibi aduertunt *Corduba* 1
num. 35. & cæteri scribentes. Secundò, alimentarius est lactans, & minor triennio, 2
& ad Matrem spectat alere, & lactare *Bart. in tract. de alimentis num. 13. Pontan. peculiter de alimentis c. 8. num. 1. & 2.* & post plures *Surd.* etiam *de alimentis tit. 1. quæst. 14. nu. 1.* & eò magis, quia non legitur factum decretum per modum prouisionis, donec de filiatione probetur, sed illa absolutè supposita, & si magis exacta pro- 3
batio requiratur, dum hæredes à dicta præstatione se liberari petunt, vt in indiuiduo dixit *Alciat. in rig. 3. præsumpt. 38. nu. 7.* & post *Alberic. Bald. Angel. & Salicet. in l. non ignorat C. qui accusare non poss.* & alios plures tenuit *Conar. de matrim. 2. par. cap. 8. §. 3. nu. 5.* vbi de magis communi affirmat *Majcard. decis. 289. par. 1. in recent. nu. 1* & si in alio processu coram Illustris. Mutinæ Consilio expost fuerit producta fides Baptismatis, vbi nomine Patris Io. Antonij prædicti fuit baptizatus, dicitur dictam fidem non probare filiationem *Socin. cons. 99. nu. 13. vers. secundo quia lib. 3. Rota decis. 33. de probat. in antiquis Coccin. decis. 105. num. 14.* & hoc, quia talis 4
descriptio potest procurari ab extraneo, & d. Io. Antonio ignoto cad. *Rota decis.*

289. nu. 3. p. 1. *in recent.* imò in fortioribus terminis, & si memoria filiationis in
5 Domo Patris sit facta, dum eiusdem Patris manu non est subscripta *Marcell. Calia de modo articulandi, & probandi in glos. unica* §. 2. *nu.* 179 Nec tacit expost procurata fides Ardemiæ Obstetricis, cum sibi ipsi sit contraria, dixit. n. in fide, quod mulier, ex qua Carolus Antonius natus est, per plures annos fuerat carnaliter à Io. Antonio cognita, & ex ea alios filios Ioan. Antonium habuisse per Obstetricem ex ea muliere extractos, & in recognitione dixit filios habuisse ex vna Gibba domi retenta, dicens postea, *Io non conosceuo detta Donna Madre di Carl' Antonio, ne sò che si fosse, ne sò il suo nome, ne cognome, ne hò di lei cognitione alcuna, ne de' fatti, ne delle sue qualità*, & subiunxit, *era di notte, non sò doue io fossi condata*, quare sibi non est fides
6 adhibenda *textus* est in *l. eos ff. ad l. Corneliam de falsis*, ibi, *de impudentia illius, qui diuersa duobus testimonia præbuit, cuius ita anceps fides vacillat, quin crimine falsi teneatur, nec dubitandum est*, & ibi *Bart. nu.* 4. dixit notandũ esse *Cephal. cons.* 234. *nu.* 12. *Remin. iun. cons.* 344. *nu.* 1. maximè quãdo verba, vt hic, concordiã nõ patiũtur *Capel. Tolos. decis.* 376. *Facbin. lib.* 9. *contr. Iuris c.* 85. *Farin. q.* 106. qui cum *Alex.* de cõi attestatur.

Secũdò, inuerisimilia deponit, nẽpe se ignorare Matrem, domũ, & locũ, & tamen, vt superius dictũ est, dixit in fide, quod ipsa mulier ea astante alios filios peperit, & per plures annos secum d. Io. Ant. practicam habuisse, quare de falso est suspecta *Iacobin. de S. Georgio in l. ob crimen* §. *fin. nu.* 1. *in fine, & nu.* 2. 3 *& 7. vers sicut ea, quæ non consueuerunt ff. de testib. Abb. in c. verisimile ext. de præsumpt. Decc. cons.* 684. *in fin. Bos. in tit. de opposit. contra testes n.* 94. *Farin. q.* 65. *n.* 144. & ne detegeretur falsitas Procurator petijt examinari Obstetricẽ prędictã sine interrogatorijs, minusq; est verisimile, q se duci in domo incognita permisisset ne fortè post partũ ne loqui posset esset occisa. Tertiò, Obstetrici nõ creditur, nisi de his, quę spectãt ad artem suã, nempè an
7 partus immaturus sit, an mulier sit pręgnãs, & similia *Iodoc. hin Emhirid. in vxor Medicus, & Obstetrix Mascard. concl.* 1125. per totã dicẽtes, qđ in alijs volẽs se ingerere,
8 est suspecta. Quartò, interrogata resp. fidẽ fuisse notatã à Procurat. quo casu instructa, & subornata præsumitur *Hemin. cons.* 142. *n.* 6. *Tusch. in lit. T. concl.* 221. *in princ.*
9 Nec minus filiatio probatur per alimentorum prẽstationem, cum sit actus, qui potius sonat in causam pietatis, quam filiationis, & hoc, quia etiam alijs, quam filijs aliquando alimenta prẽstantur *Abb. in c. transmissa ext. qui filij sint legit. Menoch. de arbit. Iud. casu* 89. *nu.* 76. *Mascard concl.* 789. *nu.* 37.

Et idem dicitur de nominatione, quia magis communiter fit blandiẽdi causa, quam
10 indicandi, & probandi, quem esse filiũ, vt affirmat *Mascard. concl. seq. nu.* 32. minusq; probat quasi possessionem filiationis *Asin. polt plures in praxi iudic. ad stat. 2 seu Addit. praxis cautæ Ticini* 1598. *in rub. de modo probandi mortem, filiationem, & Tabellionatum*, nec ex ea resultare præsumptionem dixit nouissimè *Gratian. in discept. c.* 562. *nu.* 24. *per tex. in l. nemo* §. 1. *ff. de hæred. instit.* & sic prędicta nõ esse sufficientia ad obtinen.
11 in decisorijs petitorij iudicij dixit *Rota cad. decis.* 289. *nu.* 5. *p.* 1. *tom. rec.* & eo magis, cum filius sit vulgo cõceptus, & impossibilis sit probatio proprietatis, & subsẽtiæ
12 *Marescot. qui plures allegat lib.* 3. *var. resol. c.* 18. *nu.* 26. dicẽs proprietatis possessionem differre à quasi possessionis probatione, nam prætẽsus Pater facillimè põt decipi.

Nec facit educatio, & tractatus, nec ex eis sumitur coniectura, dum non agitur de iusta, & legitima filiatione, sed illicita *Angel. cons.* 181. *col.* 2. *Barbat. cons.* 27. *vers. & ex istis lib.* 2. *Paris. cons.* 10. *n.* 7. *lib.* 2. nec posse obesse hæredibus, qui nominationi, educationi, & tractatui non consenserunt, post alios dixit *Gratian. d. c.* 562. *nu.* 78. & cũ testes sint singulares, in hoc non admittuntur, cum debeant esse valde digni, & verisimilia deponentes, vt *Grattian. ibi nu.* 24.

Omnes etiam ex aduerso coniecturæ, & præsumptiones elisæ remanent, nam primo

14 nõ legitur certa Mater. & si certa semper sit *l. quia semper ff. de in ius vocan.* & potest
15 esse, quod ex incestu Caroli us Ant. natus sit, quo casu alimenta non debentur *Capec. decis. 164. nu. 4.* prout si ex nepharios coitu *Pontan. in d. tract. de alimentis cap. 2. n. 10* Secũdò cõtrarietas obstetricis superius annotata. Tertiò qualitas testiũ, qui
16 talẽ adinuenerunt fabulam, vt alterius eorũ filius expensis dd. hereditatis aleretur, facit ẽt, quia filiatio nõ præsumitur, nisi probetur *Angel. in l. liberorũ ff. de his qui not. infam. Surd. cons. 552. nu. 17.* Debet igitur amoueri omnis via ne fraudes cõmittantur, esset. n. in posse simiiũ viliũ personarũ, vt mihi supponitur, istos testes inuicem se concordari, & suppositum falsum sustinere, mortuo eo, qui Pater assereretur. Et quia vt audio agitur cum Hom. Cõfrat. S. Rochi, crederem processum nullũ, dum Confrater miras habet Altare, & alia requisita, quia tali casu per Iudicẽ Ecclesiasticũ erat iudican. *Petr. de Vbald. in tract. de Canon. Episc. & Paroch. cap. 14. n. 21. in fin.*

CONTROVERSIA CL.

Pro Hæredibus Excell. D. Ludouici Furgæ.

SVMMARIVM.

AD perfectionem contractus emptionis tria requiruntur, nu. 1.

Alberic. verò fuit opinionis, vt sufficeret res, & pretium, nu. 2.

Commodum, & incommodũ post venditionẽ est emptoris, n. 3. declara, n. 27.

Maxinè si res vendita fuit secuta traditio, nu. 4.

In venditione & contractibus onerosis plenum ius transfertur, nu. 5.

Et dominium irreuocabiliter emptori acquiritur, nu. 6.

Quilibet præsumitur facere actum nomine proprio, nu. 7. limita, nu. 23.

In contractibus verba sunt strictè intelligenda, nu. 8.

Quod verbis non exprimitur, nec mente cogitatum præsumitur, nu. 9.

Verba in dubio præsumuntur demonstratiuè, nu. 10.

Verba demõstratiua nõ cõsiderãtur, n. 11

Et si exprimatur scitũ aureũ ad rationẽ 83. seu 85 bonez, nihilominus debetur augmentũ de tẽpore solutionis, n. 12.

Actus attribuitur ordinanti, & non exequenti, nu. 13.

Plus est ordinare, quam exequi, nu. 14.

Quod factum fuit præsumitur in vim facultates sibi concessæ, nu. 15.

Pretium debet esse certum, determinatum, & specificum, nu. 16.

Pacta sunt pretium non esse appositum, seu expressum, vel appositum esse, sed incertum, nu. 17.

Pretium non est conferendum in voluntatem emptoris, nu. 18.

In liuellis non datur caducitas, nu. 19.

Emphiteosis, & liuellus non sunt dissimiles, nu. 20.

Augmentum debet pertinere ad eum, ad quem pertinuisset diminutio, nu. 21.

Non debet esse in arbitriũ Iudicis taxare pretium, nu. 22.

Verba conuenta de affrancãdo debẽt intelligi ad favorẽ, nõ ad læsionẽ, n. 24.

Sunt enim interpretanda contra stipulatorem, nu. 25.

Dato etiã si non fuerit expressum, n. 26.

Adsit Deus, & Virgo.

ANno 1635. 31. Maij Excell. I. V. D. D. Ludouicus Furga, præcedentibus Cap. illisq; inhærendo, saluis tamen iurib. Cap. S. Barbaræ super beb. 109. pro quib. soluitur annuus liuellus sc. 159. & fol. 13. itẽ & iurib. HH. ol. III.mi D. Sigism. Gõzaghę

super

super bebulcis centum nonaginta quattuor,& tabulis 51.pro quibus soluitur annuus liuellus scutorum auri centum octuaginta trium, ac trium partium alterius scuti, pariterq; referuatis iuribus Gulielmi Landotti,ac Reuerendiss. Capituli S. Petri, quibus soluitur annuus liuellus scutorū septuaginta trium à libris sex monetæ Mantuæ pro quolibet,Consentiente etiam pro quocunq;suo iure,& interesse D. Helena Furga de Freddis, vendidit,& alienauit Mag. D. Antonio Capellario Mercatori Mantuę acquirenti pro persona nominanda alioquin pro ipso Curiam, Possessiones, prædia, & terrena Sailetti in Mantuæ territorio in Comitatu Suzarię,& pro certa parte in Comitatu Burgi Fortis bebulcarum 475.salua mensuratione facienda ad formam dd. Capitulorum, omneq; reliquum,& liberum allodium sine aliqua conditione affictus, decimæ, aut alterius oneris, seu seruitutis, pro pretio in eisdem Capitulis conuento scutorum quadraginta à libris sex monetæ Mantuanę pro qualibet bebulca,ex quo pretio conuenerunt detrahi debere capitalia dd. liuellorum, & in eiusdem pretij computū venditor relaxauit in manibus emptoris scuta bis mille, eroganda ad formam Senatoriæ ordinationis, & ad id emptor se obligauit; residuum autem totius d. pretij, detractis capitalibus dd. liuellorum commodo d. emptoris, quorum onus imposterum idem emptor in se assumpsit ad formam eorumdem Capitulorum soluere promisit d. Venditori, eo modo prout in dd. Capitulis in Instrumento regiſtratis, in quorum tertio sic exprimitur, *Il Compratore pagarà alla stipulatione dell' Instromento da farsi scudi duo milla moneta come sopra, del rimanente del prezzo dourà restare in mano del Compratore tanto capitale, quanto importa il liuello, & liuelli, che si paga in ragione di cinque per cento, il capitale de' quali liuelli restarà in mano del Compratore come sopra*; & in quarto sic exprimitur, *nel tempo auuenire sia tenuto, come si obliga il Sig. Compratore dal giorno dell' Instromento pagare detti liuelli, mentre però siano francabili, con pagare il capitale à i Patroni, ouero con obligarli altra proprietà,che così li mantiene il Sig. Venditore, li Patroni de' quali saranno deseruiti in fine de' Capitoli*, & in quinto Capitulo conuentum est residuum pretij solui debere finitis proclamatibus, & lata perpetui silentij sententia, prout secutū fuit: Verum secuta perpetui silentij sententia in affrancationibus liuellorum D. Capellarius emptor pro minori, & viliori pretio liuellos extinxit.

Et omissis nullitatibus iudiciorum,non citatis mulieribus,filiabus,& hæredibus d.D. Ludouici Furgæ, hodie disputatur, an vtilia cedant commodo emptoris,vel venditoris hæredum, & prima facie videtur iudicandū fauore D. Capellarij emptoris, eo quòd hic interueniunt ea tria requisita ad perfectionandam emptionem, nempè consensus, res,& pretiū, prout in *l. consensu ff. de act. & obligat.* § *item pretium Instit. de empt. & vendit. glosa in l. pacta conuenta in princ. ff. de contrahenda empt. Sacra Rota decis. 552. nu. 7. par. 1. in recent. & decis. 172. nu. 33. par. 6. diuers. Thesaur. decis. 233. nu. 2.* & ita post *Bal. in l. in vendentis nu. 2. vers. scias quod substantialia contractus nu. 3. & Castr. pariter nu. 3. ff. de contrahenda empt.* dixit *Mirlanens. decis. 2. nu. 22. lib. 2.* dicens *Alberic.* fuisse opinionis substantialia venditionis tantum esse res,& pretium, ex his ergo erit dicendum omne commodum, incommodum,& augmētum, seu diminutionem ad emptorem spectare S. *cum autem Instit. de empt. & vendit.* vbi *Misinger. nu. 12. Aret. in princ. Io. Fuler. num. 3. Port.* pariter in *princ. & omnes alij ibi scribentes, Cepol. de simulatis contractibus nu. 6. & seq. tex. est etiam in l. ad quod, & in l. necessario ff. de periculo,& commodo rei venditæ*, & ibi aduertunt *Odofred. in princ. Alberic. post Buttrigarium Fulgos. nu. 1. & alij, Fabian. de Monte in tract. de empt. & vend. 6. parte principali nu. 47. Menoch. cons. 26. num. 16. Roland. cons. 13. num. 71. lib. 3.* adducens

textum in l. 1. ff. eodem de periculo, & commodo rei vendita, & post *Tiraquel. Tusch. in littera S. concl. 280. nu. 5. Kopen. decis. 50. nu. 11. Gratian. in disceptt. c. 500. & c. 509. nu. 39.* eo magis cum secuta fuerit traditio *Seraphin. decis. 787. nu. 13.* generaliter
4 autem in emptione, venditione, & aliis contractibus onerosis plenum ius trãsfer-
5 tur *Bal. in l. si domus §. fin. in fine ff. de leg. 1. & ibi Cuman. & Alex. Seraphin.* qui *alios*
6 allegat *decis. 468. nu. 5.* semper igitur dominium irreuocabiliter emptori acquiritur *Rota decis. 54. nu. 5. par. 5. diuers* & sic ad emptorem pertinent ea omnia, quæ post venditionis contractum accedunt *Socin. iun. conf. 60. nu. 60. lib. 3.*

7 Secundò facit, quoniam quilibet præsumitur facere actũ nomine proprio *l. & magis ff. de solutionib.* & ibi *Bart. & cæteri Menoch. conf. 213. nu. 37. lib. 3.*

Tertiò videntur verba expressa in contractu, vt liuellorum extinctio fiat commodo emptoris.

Sed in casu nostro prædicta obstare non creditur, non enim simpliciter agitur de emptione, & venditione, sed de modo soluendi pretium mediante liuellorum extinctione his verbis, *Il resto del prezzo donrà restare in mano al Sig. Compratore tanto capitale, quanto importa il liuello, & liuelli, che si paga à ragione di cinque per cento,*
8 quæ verba nulli dubium est, quod sunt strictè intelligenda *l. quicquid allegando in prine. ff. de verb. obligat. l. Arianus ff. de act. & obligat.* non enim Venditor expressit, vt ad rationem quinque pro centenario affrancaret, sed simpliciter vt affran-
9 caret, seu extingueret, & quod verbis non expressit, nec mente cogitatum præsumitur *c. tua ext. de sponsi. l. labeo §. sed Tubero ff. de suppellectilli legata glos. in l. fulcimus §. quod sit in verbo Animus ff. ex quibus causis in possessi. datur*, & sic si voluisset expressisset *Fenzon ad stat. Vrbis cap. 124. nu. 74.* talia enim verba *à ragione di cinque per cẽto*,
10 sunt, & in dubio præsumuntur demonstratiua *Bart. in l. centurio nu. 39. ff. de vulg. & pupill. Parisi cons. 4. nu 16 lib. 4. Rota decis. 442. nu. 3. p. 1. diuers. Greg. XV. decis. 516. nu. 8. Duran. decis. 341. nu. 4. & decis. 409. nu. 13. & decis. 76. nu. 5. par. 5. diuers. Rosin. iun. conf. 684. nu. 3. Mandel. conf 23. nu 8. Gratian. in disceptt. c. 950 nu. 15. &*
11 *c. 986. nu. 20* & talia verba demonstratiua non esse habenda in consideratione, dixerunt *Bero. conf. 90. lib. 3. nu. 24. Dectan. conf. 4. nu. 17. lib. 3.* & dispositiuè stare non posse sustinuit idem *Bero. conf. 37 nu. 8. lib. 1. & conf. 151. nu. 51. lib. 3. Grat. conl. 24. nu. 34. lib. 1.* Videmus etiam, quod licet quis se obligauerit soluere scutum aureum, puta ad rationem solidorum octuaginta trium, 85. aut alterius, ex-
12 pressionis pro quolibet scuto, quod scuta debentur ad verum valorẽ de tempore solutionis, cum dicta verba ad rationem octuaginta trium, seu octuaginta quinqi solidorum pro quolibet sẽt demonstratiuè ad significandum, pro qua summa de eo tempore curreret scutum aureum, & prout scuta valebant tempore contractus *Brunus in tract. de augm. monetæ concl. vlt. in 2. præmisso nu. 7.* & per talem expressionem non videtur data facultas soluendi talem æstimationem secundum tempus contractus *Caphal. conf. 31. nu 6. lib. 1. Benintendus decis. 39. Aretin. conf. 11. Bolognet. conf. 16. & omnes DD in l. cum quidam ff. si cert. pet. & in l. Paulus ff. de solutionib.* & multoties fuit per Sacram *Rotam* decisum, & in causa de Bolognetis cum Albergatis, & in causa Cleri Bonon. cum Montistis coram *Robusterio*, & habetur penes *Greg. XV. decis. 42. nu. 1. & 7.* vbi *Beltram.* dat concordantes.

Secundò principaliter dicitur, quod talis affrãcationis actus est atribuendus venditori ordinanti, & non emptori exequenti *l. pater ex prouincia ff. de manumissis vindicta, l. item eorum §. si decuriones ff. quod cuiusq; vniuersitatis nomine, Mantua conf. 157.*
13 *nu. 19. lib. 1. Natta conf. 553. nu. 18. Crauetta*, & alij, quos refert *Menoch. conf. 340. nu.* 10. & post *Roman. Firmin. iun. conf. 313. nu. 25. & conf. 782. nu. 47. Surd. conf. 301.*

nu. 38.

nu 38. qui *Tiraquel.* & alios in id affert, dicens plus esse ordinare, quam exequi, &
14 idem *Surd. cons.* 422. *nu.* 7. & 427. *nu.* 2. & melius ferè in terminis nostris *cons.* 528. *n.* 23. & quicquid ex post factum fuit, præsumitur factum in vim sibi per venditorem attributæ facultatis *Rota cons.* 25. *nu.* 25. 40. & 41. & præsumi actum factum in
15 causam præcedentem, & ab eo determinari, dixit idem *Rimin. iun. cons.* 362. *nu.* 9. & 10. & melius habetur per eum in *cons.* 670. *nu.* 74. *Alciat. de præsump. præsumpt.* 24. *num.* 1. *reg.* 2.

Tertiò principaliter est aduertendum, quod si in posse emptoris fuisset extinguere, seu affrancare liuellos secundum sui placitum, & pro pretio cum Dominis liuellarum conuento, quod pretium rerum, & bonorum venditorum non fuisset certũ,
16 determinatum, & specificum, prout esse debet *l. empti fides, iunctâ glos. C. de empt. & vend. l. pretium Inst. eod.* nam licet vẽditio sit facta ad rationem scutorum quadraginta pro qualibet bebulca, tamen cum ex liuellorum affrancatione sciri non posset quid remaneret, & pro quo pretio liuelli extinguerentur, videtur paria esse
17 pretium non esse appositum, seu expressum, vel appositum esse, sed incertum *l.* 1. *C. de rerum permut. ubi non taxata quantitate, Fabian. in tract. de empt. & vend.* 9. 5. *principali nu.* 26. *Cabal. cons.* 129. *per tot.* imò similem venditionem, seu emptionem non valere, etiam si iustum sit pretium, dixit *Corn. cons.* 44. *nu.* 3. *lib.* 1. & si aliter dice-
18 retur, esset conferre pretium in voluntatem ementis, quod fieri prohibetur *Gabr. cons.* 168. *nu.* 15 *lib.* 1. nam pretium debetur vt genus, & ideò eius dominium in venditorem transferendum esse, dixit *Mantica in tract. de tacitis, & ambiguis lib.* 4. *tit.* 19. *nu.* 17. Considerandum etiam est, quod licet agatur de liuello ad rationem quinque pro centenario, vt supra mẽtionato, nihilominus de caducitate agi non
19 potest, vt dixit *Manentes de liuellis q.* 1. *pacto quinto n.* 2. & ante eum *Felin. cons.* 25. *n.* 6. cũ contractus liuellorũ sint perpetui *Paris. cons.* 77. *n.* 12. *lib.* 3. sciebat enim venditor, quod non extinguuntur liuelli ad rationem quinq; pro centenario, sed lõgè minori pretio, eoq; solent extingui, & affrancari ad rationem triũm, vel triũm cum dimidio pro centenario *Borgnin. decis.* 33. *in fin. Sola de iure emphyteotica in glos. quemadmodum fol.* 30 *Cepol. de simult. contractuum præsumpt.* 2. *num.* 67. *idem Manentes q.* 2. *nn.* 14. & *q.* 4. *nu.* 38. non enim nec ab emptore, nec à venditore pretium repeti poterat *cillo vos de pignor. idem Manent q.* 3. *num.* 33. & 34 Dominorum liuellorum magis interest posse exigere sortem pro minori summa, quæ non posset ad libitum recipere, & id etiam dicitur de emphiteusi, vt post *Cepolam dixit idem Ma-*
20 *nentes in d. tract. de liuellis q.* 4. *nu.* 30. & emphiteusim, & liuellum non esse dissimiles dixit *Ruin. cons.* 57. *n* 1. *lib.* 5. *Cauagn. decis. consult. lib.* 2. *decis.* 81. *nu.* 30. & cum igitur pretium sit de substantialibus contractus, non potuit remitti in arbitrium emptoris, idem *Rimin. iun. cons.* 575. *nu.* 34. *Fabian. de Monte de empt. & vend.* 5. *par. principali nu.* 74. *Natta cons.* 213. *nu.* 4.

Quartò, cum solum fuerit conuentum, vt liuelli affrancarentur, non expresso pro quanta summa, esset in arbitrio D. Emptoris soluere etiam vltra quinque pro centenario, & illud plus venditor compensare debuisset, & si melioris conditionis emptor, quã fuerit venditor esse deberet ad satietatem *Honded. cons.* 22.
21 *num.* 15. *lib.* 1. & idem augmentum ad eum pertinere debet, ad quem pertinuisset diminutio *Menoch. cons.* 183. *nu.* 37. *Giouagnon. cons.* 73. *nu.* 1 *lib.* 1. & melius *nu.* 143.
22 lucrum igitur debet esse eius, qui damnum sentiret *Capbal. cons.* 367. *nu.* 3. nec debet esse in arbitrium emptoris, de cuius interesse agitur pretium taxare *Gratian. in disceptat.* 509. *nu.* 29.

Nec facit secundum, quod quis præsumatur facere contractum nomine proprio,

nam

23 nam id limitatur, quando quis conuenit id facere nomine alieno *Gratus conf.* 24. *nu.*3.& 4.*lib.*1. *Mascara concl.*38.*nu.*6.& 8. *Grattan.in dd.aiscept.cap.*401.*num.*39.& *seq. alciat. reg.*2. *præsumpt.* 24. *nu.*1. & *seq.* & talia verba de affrancando sunt intelligẽda ad fauorem, non ad læsionem d.venditoris *Mantica de tacitis,& ambiguis*

24 *lib.*2. *tit.*12. *nu.*27. & esse interpretranda ad fauorem promissoris contra stipulatorem *Rota Genua decis* 7.*nu.*6.& 7. *Natta conf.*14.*nu.*1. *Pancirol.conf.*80.*nu.*1. etiam si emptor non expresserit contractum, fecisse nomine venditoris bonorum liuellatorum *Paris.conf* 72.*nu* 34 *lib.*3.

25 Minus operatur tertium, quod dicitur de commodo emptoris, nam talis commoditas intelligitur respectu vsus, non respectu fructus, *text.cll in l. cum in rem ff. de rei vendicat.* vbi *Bart. & cæteri.*

Sic igitur, vt superius scriptum, & concluſum est, dico, consulo, & affirmo Iuris esse Ego Florianus Dulphus I. V. D. Collegiatus, Eques, & Comes, Iura de mane in Patria mea Studiorum Matre nuncupata Bononia legens, in cuius rei fidem hic

Locus ✠ Sigilli. me manu propria subscribens, consueti sigilli impressione annotaui, saluo semper consilio cuiuslibet alterius rectius sentientis, ad laudem omnipotentis Dei, & Gloriosissimæ Virginis Mariæ.

Consideratis iuribus, & rationibus in vnum compaginatis ab Illustriss. & Excellentiss. D. Floriano Dulpho Collega amantissimo, in eamdem vtroq; pede placuit ire sententiam, idcircò de simplici subscriptione requisitus, ad eam lubens deneLocus ✠ Sigilli. nio, & solito, quo in similibus vtor stemmate firmo.

Ego Franciscus Monarius I. V. D. Collegiatus, in Patrio Bonon. Archigymnasio Iur. Ciu. pr meridianis horis Professor ordinarius, Illustriss. Cameræ Bonon. & Pauperum Carceratorum Aduocatus.

Consultationem Illustriss. & Excellentiss. D. mei Floriani Dulphi iuribus, rationibus, & auctoritatibus egregiè comprobatam iuris esse censeo Ego Fracisc̃us BarbadoLocus ✠ Sigilli. rius I. V. D. Collegiatus, & in antiquissimo Patrio Bonon. Archigymnasio matutinis horis Iuris Ciuilis Interpres ordinarius, quare de simplici subscriptione requisitus, hic me subscripsi, & subsignaui.

Supradictum Illustriss. & Excellentiss. D. mei Floriani Dulphi Consilium Iuribus, Locus ✠ Sigilli. & rationibus non minus doctè, quam eleganter vallatum iure merito sequor Ego Carolus Gaggius I. V. D. Collegiatus, & in Patrio Archigymnasio Lector, hocq; proprio sigillo confirmo.

Supradictam Consultationem, siue Sententiam Illustriss. & Excellentiss. D. FloriaLocus ✠ Sigilli. ni Dulphi Collegiæ prudentissimi laudo, & requisitus libẽter eam subscribo, atq; meo sigillo munire volui Ego Franciscus Palcottus I. V. D. Collegiatus, & maior huius Studij Cancellarius, Bononiæq; Archidiaconus.

Ego infrascriptus visa, lecta, & attentè perlecta hoc Illustriss. & Excellentiss. D. mei Locus ✠ Sigilli. Floriani Dulphi Consultatione, eam inueni valdè doctam, & Iuribus, & auctoritatibus optimè comprobatam, quare de sola subscriptione requisitus libentissimè adhæsi, & subscriptionem meam solito meo signo muniui

Ego Constantius Peregrinus Protonot. Apost. SS. D. N. in Vtraq; signatura Referendarius, in Metropolit. Eccl. Canonicus, & in Vtroq; Iure Doctor Collegiatus.

Scripta per Excellentiss. D. Dulphum optimis rationibus fulcita etiam existimo, & ideo illas libenter me subscribo Franciscus Maria Buccaferreus I. V. D. Bonon. Collegiatus, & Aduocatus.

Dei Optimi Maximi ope adiutus ad finem huius Secundi Libri Controuersiarum Iuris perueni Ego Florianus Dulphus I. V. D. Collegiatus, Anno ætatis meæ Septuagesimo primo, quem censuræ Sanctæ Matris Ecclesiæ Catholicæ libenter subijcio, & quia hæc à me ita non sunt tradita, vt in illis nihil desiderari posse, mihi persuadeam, iudicio cuiusuis melius sentientis omnia committo ad laudem Sanctissimæ, & Indiuiduæ Trinitatis, Beatissimæ semperq; Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum, quibus me, totamque Familiam meam toto corde commendo.

BIBLIOTECA ALESSANDRINA
NELLA R. UNIV. DI ROMA

INDEX RERVM NOTABILIVM.

A

Abbas non potest reconuallidare acta per unum alio non vocato, & eo non nominato, Contr. 116. nu. 16.

nec potest ius alterius tollere, ibi. nu. 17.

Ablatiui absoluti natura est, quod resoluatur in conditionem, Contr. 1. nu. 19.

Accessorium non datur sine principali, Contr. 86. num. 14.

Et semper sequitur naturã sui principalis, Contr. 138. nu. 11.

Accingendus de proximo habetur pro accincto, Contr. 88. nu. 24.

Acquirens primus potest præiudicare filijs, & alijs successoribus, Contr. 75. nu. 25.

Actio expilatæ hæreditatis non datur contra vxorem defuncti, Cont. 127. nu. 10. & 13.

Eo magis si sit cohæres, nu. 15.

Res tamẽ & fructus possunt vindicari, ibi. n. 11.

Actio rerum amotarum ad hoc, vt detur octo requiruntur, Contr. 127. nu. 2.

Actio ad exhibendum non datur quando agitur de persona libera, Contr. 127. nu. 2.

Actiones non comprehenduntur inter immobilia, Contr. 96. nu. 9.

Actio nemini licet sæpius, & amplecti, & resquere, Contr. 125. nu. 22.

Actio desicit probare antiquam possessionem, Contr. 108. nu. 7.

Actus gesti, ex titulo præambulo præsumuntur, Contr. 98. nu. 15.

Actus attribuitur ordinanti, non exequenti, Cõtr. 150. nu. 14.

Accusator debet pati eam pœnam, quam passurus esset accusatus, si delictum commisisset, Contr. 137. nu. 5.

Etiam si pœna talionis esset sublata, nu. 6.

Nam dicitur renouata per Bullam Pij Quinti.

Aditio hæreditatis probatur per constitutionem procuratoris, Contr. 64. nu. 1.

Eo magis si sit specialis, nu. 3.

Et sufficit si dicat velle adire, nu. 6.

Aditio hæreditatis fit sola voluntate simplici actu declarata, Contr. 130. nu. 3.

Et ex interna amore Dei data arguitur, nu. 4.

Administrator præsumitur expendere ex pecunijs exactis ex bonis administratis, Contr. 109. num. 5.

Et tenetur reddere rationem de quibuscunq; redditibus, vsurarum administratorum, ibi. nu. 6.

Administratori contrahenti si aliquid acquiratur, de suo tenetur, Contr. 53. nu. 6.

Aduocati, Iudices, & Procuratores impedientes ne vsurarij restituant vsuras, peccant mortaliter, & sunt obnoxij ipsi restitutioni, Contr. 56. nu. 23.

Aedificari non debet ad impediendum solem, ventum, vel aerem, Contr. 130. nu. 4.

Aegrotans dicitur esse in conflictu, Contr. 71. num. 49.

Aequalitas dicitur esse seruanda in dotanda Sorore, vt tantundem habeat vna soror, quantum alia habuit, Contr. 95. nu. 4.

Aestimatio facit emptionem, Contr. 86. nu. 5.

Agens confessoria, aut negatoria supponit habere dominium, aut possessionem, seu quasi, Contr. 133. nu. 5.

Aliud est esse talem, & aliud est haberi pro tali, Contr. 102. nu. 20.

Alimenta à primogenito sunt præstanda secundo genito, hac tamen confideratione, quod primo genitus honorificè principatum, seu dominium regere possit, Contr. 80. nu. 14.

Alimenta in legitimam non imputantur, Contr. 71. nu. 2.

Alimenta non debentur nato ex incestuosis, & nepharys nuptijs, nu. 15.

Alteratione facta cõsensus deficit, Cont. 82. n. 10.

Animus soli Deo est notus, Contr. 148. nu. 16.

Et id procedit tam in ciuilibus, quam in criminalibus, extante etiam in contrarium præsumptione, ibi. nu. 17.

Animus semper præsumitur magis directus ad licitum, quam ad illicitum, ibi. nu. 18.

Ea, quæ in animo consistunt iuramento probantur, ibi. nu. 33.

Animus sine effectu non punitur, Cont. 92. nu. 10.

Antiani Bononiæ de anno 1411. non fuerunt legitimè electi, & licet essent pro maiori parte Plebei, per violentiam Palatij apprehendierunt, Contr. 142. nu. 18.

Erant inimici Summi Pontificis, nu. 19.

Et gesta per eos fuerunt nullissima, nu. 20.

Antonius de Butrio in c. nihil extra de verb. sign. declaratur, Contr. 71. nu. 14. & 20.

Appetentes quod sibi nõ conuenit appellãtur Spudarchæ, Contr. 122. nu. 10.

Ap-

INDEX.

Approbari non potest, quod fuit impugnatum, Contr. 95. nu. 9.

Approbatio si fiat librorum omnes partitæ dicuntur approbatæ, Contr. 68. nu. 11.

Aquarum auersio non potest fieri cum damno alterius, Contr. 133. nu. 7.

Aquæ naturaliter descendunt ad partes inferiores, ibi. nu. 9.

Aqua per viam publicam immitti, nec currere debet, ibi. nu. 10.

Arborum rami debent circumcidi ad quindecim pedes, ne nocent vicino, Contr. 130. nu. 1.

Archidiaconatus, & Decanatus dignitates de iure sunt æquales, Cont. 122. nu. 4.

Argentum recipit æstimationem ab auro, Contr. 86. nu. 12.

Argumentum valet à solitis, Contr. 108. nu. 9.

Ars dicitur mecanica, vbi non est liberalis, Contr. 144. nu. 11.

Assertio facta Summo Pontifici pro obtinenda derogatione bonorum fideicommisso subiectorum, est verificanda, Contr. 77. nu. 2.

Assertioni iuratæ in facto proprio standum est, Cont. 124. nu. 5.

Assertio præiudicat asserenti, Contr. 53. nu. 6.

Assessor non dicitur in dignitate, Cont. 122. n. 13.

Attentatum semper dicitur, quando agitur de præiuditio tertij, Contr. 121. nu. 2.

Auctorare non potest quis ad proprium commodum, Contr. 51. nu. 12.

Augmentum iudicatur sicut principale, Controu. 88. nu. 4.

Augmentum scuti aurei non debetur, si illud genus per edictum fuit prohibitum, Cont. 86. n. 3.

Et quando de tempore solutionis non reperitur, num. 4.

Sed debetur æstimatio de tempore contractus, num. 5.

Nec minus debetur augmentum ex contractu conditionali, nu. 6.

Non interueniente morte, nu. 7. & Cont. 146. n. 2.

Minusque debetur, quando post æstimationem alia moneta fuit soluta, secundum æstimationem prædictam, ibi. nu. 11.

Augmentum monetæ non debetur, quando debitor grauatur interesse, Contr. 146. nu. 3.

Augmentum non debetur ex tributo collecta, aut alia impositione, nu. 5.

Et procedit augmentum solum in dote mutuo, & ex testamento, & ex venditione, ibi. nu. 6.

Augmentum debet pertinere ad eum, ad quem pertineret diminutio, Contr. 150. nu. 21.

Aurifices, & mercatores non tenentur exprimere à quibus emerint, dato etiam, quod res furtiuæ penes eos reperiantur, Contr. 73. nu. 30.

Aurum pro auro solui potest, Contr. 124. nu. 7.

B

BAld. in l. si cum dotem C. de falsa causa adiecta Legato reprobatur, Contr. 96. nu. 7.

Balthassar Coscia Legatus de Latere Bononiæ, retinebat populum connocatum cum armis, vt Papatum assequeretur, prout assecutus fuit, Cont. 142. nu. 8.

Et sub nomine Ioannis Vigesimi tertij ad Concilium Constantiense vocatus depositus carceratus, & per sententiam Sacri Concilij condemnatus, ibi. nu. 9.

Banniti sunt incapaces successionis, Contr. 70. nu. 1. 3. & 5.

Banniti nostri temporis aquiparantur deportatis, ibi. nu. 2.

Bona capta, & ad hastam posita debent vendi melius offerenti, vel adiudicari creditori, Contr. 125. nu. 10.

Bona emphiteotica veniunt sub fideicommisso, Contr. 102. nu. 9.

Maximè si fideicommissum sit institutum à primo acquirente, ibi. nu. 15.

Ex bonorum nominatione cognoscitur, quid Testator reliquerit, Contr. 88. nu. 5.

Bulla Pij Quarti super legitimationibus naturalium, & aliorum declaratur, Contr. 135. nu. 20. & 22.

Bulla Pij Quinti reuocat omnes concessiones factas Comitibus Palatinis, legitimandi naturales ad præiuditium vocatorum ad fideicommissum, Contr. 100. nu. 1.

Bullæ Summorum Pontificum contra facientes donationes, caualcatas, & similia declaranturs, Contr. 69. nu. 13.

Non enim operatur expressio, quod delictum importet crimen læsæ Maiestatis, ibi. nu. 14.

Butrigarius quæstione sexta reprobatur, Cont. 67. nu. 4. *sed declaratur*, nu. 10.

C

CAmerarius Capituli ad instar quæstoris est, nullamq; habet dignitatem, nec iurisdictionem, Cont. 122. nu. 9. & 11.

Et vocatur Cimiliarcha, & est similis clauario, Cont. 121. nu. 10.

*Cameralis obligatio continet renunciationem omnibus, & quibuscunq; exceptionibus, cauillationibus, & cauteli*s, Contr. 53. nu. 12.

Causa, si pendeat inter confeudatarios, cognitio spectat ad Supremum Dominum, & non ad confeudatarium, Contr. 62. nu. 1. declara nu. 16.

INDEX.

Causæ si sint connexæ, & dependentes, & partes sint plures, & diuersi fori, coram eodem Iudice causa agi debet, Contr.61.nu.1.

Cedens creditum, dicitur creditum exigere, Contr. 56.nu. 11.

Census impositio dicitur alienatio, Contr.57.n.7.

In census impositione debet interuenire pecunia numerata, ibi.nu.9.

In iurisdictionalibus census imponi non potest, Contr. 57.nu.7.

Vide in verbo Reprobatur.

Cephalus conf. 526.lib.4. declaratur, Contr.102. num. 22.

Citatio requiritur, vbi agitur de alterius præiudicio, Contr.90.nu.10.

Citatio requiritur de proximioribus in dispensatione, Contr.126.nu.5.

Ciues, nec nobiles comitatus possunt dici ij, qui nũquam practicant, nec Ciuitatem habitant. Cont. 144.nu.11.

Ciuitas non potest dici rebellis, dum prius ad se rebellã dum non fuerit conuocatum, & communicatum consilium, Contr.142.nu.7.

Ciuitatem defereas non venit appellatione ciuis, sed pro forensi habetur, Contr.145.nu.4.

Ciuitas Bonon. nunquam potuit dici rebellis, Contr. 142.nu.28.

In Ciuitate Bononiæ Ius ciuile seruatur, Controu. 142.nu.22.

Clarus in §. empbiteusis quæst.33. reprobatur, Cõtrou.112.nu.3.

In Claris non est recurrendum ad consultures, Contr.97.nu.9. & Contr.129.nu.5.

Clausulæ censentur appositæ ex stilo Notariorum, Cont.134.nu.9.& 16.

Maximè si sint in executuris, ibi.nu.18.

Nec censentur appositæ ex pacto deliberato, Cõt. 75.nu.17.

Clausulæ generales non alterant, sed se referunt ad promissa in Instrumento, Cont.88.nu.13.

Clausulæ etiam efficaces non tollunt defectum intentionis, Cont.77.nu.14.

Clausula cui, seu quibus dederit, operatur, vt feudum dicatur hæreditarium, & possit transferri in extraneum, Cont.51.nu.33.

Et sic mutat naturam feudi, ibi. nu.34.

Declaratur nu.35 & 38.

Nihil tamen operatur, quando ei adiectum est in feudum, vel titulo feudi, ibi. nu.36.

Et quando hæredum non est facta mentio, nu.39. & 40.

Sed solum operatur in primo acquirente, nu.41.

Clausula (deducta prius legitima, & seu melioramentis) ante deductiones, non est locus executioni, Cont.90.nu.6.

Clausula insolidum tollit omnem diminutionem, Cont.53.nu.3.

Clausula in omnibus, & per omnia refertur ad precedentia, & non ad ea, quæ habent particularem prouisionem, Cont.106.nu.2.& 5.

Nec potest referri ad omnia præcedentia, quando proprietas sermonis non patitur talem relationem, ibi. nu.6.

Clausula in stirpes inducit perpetuum fideicõmissum inter omnes vocatos, Cont.97.nu.16.

Vide in verbo descendentes.

Clausula ita quod, potest stare nedum restrictiue, & declaratiue, sed & ampliatiue, Cõ.98.n.11.

Clausula omni meliori modo declaratur, Contr. 98. nu.18.

Clausula sine præiuditio operatur ne fiat præiuditium debentibus succedere ex iure de præterito, Contr.75.nu.6.

Clausula sublata, quando dicatur non operari, Cont. 62. nu.27.

Clausula sublata, & alię, quod de obreptione, & subreptione non possit dici claudant os parti, & ligant manus Iudicis, ne possit procedere, Cont. 102.n.31. & obest substitutis, Cõt.135.n.26.

Clausularium Notariorum Bononiæ non facit differentiam inter fideiusionem, & contrahentem, Contr. 88. nu.12.

Cogitationis pœna nemo patitur, Cont.148.n.15.

Cognitio super usuris spectat ad Iudicem Ecclesiasticum, propter peccatum, Cont.56.nu.5.

Collegium Iurisdarum Bonon. dicitur clarissimum Mundi lumen, Contr.105.nu.1.

Collusio si inter collitigantes detegatur iuditium est nullum, Contr.89.nu.7.

Quomodo autem detegatur, Contr.90.nu.12.

Comes habens facultatem, & priuilegium legitimandi non potest dispensare, Cont.135.nu.5.

Et est intelligendum priuilegium, ne comprehendat incestuosos, & sacrilegos, ibi.nu.6.

Dato etiam, quod Papa, vel Imperator concesserint priuilegia, & facultates legitimandi quoscunque naturales, Eastardos, Manseres, & alios, ibi.nu.7.

Co. Palatinus non potest tollere spem, quam habet substitutus cum sit probabilis, Cont.116.n.12.

Co. Palatinus debet docere esse comprehensis in priuilegio, Contr.126.nu.1.

Commodum, & incommodum post venditionem est emptoris, Contr.150.nu.2. declara.nu.27.

Maximè si res vendita fuit facta traditio, nu.8.

Aliud est, quod quædam sint communia pluribus vt singulis, vel singulis vti vniuersis, Contr. 122. nu.21.

INDEX.

Communitas si sit rea tenetur edere, Cont. 80. *n.* 2.
Compensatio rectè *opponitur, & admittitur contra vilicum, & administratorem bonorum suorum, Contr.* 68. *nu.* 1.
Compensatio de liquido ad illiquidum datur, quãdo de facili probari potest creditũ illiquidũ, ib. n. 8.
Non datur vbi requiritur altior indago, ibi. n. 9.
Factum, seu species, si redigatur ad æstimationem rei, tunc admittitur, ibi. nu. 3.
Vbi denegatur, admittitur retentio, ibi. nu. 5.
Etiam si debitum sit iuratum, ibi. nu. 6.
Compendiosa inducitur, si verba denotẽt tractum successiuum, Cont. 97. *nu.* 7.
Conatus ad hoc, vt puniatur, necesse est, quod fuerit deuentũ ad actũ proximũ delicto, C. 93. *n.* 9.
Concessio facta Cõmissarijs testamentarijs, vt possint bona hæreditaria vendere, dicitur directa, & expressa, Cont. 90. *nu.* 1. *&* 3.
Concessio facta de foueis propè mœnia per Homines Cathri S. Petri fuit declarata nulla, Cont. 123. *nu.* 6.
Concessio facta in plurali numero comprehendit descendentes, Cont. 140. *nu.* 10.
Concilium Trid. de regul. sess. 25. *c.* 16. *non potest allegari, nisi à Monasterio, & à professo, nec nocet tertio, Cont.* 138. *nu.* 5.
Conditio nil ponit in esse, & dispositionem non inducit, Conc. 110. *nu.* 1.
Conditione non impleta corruit concessio, Contr. 135. *nu.* 29.
In Conditionalibus relictis qualitas personæ est consideranda, Cont. 135. *nu.* 29.
In Conditionibus principaliter inspicitur voluntas Testatoris, Cont. 102. *nu.* 16.
Confessio extraiudicialis etiam de Iure Canonico non probat ad obligandum, Cont. 142. *nu.* 21.
Confessio qualificata in totum est acceptanda, vel reijcienda, Cont. 148. *nu.* 12.
Maximè si sit facta à persona approbata, n. 13.
Confirmatio non fit in Ciuit. Bononiæ, nisi pro crimine læsæ maiestatis in primo capite, Contr. 69. *nu.* 12.
Confraternitas habens Altare, & alia ad vsum Ecclesiæ, debet conueniri coram Ecclesiastico, Cont. 149. *nu.* 17.
Coniectura ex verisimili Testatoris voluntate debet esse talis, vt habeatur pro dispositione, Cont. 106. *nu.* 9.
Coniecturæ sufficiunt aliquando ad constituendos plures reos, Cont. 53. *nu.* 17.
Coniunctio realis inducit ius accrescendi, Contr. 97. *nu.* 14.
Consensus, vbi requiritur non ratione formæ, sed ratione præiudicij, & interesse, potest quandocunq; intercuenire, Cont. 62. *nu.* 13.
Semel præstitus reuocari non potest, ibi. nu. 19.
Consentiens contractui, siue tacitè, siue expressè sibi præindicat, ibi. nu. 12.
Consequens, qui vult censetur velle omne necessarium antecedens, Cont. 69. *nu.* 2.
Consuetudo est attendenda, quando cognoscitur causa feudi, Cont. 62. *nu.* 26.
Consuetudo est Bononiæ, vt illegitimè nati deferãt Arma, & Insignia familiæ, C. 110. *n.* 16.
Consuetudo mala non attendenda, Cont. 122. *n.* 23.
Etiam si sit immemorabilis, ibi. nu. 24.
Constitutũ si quis cõstituat se possidere post mortẽ suam, non transfertur possessio, Con. 109. *nu.* 3.
Cõstitutũ nõ operatur in Instrumẽto nullo, ib. n. 4.
Constitutum operatur translationem possessionis ciuilis, & naturalis, Cont. 117. *nu.* 1.
Et ex eo conceditur manutentio, ibi. nu. 2.
Et in Constituto excesso Bononiæ cõtinetur clausula, ex nunc, prout ex tunc, ibi. nu. 3.
Et datur auctoritas apprehendendi bona propria auctoritate, ibi. nu. 4. 11. *&* 19.
Etiam ad præiuditium tertij possessoris, ibi. n. 5.
Constitutum suspendi, & differri potest, nu. 6.
Et operatur reiectionem detractionum, quæ petitorium respiciunt, nu. 7.
Aduersus præscriptã primæ consuetud. debet esse, & secũda præscripta consuetudo, C. 122. *n.* 25.
Ad acquirendam consuetudinem requiritur contradictio, ibi. nu. 26.
Et in casu dubio non receditur à consuetudine, Cont. 80. *nu.* 16.
Consuetudo contra disposita in l. fin. ff. fin regund. non extenditur, quo ad plantandum, sed quo ad ædificandum, Cont. 130. *nu.* 3.
Consuetudo scandalosa, & distructiua veritatis, & contra rationem naturalem non attenditur, Contr. 105. *nu.* 10.
In facultatiuis cõsuetudo nõ attenditur, ibi. n. 11.
Cõsuetudo antiqua fundata in statuto, seu constitutione, aut cõtractu tolli nõ potest, C. 121. *n.* 17.
Contenta in instrumento debent seruari ad formã clausularij loci, vbi contractus celebratur, Cont. 111. *nu.* 7.
Contractus essentia, & validitas non debet pendere à voluntate vnius tãtum ex contrahẽtibus, Contr. 125. *nu.* 24.
Contractus innominatus, ex nõ implemẽto rescinditur, Cont. 142. *nu.* 12.
Contractus iuratus habet executionem paratam, Contr. 53. *nu.* 10.
Ex contractu nullo contra dispositionem legis, seu statuti non transfertur dominium, nec possessio, Cont. 99. *nu.* 2.
Contractus quando inuicem non se compatiuntur inducitur nouatio, Cont. 125. *nu.* 26.

Etiam si sit facta expressa primanorum iurium reservatio, ibi. nu.27.

In Contractibus non datur ex interpretatio, quæ datur Testamentis, Cont.143.nu.6.

Ad perfectionem contractus emptionis tria requiruntur, Cont.150.nu.1.

Albericus tamen fuit opinionis duo sufficere, ibi. nu.2. maximè si rei venditæ fuit secuta traditio, nu.4.

In Contractibus verba sunt strictè intelligenda, ibi. nu.8.

Contractus est euitanda, Cont.83.nu.5.& 117. num.9.

Ex contrectatione assidua nouæ non nascitur actio furti, Cont.92.nu.5.

Creditor potest agere contra personam, & capere bona omnia, donec sibi satisfiat, Contr. 125. num.4.

Et si ex pacto possit vendere pignora, non tamen cogit ur si uolit, ibi. nu.5.

Creditori pignus habenti, non datur recursus contra alium, Cont.125. nu.17.

& Creditori dicitur satisfactum per subhastationem, etiã si bona non sint tradita, ibi. nu.18.

& ei facta consignatione liberatur fideiussor, Cont.125.nu.19.

Creditor, qui potest sibi satisfacere, & non vult, vt obsit fideiussoribus, peccat contra legem naturæ, ibi. nu.23.

Creditor recipiens delegationem, liberat fideiussorem, ibi. nu.25.

Creditor cum inuentario potest sibi soluere, Cont. 131.nu.4.6.& 9.

Crimen stellionatus declaratur, Controv.148. num.31.

Cuipiam non est concedendum indirectè, quod prohibitum est directè, Cont.80.nu.21.

Culpa imputatur ei, qui se potuit in necessitat, Cons.125.nu.15.

D

Damnum alicui non debet inferri, Con.132. nu.1.

Datiary exigentes vltra debitum, sunt puniendi, Cont.148. nu.1.

Vel saltem tenetur crimine stellionatus, ibi.n.5.

Et tenentur pro familia, ibi. nu.2.

Fallit, nu.24.

Dato insolutum, vt fusilineatur, quæ requirãtur, Cont.125.nu.8.

Debitor si ex vna parte debentur vinum, vel granum, & ex alia pecunia admittitur compensatio, Cont.68.nu.4.

Debitor non debet pergrauari interesse, & augmẽto monetæ, Cont.86.nu.10.

Debitum Testatoris censetur compensatum in relicto partis hæreditatis, Cont.88.nu.3.

Decanatus dignitas est æqualis dignitati Archidiaconi, Cont.122.nu.6.

Et in pluribus Eccl. est prima dignitas, ibi.n.6.

Etiam si Decanus non haberet iurisdictionem, ibi. nu.7.

Declaratio si per Testatorem alicui sit commissa, sunt citandi omnes illi, qui possunt ladi, Cont. 76.nu.2.

Decisio 37. post Merlinũ de legitima declaratur, Cont.63.nu.8.

Decisiones in Signina Castrorum 292.& 320. p.6. diuersorum declarãtur, Cont.88.nu.21.

Decisio in causa de Blanchettis 1622. coram Eminentiss. Verospio declaratur, Cont.102.n.27.

Decisio Crescentij septima de probat. declaratur, Cont.142.nu.26.

Decisio 355. p.2. in recent. declaratur, ibi n.33.

Decoctus est facilis ad mentiendũ, Cont.74.n.19.

(Decreuit) verbum significet animi deliberationem ab omni actu separatam, Contr.53. nu.2.

Deliberata voluntas Testatoris arguitur ex multiplicata hæredum nominatione, Controv.71. num.60.

Delictum vt excludatur omnis interpretatio est capienda, Cont.148.nu.14.

Etiam vera impropriando, ibi. nu.22.

Delictum Patris filio non debet obesse, Contr.98. num.10.

Dementia Testatoris si probaretur, testamentum tamen sustineretur, quando esset factum, prout alius prudens fecisset, Cont.71.nu.70.

Demonstratio personæ ad hoc, vt perfecta fiat, nõ sufficit nomen, nisi probentur alia duo accidentia, Cont.103.nu.8.

Maximè si agatur de nomine frequẽtato, ibi.n.9.

Et de familia numerosa, ibi. nu.10.

Denunciatio Birriariorum non probat, Cont.92. num.8.

Deprecatorium verbum non est obligatorium, Cont.72.nu.6.

Derogatio limitata nõ egreditur fines limitatos, Cont.77.nu.4.& 16. Vide in littera Q.

Descendentes omnes masculi etiam ex fœminis dicuntur descendere à corpore primi acquirentis, Cont.51.nu.23.

Descendentes plures diuersarum linearum vna extincta, admittuntur aliæ, etiam in inferiori gradu, stante clausula in stirpes, Cont.70.nu.7.

Descendentium appellatione veniunt omnes in infinitum, Cont.144.nu.6.

Sed

Sed non transcendere quarta generatione, ibi n. 7.
Dictio (amplius) significat idē, & vltra, C. 96. nu. 2.
Dicto vnius non est standum, Cont. 92. nu. 7.
Dicta testium non sunt cauillanda, Cont. 73. n. 26.
Primo Dicto testium standum est cum iuramento, Cont. 71. nu. 75.
Maximè dum expressè sponte comparuerunt duo ex conscientia dicentes secundum dictum minus potentium fuisse expressum, Cont. 71. n. 76.
Dictio (donec) inducit fidecommissum fauore ad tempus excludendorum ad illud, Cont. 69. nu. 5.
Dictio (De) significat causam proximā, C. 87. n. 3.
Dictio (dictis) repetit præcedentia, Cont. 100. n. 20.
Dictio (dummodo) adiecto dispositioni importat cōditionem, Cont. 172. nu. 10.
Dictio (dū tamen) requirit, vt illud existat cui adijcitur, Contr. 111. nu. 16.
Dictio (eō casu) non impedit extensionem, & repetitionem, Cont. 97. nu. 3.
Dictio (Et) posita inter personas diuidit dispositionem, Cont. 97. nu. 10.
Dictio (Ex) denotat causam mediatam, C. 87. n. 3.
Dictio (in totum, vel omnē) non impedit detractionem trebellianicæ, Contr. 134. nu. 13.
Dictio (licēt) non stat taxatiuè, nec excluſiuè, Cont. 142. nu. 34.
Maximè si agatur de materia fauorabili, ibi n. 35.
Dictio (maximè) recipitur aliquando pro dictione tantum, & sic pro taxatiua, Cont. 88. nu. 11.
Dictio (nisi) est exceptiua, & permittit id, quod prius erat negatum, Cont. 90. nu. 2.
Dictio (non autem) dicitur qualificatiua, & declaratiua modi per testatorē appositi, C. 139. n. 3.
Dictio (seu) si ponatur inter diuersa arguit totam similitudinem, & conformitatē, Cont. 77. n. 8.
Dictio (post) importat tractum successiuum, Cont. 97. nu. 5. & 11.
Dictio (quocumq; modo) comprehendit omnes casus expressos, Cont. 83. n. 14. & Cont. 89. nu. 3.
Dictio (quia) est voluntaria, & impulsiua denotans causam finalem, Cont. 129. nu. 10.
Dictio (semper) comprehendit omnes casus, & omnia tempora, Cont. 97. nu. 1.
Imò est conditionalis, ibi nu. 2. & Contr. 139. n. 2.
Dictio (seu minus) est aduersatiua.
Dictio (tūc, & to casu) denotat extremitatem temporis, Cont. 84. nu. 2.
& restringit voluntatem ad casum expressum, Cont. 104. nu. 7.
Dictiones taxatiuæ, necessitatiuæ, vel præcisiuè important formam, Cont. 139. nu. 7.
Dictio (vel) quid operatur, Cont. 116. nu. 20. & aliquando est disiunctiua quo ad verba, & quo ad effectum, & aliquando est alternatiua, Contr. 65. nu. 6. & Cont. 71. nu. 36.
Aliquando stat copulatiuè, nu. 8. & 11. & de sui natura distinguit casum, & ampliat dispositionem, C. 75. n. 28.
Dictio (vt dicitur) non affirmat, Cont. 142. nu. 42.
Dictio (vt supra) repetit præcedētia cum omnibus suis qualitatibus, Cont. 90. nu. 23.
Dictio (vltra) quid operetur, Cont. 117. nu. 14.
Dictio (visa) declaratur, Cont. 58. nu. 6.
Dictio (vna) simultanitatem inducit, Cont. 53. n. 1.
Alterius Diei appositio nō vitiat instrumentum, Cont. 124. nu. 2.
Dignitates si sint inæquales non seruatur ordo tēporis, Contr. 105. nu. 7.
Dignior die Iouis Sācti debet celebrare Missam ad Altare maius, Cont. 121. nu. 4.
Dignitatem duplicem habens præfertur habenti vnam, Cont. 105. nu. 8.
Dignitates sunt de Capitulo, Cont. 122. nu. 8.
Discrepantia si sit inter Ius Ciuile, & Canonicum Statutum Bononiæ mandat seruari ius ciuile, Contr. 71. nu. 46.
Dismembratio per Legatum de latere debet fieri cum causæ cognitione, & parte vocata, Contr. 142. num. 16.
Dispensatio est maior legitimatione, sed odiosa, Cont. 135. nu. 4.
Et requirit cognitionem causæ, & citationē agnatorum, & interesse habentium, ibi nu. 11.
Et vocatur dispatio, ibi n. 13. & C. 117. nu. 9.
Dispensatio dicitur quando legitimantur nati ex illis, inter quos matrimonium esse non poterat, Cont. 116. nu. 5.
Et per talem dispensationem spurij non desinunt esse spury, ibi nu. 6.
Nec fieri potest sine iusta causa, & agnatorū, & aliorum prætendentium citatione, ibi. nu. 7. & 11. & Cont. 117. nu. 7.
Et à solo Papa, & non ab Imperatore est facienda, Cont. 117. nu. 10.
Dispositio semper debet intelligi nè pereat, Cont. 110. nu 20.
Dispositionis pars vna declaratur per verba sequentia, Cont. 117. nu. 8.
Ex diuersis non infertur, Cont. 72. nu. 8.
Diuersa vbi viget ratio, ibi viget diuersa iuris dispositio, Cont. 100. nu. 4.
Diues vide in litera Q.
Doctores Collegiati debent præcedere Doctoribus non Collegiatis, Cont. 105. nu. 2.
Dolus præsumitur quando quis non vtitur remedijs opportunis, Cont. 125. nu. 16.
Dolus probatur eo ipso, quod constet de aliqua iniustitia, Contr. 147. nu. 11.

INDEX.

Dominium post venditionem emptori irrevocabiliter acquiritur, Cont. 150. nu. 6.

Dominium in donatarium transfertur sine traditione, Cont. 78. nu. 4.

Natura Dominiorum quæstorū est, quod sint perpetua, Cont. 51. nu. 9.

Dominus videns libros administratoris, tacens, & non conquirens, videtur fateri contenta in eis esse vera, Cont. 59. nu. 5.

Donatio fauore dotis acquiritur absenti sine acceptatione, Cont. 66. nu. 1.

Donatio inter Patrem, & filium potest revocari vsq; ad mortem, Cont. 75. nu. 12.

Nec validatur iuramento, Cont. 75. n. 18. & 19.

Donatio omnium bonorum iurata sustineri debet saltem respectu bonorum præsentiū, C. 78. n. 1.

In Donatione tacitè censentur, exceptæ res, quæ nō veniunt in obligatione, ibi. nu. 3.

Donatio causa mortis est revocabilis, C. 134. nu. 3.

Et in dubio præsumitur causa mortis, ibi. nu. 4.

Et eo magis si fuit facta eodem die testamenti in eodem loco, & præsentibus eisdem testibus, ibi. num. 5.

Donatio à sponte dante non prohibetur, Cont. 148. nu. 7. & 11.

Est enim quasi impossibile, & contra naturam, vt quis sibi donatum nō acceptet, C. 148. n. 27.

Donatio inter vivos non eget confirmatione, Cōt. 134. nu. 7.

Donatio ob ingressum in Religionem dicitur ex causa mortis, ibi. nu. 11.

In Donatione plenissima fit interpretatio, Contr. 143. nu. 1. vide nu. 17.

Si quis in Donatione acceptet pro se, & filijs, intelligitur si, & quatenus filij sint hæredes, ib. n. 15

Si Donatio fit facta filio nascituro, si nascatur, fœmina à donatione est exclusa, ibi. nu. 16.

Donans alicui fundum, vt post illius mortem sit Ecclesiæ, potest remittere tale pactum donatario in præiudicium Ecclesiæ, Cont. 75. nu. 73.

Officium est paternum, & auitum dotare filiam, seu neptem, etiam diuitem, Cont. 131. nu. 1.

Et si Mater sit diues ad eam spectat, absque eo, quod bona fideicommissa subtracta diminuātur, ibi. nu. 11.

Et in subsidiū frater sororē dotare tenetur, n. 12.

Et in concursu cum Matre ipsa tenetur, nu. 13.

Dos amplius non dicitur Dos soluto matrimonio, nec fructus debentur, Cont. 88. nu. 4.

Duces, Comites, & Marchiones, qui sunt perpetui Domini, omnia possunt, quæ Imperator potest in suis Ciuitatibus, & Castris, Cont. 62. nu. 23.

Duo si sint hæredes, vnus succedens ab intestato, & alius secum hæres institutus priuilegium, & ius competens succedenti ab intestato prodest, & extraneo, Cont. 71. nu. 79.

E

EA, quæ fiunt eisdem loco testibus contextu, & momento dicuntur in esse, Cont. 134. nu. 6.

Ecclesia si legitimè semel bonorum possessionē apprehēderit, nulla est spes caducit. C. 91. nu. 2.

Ecclesiæ acquiritur ex sola oblatione, C. 108. n. 1.

Efficacior dicitur obligatio, dum hæredes obligantur, Cont. 53. nu. 11.

(Eius) genitiuū stat demonstratiuè, C. 139 nu. 9.

Egrotans dicitur esse in conflictu, Cont. 71. n. 49.

Eleemosina nō est de alieno facienda, Cont. 91. n. 5.

Emens rem furatam bona fide, non tenetur ad custodiam, Cont. 73. nu. 11.

Tenetur tamē docere, à quo illam emerit, vt furti præsumptionem excludat, ibi. nu. 16.

Nec tenetur ad restitutionem prety, nu. 19.

Tenetur tamen, dum factus esset locupletior, Cont. 72. nu. 9.

Emptor rei furatæ liberatur, si dat auctorem, Cont. 72. nu. 49.

Emptor stultus esset, si emeret ab administratore, n si venditor venderet duplici nomine proprio, & administratorio, Cont. 53 nu. 15.

Emptor rei furatæ tenetur restituere, vel si non habet indicare rem detinentem, Cont. 73. nu. 1. declara nu. 6. & 17.

Emptio, vide in verbo Contractus.

Ad perfectionem contractus emptionis tria requiruntur, Cont 150. nu. 1.

Vide opinionem Alberici, nu. 2.

Emphiteosis recipiens feudum in emphiteosim, cū hoc ne transeat nisi ad primogenitum, intelligitur de eo, qui tempore mortis superuixerit, etiā si sit secundo, aut tertio genitus, Cont. 79. nu. 2.

Emphiteota si impediatur possidere rē emphiteoticam, nō tenetur præstare pensionem, C. 82. n. 13.

Emphiteosis sequitur filium Monasterium ingredientem, Contr. 102 nu. 1.

Sed id non procedat repugnante voluntate Testatoris, ibi. nu. 2.

Et quando ab hærede non fuit factum inuentarium bonorum hæreditariorum si deicommittētis, ibi. nu. 3. & melius nu. 29.

Et quando substitutus est vnus ex comprehensis in inuestitura, ibi. nu. 4. 10. & 19.

Plures emphiteotæ possunt inter se diuidere, relinquere, vendere, alienare, & obligare, etiam Ecclesia irrequisita, ibi. nu. 5.

Emphiteosis Ecclesiastica licitè concedi potest alteri Ecclesiæ, Cont. 112. nu. 1.

Nisi extaret pactum ne in aliam Ecclesiam alienari posset, vel in potentiorem, ibi. nu. 4.

Et eſt in optione Eccleſiæ dominæ directi dominj
canonẽ recipere, vel vẽ pro ſe retinere, ibi.nu.2.
Emphiteoſis præſumitur ſolemniter conceſſa ex
curſu 30. annorum, Cont. 112. nu.6.
Tria copulatiuè requiruntur, vt quis ob deterio-
rationem cadat ab emphiteoſi, ibi. nu. 7. Vide
in verbo Liuellus.
Enunciatiua verba dicuntur diſpoſitiua in mate-
ria additionis hæreditatis, Cont.62.nu.2.
Enunciatiua vnica non probat etiam in antiquis,
Cont.103.nu.4.
Maximè ſi contingat dubitari ſuper enunciato,
Cont.103.nu.5.
Iſi nu. differentia, an enunciatiua ſit in Inſtrumẽ-
to, vel in actu iudiciali, ibi. nu.6.
Enunciatiua dicitur vnica, licet Inſtrumẽta ſint
plura, dũ vnus tantũ Not. eſt rogatus, ib.n.11.
Nec ſi plures eſſent debent admitti, dum nõ con-
ſtat de effectuatione Inſtrumentorum, Contr.
103.nu.12.
Epiſcopus poteſt erigere nouam dignitatem, dum
ab vniuerſa Eccleſia alibi fuerit approbata.,
Cont.122.nu.1.
Epiſcopus non poteſt concedere, vt Iudex laicus
interponat auctoritatem in cauſa Clerici, Cont.
143.nu.13.
Error ſemper præſumitur, ſi id, quod ſequitur cũ
præſationibus, vel tractatu non congruit, Cont.
124.nu.3.
In dubio potius error, quam falſitas præſumi-
tur, ibi. nu.4.
Error in nomine non vitiat contractum, nec hæ-
redis inſtitutionem, Cont.128.nu.6.
(Eſſe volui) dicitur verbum obliquum, C.52.n.4.
(Et) copula reſoluitur in diſiunctiuam, quando Te-
ſtator inſtituit Patrem, & filium, C.69.nu.7.
Euictionis promiſſio facta pro rata expreſſa debet
cõmenſurari habito reſpectu ad totũ, C.89.n.6.
Et ſi promiſſio ſit facta de relaxando bona, quate-
nus ſequatur inſta, & valida euictio tres requi-
runtur ſententiæ, Cont.90.nu.4.& 13.
Et ſententiæ debent eſſe conformes, ibi. nu.5.
Euictio non habet locum, quoties auocatur ſola
poſſeſſio, ſiue per hippotecariam, ſiue per Sal-
uianum, ibi. nu.11.
Examinatis teſtibus teſtamentarijs, Iudex poteſt
publicare teſtamentum, Cont.71.nu.8.
Excluſo vno, cenſentur omnes ab eo deſcendentes
excluſi, Contr.63.nu.3.& Cont.87.nu.21.
Executio impeditur, dum quis in continenti pro-
bare ſe offert, Cont.68.nu.11.
Executio fieri non poteſt, dum tertius ſe opponit,
& eius iura ſunt per Iudicem examinanda.,
Cont.101.nu.1.& 3.
Et dum in proceſſu non fuit citatus, ibi. nu.2.
Et ſi mãdatũ ſit relaxatũ à S.Rota, ibi. nu. 3.
Executione ſemel facta ſuper vna re non poteſt
Creditor illi renontiare, C.125.n.21.
Executorum teſtamentariorum fides eſt diligenter
examinanda, Cont.91.nu.6.
Executores teſtamentarij, quibus commiſſa eſt de-
claratio voluntatis teſtatoris, debent declarare
citatis hæredibus, & poſſeſſoribus, C.91.n.17.
Nec ſtatur eorum declarationi, etiã cũ iuramẽto,
dũ non ſint perſonæ probæ, & honeſtæ, ibi.nu.5.
Exempti tenẽtur ad vias reparãdas, C.144.nu.8.
Exequutio eſt prohibita, quando verba requirunt
vnitatem, & non ſictionem, Cont.87.nu.19.
Exiſtentia rei furatæ eſt probanda per allegãtem,
Cont.73.nu.18.
Ab expenſis excuſatur, qui habet inſtam cauſam
litigandi, Cont.86.nu.3.
In Expenſis faciendis non datur certa regula.,
Cont.59.nu.2. Et ſufficit iuramentum expeu-
dentis, ſeu ſcribentis, nu.3.
Et ſemiplena ſufficit probatio, nu.4.
Expreſſio valoris mon. nõ tollit augmẽ. C.86.n.2.
Expreſſio erronea contrahentibus obeſſe nõ debet,
Cont.124.nu.1.
Extenſio de perſona ad perſonam non admittitur,
Cont.104.nu.8.
Et ob cauſam ſeruandæ æqualitatis, ibi.nu.9.
Extenſio non eſt facienda, quando tranſueſales
eſſent meliores conditionis, quam eſſent deſcen-
dentes, Cont.100.nu.14.
Extenſio legis nouæ non reſtringit actũ de præte-
rito, & ſic cõſtitutio noua nõ trahitur ad præ-
terita connexa inſeparabilia, C.135.n.21.30.
Extenſio non fit in fideicõmiſſis de perſona ad per-
ſonam, nec de caſu ad caſum, Cont.63.nu.5.
Extenſio non eſt facienda de legitimatis per ſubſe-
quens matrimonium ad præiudicium natorum
in matrimonio, Cont.87.nu.8.
Maximè dum teſtator ſe declarauit, nu.9.
Extorſio ad hoc, vt ſit punibilis tria requiruntur,
Cont.148.nu.19.

F

FActum ob timorem non ſuſtinetur, Cont.148.
num.3.
Factum eſt probandum ab actore, Cont.60.nu.7.
Falcidia non deducitur ex legato pio, Contr.76.
nu.4. Declara nu.5.
Falcidia debetur hæredi ex vſufructu, C.104.n.7
Falcidia deducitur ex donatione cauſa mortis,
Cont.134.nu.10.
Falcidia titulo vniuerſali hæreditario debetur,
Cont.128.nu.3.
Falcidiæ prohibitio expreſſè debet fieri, ibi.nu.4.

Falsitas non ita de facili cõmittitur coram Patre Spirituali, sicut corã extraneo, Con. 71. n. 44.

Falsi sola suspitio tollit fidem testi, Con. 72. n. 13.

Familiæ appellatione veniunt fœminæ saltem post masculos, Contr. 90. nu. 28. 31. 36. & 39.

Maximè dum donans simpliciter vsus est verbo liberorum, ibi. nu. 29.

Familiæ appellatione intelligitur de familia Testatoris, Cont. 104. nu. 10.

Fauore piæ causæ non euanescit vocatio, etsi posita sit in conditione, Cont. 69 nu. 6.

Federicus de Senis conf. 228. reprobatur, Contr. 52. nu. 36.

Faneratores solent tam occultè tractare, vt vix conuinci possint, Contr. 56. nu. 2.

Et idcircò ad probationem sufficiunt coniecturæ, præsumptiones, argumenta, & verisimilitudines, ibi. nu. 3.

Fœminæ de agnatione post masculorum mortem dicuntur vocatæ, dum Testator expressit bona nolle egredi è domo, familia, & nomine, Cont. 89. nu. 13.

Fœminæ nomine filiorũ non veniunt, Con. 63. n. 2.

Fœmina non potest assumere nomen, & cognomen Testatoris masculi, Cont. 65. nu. 19.

Fœmina non succedit in feudis, Cont. 51. nu. 24.

Fœminæ dicuntur excluſæ, etiam si sint vocatæ post masculos, & masculi extent, Contr. 100. num. 5.

Fœminæ semel excluſæ semper dicuntur excluſæ, & omnes ab eis descendentes, Contr. 100. nu. 6. & Cont. 139. nu. 11.

Maximè si extet statutum fœminarum excluſiuum, ibi. nu. 7.

Et subſtitutio sit facta per nomina appellatiua, ibi. nu. 8.

Ex vocatione fœminarum non conſideratur agnatio, Contr. 51. nu. 14.

Fœminæ non veniunt appellatione proximiorum, quando est vocata familia, Cont. 110. nu. 13.

Fœmina post mortẽ patris non conſeruat agnationem, Cont. 143. nu. 20.

In feudis tenor primæ inueſtituræ attenditur post habita ſucceſſionis natura, & omiſſa feudorum conſuetudine, Contr. 51. nu. 1. & 27.

Feudi natura est genus, & inueſtitura est species, ibi. nu. 2.

Tacitum, quod deficientibus masculis ſuccedant fœminæ ſe concordat cũ ture ſcripto, vt quamdiu ex eo, qui primus feudum accepit ſit deſcendens maſculus non ſit locus fœminæ, etiam ſi feudum ſemel tranſiuiſſet ad fœminam, Contr. 51. nu. 21.

In materia feudali nulla est differentia inter maſculum ex maſculo, & maſculum ex fœmina, quando maſculi ſunt in inueſtitura comprehenſa, Contr. 51. nu. 5.

In feudis non datur tranſitus de vna linea ad aliã, ibi. num. 8.

In feudi ſucceſſione non attenditur proximitas reſpectu perſonæ eius, à quo feudũ incipit, ib. n. 17.

Non est curandum quo tramite feudum deſcendat, ſed & prima radix, & principium d. Cont. 51. num. 22.

Primus acquirens poterit diſponere de feudo, ſed non alij in inueſtitura comprehenſi, eo quod alijs comprehenſis non potest tolli ius quæſitum, etiam in ſpe, ibi. nu. 9.

Si diſputetur inter confeudatarios cauſæ cognitio ſpectat ad Supremum Dominum, & non ad confeudatarios, Contr. 62. nu. 1. declara n. 16.

Feudatary Sanctæ Romanæ Eccleſiæ non poſſunt ſubijci alijs principibus, nu. 6. declara nu. 8.

Feudum propriè dicitur, quando pendet à mera liberalitate, & ob fidelitatem, ſeu ob ſeruitium præſtitum, Contr. 62. nu. 18.

Feuda, & dignitates pertinent ad primogenitum, Contr. 80. nu. 8.

Feudum conceſſum ab Imperatore dicitur Regale dignitatis, & indiuiduum, ibi. nu. 9. & in eo non cadit diuiſio, nu. 10.

Feudum licet non poſſit alienari in præiuditium ſucceſſorum, potest tamen relinqui vni ex vocatis, & comprehenſis in inueſtitura, ibi. n. 13.

In feudis ſufficit ſecundo genitis habere vitam, & militiam, Contr. 80. nu. 22.

Fideicommiſſum principaliter inſtitutum propter maſculos debet tranſire ad maſculum per fœminam, & non ad fœminam, Cont. 65. n. 12.

Fideicommiſſum in contractu non ſuſtinetur, ſi quinque Teſtes in contractu non interuenerint, Contr. 75. nu. 4.

Fideicommiſſum ſi ſit æquale per fideicommittentes abſolutè remitti poteſt, ibi. nu. 11.

Fideicommiſſarius actionem habet contra alienãtem ad pretium, Contr. 78. nu. 7.

Fideicommiſſum expirat, ſi prædecedat ſubſtitutus, & bona remanent libera, Cont. 104. n. 6.

Fideicommiſſarius dicitur creditor ſpei, Contr. 88. nu. 20.

Fideicommiſſum inducitur quotieſcumq; aliter voluntas Teſtatoris non poſſit ſeruari, Contr. 69. nu. 3.

Verba Teſtatoris deſiderij denotantia ſufficiunt ad fideicommiſſum, Cont. 69. nu. 10.

Fideicommiſſum in contractu, donatione immo in Epiſtola conſtituti poteſt, Cont. 75. nu. 1. contrarium declaratur, nu. 2.

INDEX.

In Fideicommisso vniuersali non continentur ea, quæ alio iure ad hæredē spectant, C.104.n.11.

Fidcicommissum fieri potest, & in bello, & nutu, & sine scriptura, Cont.129.nu.4.

Fideicommissum inducitur, quando quis expressit se esse intenti onis, vt bona conseruentur, vel in familia, vel in descendentibus, Cont.129.n.9.

Fdeicommissum reale in dubio non præsumitur, Contr.110.nu.10.

Fideicommissum inducitur per verba denotantia tractum temporis in infinitum, Con.115.n.3.

Ex verbis vniuersalibus Testatoris videntur comprehensa bona etiam aliys fideicommissis subiecta, ibi. nu.5.

Fides Baptismatis non probat filiationem, Contr. 149. nu.4.

Fiduciarius hæres veluti custos, & depositarius, omnia restituere debet, Contr. 128. nu.1.

Fiduciarius non potest dici ille, qui vti administrator, & gubernator eligitur, C.128. nu.2.

Fideiussor debet indemnis conseruari ex naturæ fideiussioni, Contr.82.nu.1.

Si non fuit diligens, nec opposuit debitas exceptiones, soluens repetere non potest, ibi. nu.8.

Sed culpa lua fuit exactus, nu.9.

Fideiussor liberatur, dum creditor potuit exigere, & non exegit, Cont.129.nu.11.

Fideiussor de euictione ad aliud non tenetur, nisi rem defendere, Cont.125.nu.31.

Filiatio si sit probata, dicitur probata legitimitas, Cont.78.nu.11.

Filius hæreditatem patris acceptando subijcit etiam portionem legitimæ fideicommisso à patre instituto, Cont.74. nu.3.

Filius hæretici est exclusus ab omni successione, Cont.66. nu.2.

Filia fœmina hæretici est melioris conditionis, quã masculus, ibi.nu.3.

Filius tenetur relinquere allimenta cibi, potus, & vestitus matri, Cont.71.nu.1.

Nec imputantur in legitima, ibi.nu.2.

Filiatio non dicitur probata, si non constet de matrimonio, & quando prætensus pater pro filio, quem non nominauerit, Cont.100.nu.10.

Filij in dubio non extante matrimonio præsumuntur spurij, ibi.nu.12.

Vulgo quæsitus patrem certum demonstrare non potest, ibi.nu.17.

Filiæ debetur legitima, vel saltem Dos congrua, Cont.138.nu.13.

Nec debet esse deterioris conditionis, si altissimo famulari velit, ibi. nu.14.

Filij legitimi, & naturalis appellatione venit legitimatus per rescriptum, Cont.129.nu.15.

Filij spurij non possunt hæredes instituí, Contr. 116. nu.1. & 117. nu.15.

Nec sunt Deo amabiles, nec minus hominibus honorabiles, nec in bello fortes, Cont.116.n.2.

Et quoad leges dicuntur infames, saltem infamia facti, ibi.nu.3.

Nullaq; cautela dari potest, vt spurius à Patre instituatur, ibi.nu.4.

Filij quando sunt industrioſi tunc intrat præsumptio bona potius esse propria, quam paterna, maximè si à morte patris intercedit multum tempus, Cont.103.nu.2.

Filius non præsumitur hæres, nisi probetur se immiscuisse in hæreditate paterna, C.104.nu.4.

Filius semper est legitimus contradictor, Contr. 109.nu.10.

Filij masculi ex filiabus possunt dici filij, & descendentes masculi, Cont.100.nu.2.eo magis, quando Testator instituit filios ex filiabus, Cont.110.nu.3.& 8.

Filius spurius non potest dici de Agnatione, Cont. 110. nu.5.& 15.

Filij Presbyterorum dicuntur incestuoſi, adulterini, & sacrilegi, tamquam nati ex sponso Ecclesiæ, Cont.135. nu.1.

Et tales non possunt per Papam, & Imperatorem legitimari, sed tantum dispensari, ibi.n.2.

Et eo minus possunt legitimari à Co. Palatino, num.10.

Nec minus talis proles, & descendentes possunt succedere, & debent seruire Ecclesiæ, vbi pater erat Sacerdos, nu.3.

Filij duo si sint hæredes instituti tertio nato, & ipse intelligitur æqualiter institutus, dum pater improuisè moritur, Cont.135.nu.19.

Filius non præsumitur hæres patris in odiosis, nisi probetur, Cont.78. nu.1.

Filius, qui ex posi nascitur ex verisimili mente patris in institutione comprehenditur, Contr. 78. nu.12.

Filius potest tacitè, & expressè consentire secundis nuptijs matris, Cont.81. nu.3.

Etiam si sit minor, nu.4.

Immo impubes, nu.11.

Vel si maritus dedisset licentiã nubendi, ibi.n.5.

Vel si filius vltra scientiam, & taciturnitatem alios actus posituos fecisset, nu.6.9.& 13.

Et si non tesletur, videtur remittere matri pœnam, vt sibi succedat, nu.12.

Filia nupta remanet sub potestate patris, exceptis obsequijs maritalibus, Cont.95. nu.2. & Cont. 96. nu.1.

Filia à patre est dotanda, etiam si sit diues, Contr. 95. num.4.

Filius ingressus Monasterium, non amplius habetur pro filio, nisi ficte, Cont. 122. nu. 18.

Filiatio debet esse certa, ad effectum, vt prouideatur de alimentis, Cont. 149. nu. 1. 3. & 16.

Non probatur per alimentorum præstationem, ibi. nu. 9.

Nec per nominationem, nu. 10. dum non agitur de iusta, & legitima filiatione, nu. 13.

Quasi possessio filiationis non est potens ad obtinendum in petitorio, nu. 11.

Filiatio non potest dici probata, dum quis est vulgò conceptus, nu. 12.

Floppæ, & aliæ arbores vicino damnum inferentes, debent succidi, Cont. 130. nu. 1.

Nedum de iure municipali, sed & de iure communi, ibi. nu. 2.

Flumen priuatum dicitur, quod non omni tempore fluit, Cont. 131. nu. 9.

Forenses tenentur seruare statuta loci contractus, Cont. 111. nu. 9.

Forma in Breui Summi Pontificis data est seruanda, & non per æquipollens, Cont. 77. num. 15. & 22.

Foueæ sunt de publico, prout viæ publicæ, Contr. 123. nu. 6.

Et quilibet potest ibi mittere animalia ad pascendum, & bibendum, ibi. nu. 7.

Frater fratrem alere tenetur, Cont. 80. nu. 26.

Frater etiam de proprio tenetur dotare sororem, Cont. 113. nu. 7.

Lex non confidit de fratre, sicut de patre, Contr. 138. nu. 9.

Fructus, qui non reperiuntur, præsumuntur consumpti, Cont. 68. nu. 2.

Fructus si quis percipit ex re acquisita contra formam statuti, dicitur malæ fidei possessor, Cont. 99. nu. 3.

Fructus ex re vendita quinque annorum eœquant verum rei valorẽ, ibi. n. 6. & Con. 131. n. 16.

Fructus ad rationem quinque pro centenario admittuntur, dum ex immobilibus debẽtur, Cont. 104. nu. 16.

Fructus ex coniecturis possunt probari, Cont. 131. num. 17.

Fundus si legetur, etiam si sit alienus debetur, vel æstimatio, Cont. 54. nu. 7. & 11.

G

Gammar. de officio, & auctoritate Legati lib. 2. tit. de var. ord. nu. 154. in fine, & lib. 5. in tit. de potestate Legati in vniendo n. 153. & seq. & omnes alij loquuntur de vnionibus, & dissolutionibus beneficiorum, & non Ciuitatum, & Castrorum, Cont. 142. nu. 41.

Glosa in c. cum olim extra de consuetudine declaratur, Cont. 122. nu. 3.

Gratian. in discept. c. 554. declaratur, Cont. 103. num. 7.

Gratia ex subreptione obtenta nullius est roboris, Cont. 77. nu. 18.

Gratia Principis inter impossibilia reputatur, Cont. 57. nu. 6.

Gratia Principis, & si debeat intelligi sine præiudicio tertij, nihilominus de præiudicio non curatur, dum dispositio principalis aliud continet, Cont. 122. nu. 17.

Gratia non dicitur, si non aduersetur dispositioni iuris communis, ibi. nu. 18.

Grauamen non potest imponi in legitima filio debita, Cont. 74. nu. 1.

Grauatus non potest in fideicommisso præiudicare substituto, Cont. 77. nu. 22.

H

Habilitatus ad ætatem, non dicitur habilitatus ad alienationem bonorum, Cont. 138. num. 10.

Habitans in aliqua Ciuitate per decennium, præsumitur habuisse animum ibi habitandi, Cont. 145. nu. 2.

Licet Ciuilitas origine contracta sit immutabilis, id non procedit quoad ius, & effectum resultantem ex dicta Ciuilitate, ibi. nu. 3.

Habitantes in domo, præsumuntur præsentes gestis in domo, Cont. 73. nu. 25.

Hæres, qui non confecit inuentarium, insolidum cum defuncto tenetur, Cont. 113. nu. 2. & 6.

Hæres semel semper hæres, Cõt. 113. nu. 5. & 10.

Hæres, qui adiuit hæreditatem cum beneficio inuentarij sibi non præiudicat, Cont. 104. nu. 12.

Hæres representat personam defuncti, Contr. 98. nu. 7.

In hærede præsumitur ignorantia, Cont. 60. nu. 5.

Hæredis institutio fieri potest quibuscumque verbis, dummodo ex eis appareat de voluntate testatoris, Cont. 71. nu. 7.

Nec potest dici de incertitudine hæredis, dum ex futuro euentu illius persona potest certificari, Cont. 76. nu. 1.

Hæreditatis aditio probatur per constitutionem Procuratoris, Cont. 64. nu. 1.

Eo magis si sit Procurator specialis, nu. 2.

Hæreditatis aditio non præsumitur, Cõt. 78. nu. 8.

Hæreditas aditur solo animo, nu. 4.

Et sufficit, quod quis dicat volo adire, nu. 5.

Hæreditatis incapax non potest illã ad alios trãsmittere, Cont. 70. nu. 6.

Hæres cum beneficio legis, & inuentarij potest ne-

venire contra alienationem in contractu factã à defuncto, Contr. 88. nu. 1.

Hæres sine inuentario non tenetur ratificare contractũ iniquum, nam defunctus si viueret posset, non obstante promissione rati eisdem defensionibus, vti quibus potest ille, pro quo de rato promisit, ibi. nu. 2.

Imò sibi competeret restitutio in integrum, nu. 3.

Hæres potest contrauenire facto defuncti ex iure superuenienti, Cont. 88. nu. 10.

Hæres potest bona fideicommissis subiecta vendicare, & si vti hæres personali actione teneretur, Contr. 88. nu. 9.

Hæreditas potest agnosci vsq; ad triginta annos, Cont. 98. nu. 6.

Hæres nominatus si non habet qualitatem à Testatore desideratam excluditur, Cont. 106. nu. 1. & 8.

Hæres cum beneficio inuentarij tenetur in quãtum paterentur vires hæreditariæ, Cont. 107. nu. 7.

Hæretici filius est exclusus ab omni successione, Contr. 66 nu. 2.

Hypotheca exerceri non potest ante adu&tum dicti solutionis destinatæ, Cont. 82. nu. 12.

Hypotheca generalis in clausulis generalibus cẽsetur apposita ex stilo Notary, C. 90. nu. 26.

Hypotheca extinguitur facta exactione pecuniæ, etiam ad præiuditium creditoris anterioris, Cont. 131. nu. 7.

Hypothecaria actio est realis, & sequitur fundum, ibi. nu. 8.

Homo nascitur bene sensatus, Cont. 71. nu. 23.

Historiæ, & Cronicæ de per se probant, Contr. 142. nu. 5.

Eo magis si agatur de facto antiquo, ibi. nu. 35.

I

Dentitas bonorum non probatur, quando à decessi Testamenti ad diuisionem inter hæredes intercessit multum tempus, & ipsi hæredes sunt industriosi, Cont. 104. nu. 3.

Ignorantia præsumitur in hærede, Cont. 60. nu. 5.

Retractari potest contractus ab ignorante ius sibi competere, Contr. 66. nu. 5.

Non obstante iuramento, ibi. nu. 6.

Immunitatis concessio præsumitur personalis, dum præcedunt personæ rebus, Contr. 140. num. 1. contra nu. 9.

Maximè si in concessione leguntur verba personalissima, Cont. 140. nu. 2.

Etiam si sit facta ex causa meritorum, ibi. nu. 3. contra nu. 1.

Qui per viginti annos nõ soluit gabellas, & grauamina, præsumitur solemniter, & legitimè immunis factus, etiam sine titulo, C. 140. n. 16.

Immunitas est odiosa, Cont. 144. nu. 1.

Non operatur in casu necessitatis, ibi. nu. 2.

Immunitas concedi debet per duas ex tribus partibus eorum, qui eam concedere possunt, ibi. nu. 4.

Et eo ipso, quod incipit proximum damnificare dicitur reuocata, ibi. nu. 5.

Incapax hæreditatis non potest illã ad alios transmittere, Contr. 70. nu. 6.

Incertitudo hæredis non potest dici, dum ex futuro euentu illius persona potest certificari, Cont. 76. nu. 1.

Infans, seu lactans minor triennio debet ali à Matre, Contr. 149. nu. 2.

Inferior non potest ligare superiorem, Cont. 121. num. 5.

Infirmitas etiam atrox, & vehemens non impedit quem testari, dummodo articulatè, & intelligibiliter Testator loquatur, Cont. 71. nu. 24.

Iniuria non potest dici facta filio, dum Mater nobilissimo viro secundo nupsit, Cont. 81. nu. 14.

Insinuatio non requiritur in capitulis matrimonialibus, Cont. 143. num. 14.

(Instituo) verbũ in specie subalterna acceptum, ita conuenit institutioni, sicut substitutioni, Cont. 52. nu. 1.

Et in genere sumptum dicitur generale, & non ad directam magis, quam ad obliquam institutionem referri potest, ibi. nu. 2.

Et si referatur ad fideicommissariam, fideicommissum importat, ibi. nu. 3.

Institutio vniuersalis in totum debet subsistere, aut in totum corruere, Cont. 54. nu. 5.

Institutio hæredis fieri potest quibuscunq; verbis, Cont. 71. nu. 7.

Instrumentum si sit conuentum, vt reducatur ad consilium sapientis, Iudex loco illius potest succedere, Cont. 129. nu. 12.

Instrumenta, & acta publica dicuntur probationes probatæ, Contr. 142. nu. 7.

Interpretatio est facienda ne sequatur absurdum, Contr. 100. nu. 3.

Interusuria dotalia debentur viro pro sustinendis moribus matrimonij, Cont. 113. nu. 11.

Et statim debentur post terminum destinatæ solutionis dotis, ibi. nu. 12.

Et id procedit non solum in patre, sed etiam in quolibet extraneo dotem promittente, ibi. n. 13.

Inuentarium præseruat hæredem à damno, non à commodo, Cont. 131. nu. 6.

Et conseruat eum in eo statu, in quo reperiebatur ante additionem, ibi. nu. 2.

Et illius beneficium potest allegari ante, & post sententiam, ibi. nu. 3.

INDEX.

Inueſtitura nouat, & mutat natnram feudi, Cont. 51. nu. 3.

Et omnes ſubſequentes inueſtituræ cenſentur factæ ſecundum conditionem primæ, ibi. num. 4. & 30.

Inueſtitura ſi ſit facta pro maſculis, & iis deficientibus pro fœminis, maſculus ex fœmina fœminæ præferendus eſt, Cont. 51. nu. 2.

Etiam quod maſculus ſit remotior, ibi. nu. 2.

Inueſtitura feudi ſi fiet pro ſe, & ſuis filijs, pater feudum poteſt relinquere vni filio, & reliquos excludere, Contr. 80. nu. 4.

Iosaphat Rex Ioram filio primogenito Regnum tradidit, cæteriſq; ſeptem filijs aurum, & argentum reliquit, Cont. 80. nu. 5.

Iudex concedendo immiſſionem non cenſetur velle præiudicare non citato, Cont. 109. nu. 2.

Iudex vendens nullam habet actionem, ſed tantum Creditor vt res vendita ſibi tradatur poteſt agere, Con. 125. nu. 20.

Iudex incertum in inſtrumento promiſſum poteſt taxare, ibi. nu. 7.

Iudices debent eſſe prompti ad capiendos libros, & ſcripturas vſurariorum, Contr. 114. nu. 6.

Index non conſtito de corpore delicti, non poteſt procedere, Contr. 127. nu. 1. & 92. nu. 1. & 148. nu. 8.

Et debet conſtare, quod dolo, & ſcelere cõmiſſum ſit, nu. 9.

Iudex debet ſyndicari de geſtis per ſuã familiam, Cont. 147. nu. 9.

Iudicis delegati à ſupremo Principe maior eſt auctoritas, quã alterius ordinarij, Cont. 61. n. 1.

Iudex non poteſt cognoſcere de delicto cõmiſſo extra territorium, Cont. 92. nu. 4.

Iudex debet cognoſcere id ſuper quo iudicat, Cont. 77. nu. 1.

Iudex primus non poteſt præcipere ſecundo, ne in cauſa ſe ingerat, Contr. 61. nu. 2.

Iudex qui poteſt iudicare ſola facti veritate inſpecta, poteſt iudicare prout Deus iudicaturus eſſet, Cont. 101. nu. 7.

Ius dicere, & æquitatem ſtatuere differt à punitione ſiliorum, & ſimilium, Cont. 121. nu. 11.

Iuriſdictiones non debent ſcindi in plures partes, Cont. 110. nu. 9.

Iuriſdictio quid ſit, Cont. 122. nu. 12.

In iuditio derogationis debent citari qui prætendunt intereſſe, Contr. 77. nu. 5.

Iuramentum per errorem præſtitũ non ligat, Cont. 62. nu. 4.

Iuramentum fidelitatis quid contineat, declaratur, Cont. 62. nu. 11.

Iuramentum habet vim geminationis, ibi. nu. 21.

Iuramẽtum habet vim clauſulæ omni meliori modo, Con. 78. nu. 2.

Iuramentum in clauſulis generalibus, & executiuis præſumitur appoſitũ ex ſtylo Notarij, Cont. 91. num. 15.

Nec trahitur ad ea, quæ exprimi, & ſpecificari debent, ibi. nu. 16.

Iuramentum non alterat donationem cauſa mortis Cont. 134. nu. 8.

Non ſufficit Notarium dicere teſtes iurauſſe, dum non adijcitur corporaliter manu tactis ſcripturis, Cont. 148. nu. 21.

Ius accreſcendi habet locum in donatione, eo magis ſi ſit facta à Principe, Contr. 66. nu. 4.

Iuri accreſcendi locus eſt ex coniunctione reali, Contr. 115. nu. 2.

Ius adeundi requiritur in hæreditate tranſmittentis, Contr. 98. nu. 5.

Iuſpatronatus non poteſt donari cum licentia Vicarij Epiſcopi, Cont. 122. nu. 14.

De Iurepatronatus, & benefitijs erectis ante Concilium Tridentinum, per quadraginta annos non eſt diſputandum, Cont. 122. nu. 20.

L

Laderchius conf. 24. reprobatur, C. 78. n. 13.

Laicus non poteſt exercere iuriſdictionem etiam voluntariam in Clericũ. Cont. 143. n. 12.

Legatus de latere concurrit cum Epiſcopo, Cont. 122. nu. 1.

Legatus etiam de latere non poteſt violare ius cõmune, Cont. 116. nu. 18. & Cont. 142. nu. 37.

Nec poteſt tollere Statuta Ciuitatis, ibi. nu. 38. & 40.

Legatus de latere dicitur Iumptus de latere Papæ, Cont. 122. nu. 16.

Legatus de latere non poteſt reuocare vnionem factam per Papam, Cont. 142. nu. 14.

Legato de latere non creditur, dum agitur de præiuditio alterius, Contr. 142. nu. 20. & 44.

Teſtator cenſetur legare illud ius, quod habet etiam ſi eius morte extinguatur, Contr. 54. nu. 9.

Limitatur ſi teſtator ſciebat, quodnam ius haberet, ibi. nu. 2.

Item ſi conſtet talem fuiſſe mentem Teſtatoris, quia debetur æſtimatio ſi aliena ſit, ibi. nu. 3.

Et quando bona per Teſtatorem ſunt ſpecificata, & Legatum factum eſt conſanguineis, ibi. n. 4.

Fundus ſi legetur, etiam ſi ſit alienus debetur, vel æſtimatio, ibi. nu. 7. & 11.

Quando Teſtator reliquit fideicommiſſarijs aliqua bona pro omni eo, & toto quod prætendere poſſunt, cenſetur legaſſe bona reſtitutioni fideicommiſſi ſubiecta legatario, ibi. nu. 12.

Res

Res aliena legari potest, Cont. 80. nu. 19.
Legatum non potest conferri in apertam alterius voluntatem, Cont. 91. nu. 1.
Lex scripturas C. qui potiores in pignore habeantur, declaratur, Cont. 74. nu 6.
Lex creditor §. fin. ff. de distract. pignor. exorbitat à regula, de qua in l. si ita quis, §. ea lege ff. de verb. oblig. Cont. 90. nu. 25.
Leges ciuiles non dedignantur imitari sacros Canones in matrimonijs, & vsuris, Cont. 56. nu. 1.
Legibus, & non exemplis est iudicandū, Cont. 148. num. 32.
Legitima à patri debetur, Cont. 111. nu. 10.
Nec per quamcumq; generalem dispositionem excluditur, ibi. nu. 14.
Legitima in bonis filiæ prius fauore patris est deducenda, ibi. nu. 15.
Legitimæ matris portio est tertia eius, quod ab intestato esset habitura, Cont. 67. nu. 1. 3 6 9.
Legitima non potest peti, nisi ab his, qui ab intestato succedunt, Cont. 80. nu. 23.
Aliud enim est vt de successione ascendentis, aut transfuersalis agatur ad hoc, vt legitimati per subsequens matrimonium admittantur, Contr. 87. nu. 17.
Legitimationis, vel priuilegij verba generalia non comprehendunt plurimum odiosos C. 135. n. 8.
Et in tali legitimatione debet exprimi, non obstante constitutione conciliari, ibi. nu. 9.
Legitimationi, seu dispensationi factæ à Papa nemo potest se opponere, Contr. 135. nu. 20.
Legitimatus habetur, ac si natus esset quis in matrimonio, Cont. 75. nu. 6.
Secus si constet de voluntate contraria disponentis, ibi. nu. 7.
Legitimatus est incapax emphiteosis ecclesiasticæ, Contr. 75. nu. 10.
Legitimatus venit appellatione lineæ, Co. 84. n. 3.
Legitimati per subsequens matrimonium admittuntur ad successionem, Cont. 87. nu. 1.
Declara, nu. 5. & 14.
Et succedunt in feudis, & in nobilitate, & possunt promoueri ad Episcopatum, nu. 1.
Legitimati ex subsequenti matrimonio, ex peccato orti sunt, Cont. 87. nu. 11.
Legitimatio de sui natura non retrotrahitur, Contr. 87. num. 13.
Comes Legitimanti est exprimenda qualitas personæ legitimandæ, Cont. 100. nu. 11.
Legitimatio ex malitiosa taciturnitate vitiatur, ibi. nu. 13.
Legitimatio non præcedente præordinatione patris defuncti, est faciendo cum citatione consanguineorum, Contr. 100. nu. 15.
Nec potest retrotrahi ad tempus mortis patris, ibi. nu. 16.
Legitimatio filiorum esse non potest, si sint nati ex eis, inter quos esse nun potest matrimonium, Cont. 117. nu. 16.
Legitimati etiam à Principe, non succedunt in bonis emphiteoticis Ecclesiæ, Cont. 126. nu. 8.
Lenocinium non præsumitur sine quæstu, Contr. 127. nu. 3.
Læsio consideratur ex inæqualitate, Con. 88. n. 27.
In cognoscenda læsione Iudex ex officio non concludentibus peritis, potest rerum determinate æstimationem, Cont. 88. nu. 28.
Liberato conductore, est liberatus fideiussor, Cont. 82. nu. 7.
Libelli porrectio est de substantialibus iuditij, vt Iudex secundum illius formam debeat proferre sententiam, Cont. 104. nu. 1.
Nec per partes remitti potest, ibi. nu. 2. & Cont. 116. nu. 15.
Libellus famosus dicitur, qui in Cartella subijcit maiorem dignitatem inferiori, & subditos, Cont. 121. nu. 6.
& talis Cartella potest, & debet impune lacerari, ibi. nu. 7.
Liberorum appellatione omnes in infinitum continentur, Cont. 139. nu. 8.
Libris standum est tam pro scribente, quam contra scribentem, Cont. 58. nu. 1.
Requisita ad hoc, vt libris credatur legantur, ibi. nu. 2.
Si libri, vel partitæ in aliqua parte verificentur, in totum probant, ibi. nu. 3.
Libro factoris standū est etiam contra Dominum, standte approbatione facta de eius persona, ibi. num. 5.
Libris administratoris, & factoris in aliqua parte verificatis, standum etiam in magnis summis, Cont. 59. nu. 1.
Dominus videtur libros administrationis tacens, & non conquerens, videtur fateri contenta in eis esse vera, Cont. 59. nu. 5.
Libri, scripturæ, & Instrumenta hæreditaria debent stare penes proprietarium, & non penes vsufructuarium, Cont. 55. nu. 19.
Linea vocata sunt vocati descendentes, Cont. 110. num. 1.
Linea fœminarum non consideratur, quando Testator vocando proximiores de domo, & familia adiecit nomen, & cognomen suæ familiæ, ibi. nu. 6.
Liquidæ portiones non possunt retineri, si remanent aliæ illiquidæ, Cont. 115. nu. 1.
In Libellis non datur caducitas, Cont. 150. n. 15.

Luellus, & emphiteosis non sunt dissimiles, ibi. num.20.

Locatio prima dicitur nouata dum fit secunda, Cont.60.nu.1.

Locator ad duo tenetur, nempè ad præstandum rē locatam, secundo efficere, vt conductor bonis cōductis frui possit, Cont.82.nu.2.

Locumtenens habet eandem potestatem, Contr. 122. nu.15.

Lucrum vide in verbo prætendens.

M

MAndatum de manutenendo est concedēdum ei, qui probauit semel anno præcedēti duxisse aquam per eius foueam, Cont. 133. nu.2.

Mandatum Domini suæ familiæ, non tribuit ius fisco agendi, maximè cessante dolo, Contr.148. nu.26.& 31.

Mantica decis. 114.declaratur, Cont.122.nu.21.

Masculus superueniens non excludit fœmmam, Cont.51.nu.13.

Quod declara, ibi. nu. 16.

Masculinum in contractibus non concipit fœminium, Cont.143.nu.2.

Maximè dum verba sonant in masculinum, ibi. nu.5.& 19.

& idcircò filiorum appellatione non veniunt fœminæ, ibi. nu.4.& 8.

Maximè repugnante voluntate donantis, ibi. nu. 9.& 18.

& quando addatur, & descendentes, ibi. nu.5.

Masculi si sint vocati, debēt intelligi de masculis, ex masculis, Cont.63.nu.4.

Masculorum, & fœminarum promiscua est successio, Cont.65.n.7.

Mater potest transigere de re filiorum, Cont.107. nu.1.& 4.

Dum non agitur de castrensi, seu quasi castrensi peculio, & solus timor litis sufficit ad sustinendam transactionem, ibi. nu.2.

Mater transiens ad secunda vota amittit successionem filij, Cont.81.nu.1.declara nu.2.

Vide in verbo filius.

In dubio est iudicandum matrem non excludi ab hæreditate filij, d. Cont.81.nu.15.

Mater, seu Auia succedit pro virili, cum Sororibum defunctæ personæ, Cont.67. nu.2.

Mater non potest prætudicare filys in dote, etiam consentiente viro, Cont. 95. nu.6.

Si Testator iussit Matrem, seu Aniam consequi tantum posse, quod sibi ex necessitate iuris debetur, dicitur esse sublatum ius accrescendi, Cont.63. nu.5.

Mater semper est certa, Cont.149. nu.14.

Matrix si non reperiatur inter scripturas mortui Notarij rogati, non potest ex ea exemplum desumi, Cont.118.nu.5.

Et si sit desumptum non probat, ibi.nu.6.

Medicinæ Ganzanilij, & Villæ Fontanæ Communitates subyciuntur Ciuitati Bonon. & sunt de eius Territorio, & super hoc triginta rationes, & plures auctoritates afferuntur, C.142.n.2.

Memoria filiationis in domo reperta, nisi scripta sit à Patre non probat, Cont.149. nu.5.

Mœnia Ciuitatis Bononiæ è publico fuerunt ædificata, Cont.123.nu.1.

Et debent talia mœnia habere internallum saltem quindecim pedum, ibi. nu. 5.

Mercatores, & Aurifices non tenentur exprimere à quibus emerint, etiam si res furtiuè penes eos reperiantur, Contr.73. nu.3.

Merita si sint maiora remuneratione semper immunitas transit ad omnes descendentes, Contr. 140. nu.12.

Vt alij inuitentur ad contemnendam vitam pro defensione Principis, d Cont.140. nu.13.

Metus non consideratur non probata violentia, Contr. 148. nu.5.

Minori datur restitutio in integrum, Contr. 121. num.14.

Et in eo præsumitur ignorātia de his, quæ à prædecessoribus facta sunt, ibi.nu.15.

Minori competit restitutio aduersus hæreditatem non aditam, Cont. 109. nu. 9.

Minor decimo octauo anno, non præsumitur posse habere veram causæ cognitionē, C.100. n. 14.

Minor petens restitui aduersus transactionē, quod consecutus est restituere tenetur, C.80. n.28.

Modus, & ordo à Testatore traditus est pro formasernandus, Contr.139. nu.6.

Molendinum nouum inferius potest construi, quādo non diminuitur necessitas aquæ superioris molendini, Cont.132.nu.2. 7.& 8.

Maximè si flumen non sit nauigabile, ibi. nu.3.

Imò potest construi in ripa fluminis nauigabilis ad se spectante, ibi.nu.4.

Nec obstat statutum Bononiæ disponens debere relinqui distātiam cērum perticarum, ibi.n. 11.

Interest enim reipublicæ, vt noua construātur molendina, ibi.nu.5.

Nec lucri priuati habenda est ratio, ibi. num.6. & 10.

Molestia hæredi illata contra præceptum Testatoris priuat substitutum molestantem, Contr. 89. nu.1.

Semper dicitur iniusta, quando sit contra præceptum Testatoris, ibi. nu.4.

Molina de primogenijs lib. 1. c. 12. nu. 32. declaratur, Cont. 90. nu. 19. & 21.

Moneta si fuerit æstimata augmentum, nec diminutio attenditur, Cont. 146. nu. 1.

Monetæ mutatio, quæ breui tempore durat non habetur in consideratione, Cont. 146 nu. 7.

Monachus non debet consequi à Monasterio, nisi ea quæ ad victæ sustentationem sunt necessaria, Cont. 102. nu. 25.

Nec aliquid perpetuum habere, vt disponere possit, sed tantum pro vilitate Monasterij, & vt secum alat, ibi. nu. 26.

Monachus minuitur saltem minima capitis diminutione mutando familiam, Cont. 102. nu. 21.

Monachus etiam quod profiteatur in religione capaci censetur mortuus mundo, ibi. nu. 24.

Monaste ium remanet exclusum, dum Testator mandat bona perpetuò remanere debere in familia, Cont. 85. nu. 1.

Etiam in vita Monaci, ibi. nu. 3.

Etiam si tacitè cõstet de mente Testatoris, ibi. n. 2.

Monasterium S. Francisci Ordinis Conuentualium de consuetudine non admittitur ad fideicommissum, etsi habeat Priuilegium mare magnum vocatum, Cont. 85. nu. 5.

Monasterium non habetur loco filij, Cont. 102. nu. 8. & 14.

Mora statim contrahitur, absq; interpellatione fauore minoris, seu pupilli, Cont. 55. nu. 13.

Mora non committitur ante liquidationem, Cont. 86. nu. 2.

Mulier asserens cum iuramento se prægnãtem impedit immissionem prætendentibus in hæreditate, Cont. 127. nu. 14.

Mulier ex pluribus causis dicitur incapax feudi de quibus causis habetur, Cont. 51. nu 15.

Mulieri etiam absenti quæritur fauore dotis, Cont. 86. nu 9.

Mulier nõ potest alienare bona dotalia, C. 96. n. 6.

Muri, & Portæ Ciuitatis dicuntur Sanctæ, Cont. 123. nu. 2.

Nec possunt capi pro debito Ciuitatis, ibi. nu. 2.

Nec ab aliquo possunt destrui, refici, nec aliquid eis superaddi, ibi. nu. 4.

N

Naturales veniunt in fideicommisso in defectum legitimorum, Cont. 110. nu. 19.

Necessitas sibi facit licitum, id quod non est, Cont. 148. nu 4.

Negatiua proposita aduersatiuè remouet potẽtiam à quocumq; actu incontrarium faciendo, Cont. 129. nu. 4.

Negatiua magis destruit, quam affirmatiua assirmet, ibi. nu. 5.

Negligentia arguitur, quando quis potuit exigere, & non exegit, Cont. 125. nu. 12.

Negligentia inducit culpam, Cont. 125. nu. 13.

Negligentibus iure non subueniunt, ibi. nu. 14.

Negligens ad faciendam inuestituram, iuxta conuenta tenetur ad omna damna, & interesse, Cont. 131. nu. 14.

Et tenetur præstare non solum dolum, & latam culpam, sed & leuem, ibi. nu. 15.

Nepos, ex bastardo potest instituì, & non filius, Cont. 135. nu. 28.

Nepotes positi in conditione ad tollendam inæqualitatem intelliguntur vocati, Cont. 88. nu. 29.

Et etiã quando sumus in descendent ibus, ibi. n. 30.

Nobilitas sine diuitijs non conseruatur, Cont. 67. num. 10.

Nominatio bonorum, Vide in verbo Bona.

Notarius Apostol. potest in quocumq; loco Ecclesiæ Rõ subiecto instrumenta conficere, Controu. 71. nu. 3.

Notarius, & si superueniat post mortẽ, & omnes testes, qui fuerunt præsentes sibi attestentur de veritate Testamenti potest fieri rogatio, Cont. 71 nu. 94.

Notarius etiam dicitur Iudex, Cont. 71. nu. 105.

Notarius rogatus de fideiussione non potest apponere enunciationem beneficij de iusboribus, Cont. 88. nu. 14.

Notarius legalis, & probus habet præsumptionem pro se, Cont. 124. nu. 6.

Notarius dum publicauit instrumentum non potest à seipso corrigere errorem, Cont. 128. n. 7.

Notarij duo si sint rogati vtrinsq; subscriptio requiritur, Cont. 109. nu. 1.

Notario solum creditur, quod scripserit, Controu. 118. nu. 4.

Nouatio non inducitur, nisi expressè dicatur, vel signis vrgentibus, & conuincentibus valdè notis, & indubitatis. C. 60. nu. 3. & Contr. 125. n. 1.

Nec quando secundus contractus rectè se compatitur cum primo, ibi. nu. 4 & 6.

Et quando extat clausula cutra præiuditium iurium primæuorum, Cont. 125. nu. 2.

Et in dubio non præsumitur, ibi. nu. 3.

Nouatio, Vide in verbo Contractus.

Nuntio non creditur dum asserit, quem esse posse sorem, Cont. 101. nu. 4.

O

Oblatio rei ad vnum vsum non est conuertenda in alium vsum, Cont. 108 nu. 3.

Obligatio Cameralis continet renunciationem omnibus, & quibuscumq; exceptionibus, cautelis, & cauillationibus, Cont. 53. nu. 12.

Obligatio dicitur efficacior, dum obligantur hæredes d. Cont. 53. nu. 11.

Obligatio semper censetur personalis si nomen apponatur proprium d. Cont. 53. nu. 14.

Vbi principalis obligatio in aliquo alteratur, tũc fideiussores liberantur, Cont. 125. nu. 28.

Obstetrici non creditur, nisi de his, quæ spectant ad artem suam, Cont. 149. nu. 7.

Occultatio malitiosa non præsumitur, C. 73. n. 13.

Oddus conf. 25. nu. 33. & Fusar. conf. 9. declarantur, Cont. 52. nu. 7.

Oldrad. conf. 21. declaratur, Cont. 97. nu. 4.

P

PActum, & conuentio de hæreditate viuentis non sustinetur, Cont. 95. nu. 3.

Maximè si fiant ignorante eo de cuius hæreditate agitur, Cont. 96. nu. 3.

Etiam si interueniat iuramentum, ibi nu. 4.

Pactum de succedendo est in iure prohibitum, C. 116. nu. 19.

Pactum vide in littera R.

Papa, nec Imperator possunt statuere contra ius diuinum, Cont. 73. nu. 47.

Papa non solet priuare descendentes fideicommittentis eos fructibus priuando per triginta, & & octo annos, Cont. 77. nu. 7.

Nec solet derogare fideicommissis, quando extant bona libera, ib. nu. 10. & 21.

Papa concurrit cum quolibet ordinario, Cont. 62. nu. 2.

Papa solus potest auferre vni, & dare alteri, C. 142. nu. 13.

His quæ præcedunt ex facto Papæ, nemo potest, nec licet contrauenire, ibi. nu. 15. & 23.

Papa multorities permisit Ciuitatem Bononiæ regi, & dominari per Nobiles Bononiæ d. decis. 142. nu. 29.

Omne quod est factum à Papa dicitur factum auctoritate apostolica, ibi. nu. 36.

Papa potest infringere contractum, eique non creditur, quando causæ non sunt ex facto eiusdem Papæ, sed tertij, Cont. 142. nu. 44.

Papa sibi tantum reseruat primam dignitatem in Collegiata, Cont. 122. nu. 5.

Papa considerabatur genus generalissimum, & quilibet alius Princeps consideratur, tamquam genus subalternum, cuius species pendet ab ipsomet Papæ genere generalissimo, C. 62. nu. 17.

Papæ & quilibet alius Princeps tenetur ad obseruantiam promissorum, Cont. 62. nu. 29.

Papa nõ derogat tam facilitèr fideicommissis si ei exprimatur bona extare libera, ex quibus æri alieno supplicantis possit satisfieri, Contr. 77. nu. 10. 19. & 21.

Pares curiæ non possunt allegari suspecti, Contr. 62. nu. 25.

Paria sunt pretium nõ esse appositum, seu expressum, vel appositum esse, sed incertum, Contr. 150. nu. 17.

Pater potest instituere filium in tota hæreditate cum onere, quod renuncies legitimæ fauore substitutorum, vel cum in legitima tantum instituere, Cont. 74. nu. 2.

Et filius accepiando hæreditatem sibi cit etiam portionem legitimæ fideicommissò à Patre instituto, ibi. nu. 3.

Et ex immixtione in bonis Patris dicitur accepiata hæreditas, ibi. nu. 4.

Pater delinquendo potest præiudicare filijs, Cont. 80. nu. 7.

Pater præcedit filium in fideicommisso, Controu. 104. nu. 13.

Pater, & alius extraneus dotans non potest trahi ad domicilium generis, sed seruanda sunt statuta loci dotantis, Cont. 111. nu. 11.

Pauper si in dilatione non soluit non potest conueniri pro interesse lucri cessantis. Cont. 56. n. 20.

Pecuniæ appellatione res mobilis, & immobilis continetur, Cont. 136. nu. 2.

Pecunia non fructificat, Cont. 56. nu. 21.

Pœna talionis, & si præiendatur sublata, nihilominus, si quis calumniosè aliquem accusauerit innocentem non euitabit similem pœnam, Cont. 127. nu. 5. & Cont. 137. nu. 7.

Et talem pœnam posse extendi vsque ad mortem, ibi. nu. 6.

Et id procedit Bononiæ de iure municipali, ibid. num. 7.

Pœna imposita non extenditur, quando agitur de genere permissorum, Cont. 148. nu. 9.

Peregrin. in tract. de fideicomm. art. 13. nu. 72. declaratur, Cont. 52 nu 6.

Peregrin. in tract. de fideicomm. art. 2. nu 63. reprobatur ex Doct. ab eo allegatis, C. 98. nu. 4.

Personæ appellatione regulariter non venit vniuersitas, Cont. 91. nu. 13.

Perpetuum non dicitur, quod durat cum vita, C. 140. nu. 13.

Pestis propriè dicitur, quæ procedit ex nutrimentorum, & aeris infectione, & quando bruta nempè canes, & muli moriuntur, C. 119. n 15.

Petens quod sibi debetur non potest incidere in pœnam, Cont. 102. nu. 30.

Plus est ordinare, quam exequi, Cont. 150. n. 14.

Plures si promittant vnus efficiuntur rei debendi, Cont. 53. nu 9.

Plures quando comprahenduntur vnica determinatione æqualis debet esse inter eos determinatio, Cont. 52. nu. 8.

Plura requisita ad reciprocam leguntur, Contron. 52.nu.9.

Pluralitas rerum præsumitur, Cont.72.nu.17.

Portiones, quæ deficiunt antequam sint acquisitæ cæteris substitutis accrescunt, Cont. 115.nu.4.

Positi in conditione, vide in verbo Nepotes.

Possessio feudi non est capienda, dum alius est investitus, Cont.62.nu.7.

Possidenti ex una causa, si nouus titulus superueniat, licitū est sibi mutare causam possessionis, Cont.90.nu.37.

Et ei debetur manutentio, ibi.nu.41.

Si tamen titulus est validus, ibi.nu.38.

Possessio secundum aliquos probatur per iuramentum, Cont.101.nu.6.

Non datur medium inter possessionem defuncti, & hæredis, Cont.109.nu.6.

Possessio non transfertur ex contractu conditionali, Cont.109.nu.8.

Possessio antiquior, & statutum super ea est seruandum, Cont.121.nu.12.

Possessio non datur in facultatiuis, ibi.nu.13.

Possidere quis dicitur, dum non relinquendæ possessionis animo, sed reuertendi discessit, Contr. 133.nu.3.

Possessioni non censetur renunciatum in incorporabilibus, ibi.nu.7.

Possidens etam non est manutenendus, C.133.n.6.

Possessio summaria, Vide in verbo Probatio.

Præcedentia ordo est de iure diuino, C.105. nu. 3.

Item de iure naturali, ibi.nu.4.

De iure Canonico, ibi.nu.5.

De iure ciuili, ibi.nu.6.

Præceptum contra ius non valet, Cont.148.n.28.

Præceptum nudum absq; expressione causæ, & comminatione pœnæ non tenet, ibi.nu.30.

Prædo, & si manutenendus sit in possessione, nihilominus si constet ipsum esse prædonem non debet manuteneri, Cont.107.nu.3.

Prælatus licitè potest ad remouendum obstaculum sibi paratum irruere tam in personam, quam in ostium, & muros loci illa irrumpendo, Contr. 112.nu.8.

Præordinatio Testatoris tollit omnem falsitatis suspitionem, Contr.71.nu.59.

Præscriptio non currit, nisi à die adeptæ possessionis, Cont.122.nu.19.

Præscriptio centum annorum iuri publico non obest, Cont.123.nu.9.

Nec potest incipere, nisi post mortem alienantis, ibi.nu.10.

Præscriptio triginta annorum habet locum in feudis, Cont.62.nu.3.

Præscriptio datur etiã in iurisdictionalibus, dum sit lapsum tantum tempus cuius contrarij memoria non existat, Cont.142.nu.2.

Quod notandum est pro Ciuitatibus Italiæ, quæ sibi de iure præscripserunt merum Imperium, ibi.nu.3.

Imò sufficere centum annos habetur, nu.4.

Quattuor requiruntur ad hoc, vt possessor præscribere possit, Cont.144.nu.9.

Præsumitur sanitas mentis in Testatore, dum instituit venientes ab intestato, Cont.71.nu. 55.

Et Testamentum præsumitur in dubio scriptum de mandato Testatoris, ibi.nu.56.

Dummodò ille, qui scripsit non sit hæres institutus, ibi.nu.57.

Quis non præsumitur velle iactare suum, Contr. 90.nu.15.

Præsumitur pro Religiosis Sacerdotibus, & Confessarys, Cont.71.nu.66.

Prætendens lucrum cessans debet probare, quod lucrum erat in potentia propinqua, & plura alia, Contr.56.nu.19.

Pretium Vide in verbo Promissio.

Pretium debet esse certum, & specificum, Contr. 150.nu.16.

Pariæ sunt pretium nõ esse appositum, seu expressum, vel appositum esse, sed incertum, ib.n.17.

Pretium non est conferendum in voluntatem emptoris, ibi.nu.18.

Pretium sciuti aurei hodiernum est potius affectionis, quam veri valoris, Cont. 146.nu.8.

Nõ debet esse in arbitrio Iudicis taxare pretium. Cont.150.nu.22.

Primogenitus si sit impotens gubernare feudum ei dantur coadiutores, Cont.80.nu.17.

Primogenitura est fauorabilis, & conseruat decorem, & splendorem familiæ, Contr.80.nu.2.

A iure diuino originem traxit, ibi.nu.3.

Primogenitura ordine successiuo ad descendentes transcendit, Cont.79.nu.1.4 & 9.

Primogenitura regulatur secundum naturam feudorum, Cont.51.nu.25.

Nec fœmina in ea comprehenditur, nisi deficientibus masculis, nu.26.

Primus acquirens potest tantum disponere de feudo, sed non alij in inuestitura comprehensi, eo quod alijs comprehensis non potest tolli ius quæsitum etiam in spe, Contron. 51.nu.29. & Cont.75.nu.2.

Princeps non potest alterare antequam inuestiturã, & in ea comprehensis præiudicare, nisi interueniat aliqua culpa, Cont.51.nu.31.

Princeps vbi habet interesse non potest causæ cognitionem suis Iudicibus delegare, Cont. 62.n. 5.Cont.22. & 24.

Quilibet Princeps tenetur ad obseruantiam promissorum, Cont.62.nu.29.

INDEX.

Princeps res ab altero auferre sine causa potest si disponat per viam statuti, secus si per viam rescripti, Contr. 80. nu. 11.

Princeps non potest constituere valorem monetæ secundum suam voluntatem, sed secundum iustam, & naturalem proportionem auri ad argentum, Cont. 86. nu. 13.

In Principe non deficit voluntas, & potestas, C. 90. nu. 22.

Princeps solus potest dispensare, Cont. 135. n. 12.

Priuilegium ad preces concessum est intelligẽdum secundum propriissimam verborum significationem, Cont. 140. nu. 5.

Priuilegium Principis latè est interpretandum, Cont. 140. nu. 6. & 15.

Priuilegium in dubio censetur reale, C. 140. nu. 8.

Priuilegium intelligitur stantibus rebus, prout stant, Contr. 144. nu. 2.

Priuilegium, quando est personale cum persona extinguitur, Cont. 144. nu. 10.

Priuilegium alterius ex consortibus alteri prodest, Cont. 77. nu. 12.

Priuilegium legitimandi concessum haredibus non comprahendit haredes heredum, C. 126. nu. 2.

Priuilegium legitimandi est odiosum, ibi nu. 3.

Et est exhibendum, cum non credatur Co. Palatino, nec notario, ibi. nu. 4.

Priuilegiatus contra priuilegiatum restituitur in integrum, quando tractat de damno euitando, Cont. 112. nu. 8.

Probatio per confessionem propriam, vnquam dicitur exclusa, Cont. 113 nu. 9.

Probatio in summario possessorio, eum sit leuis præiudity, potest fieri per vnum testem, vel per famam, Cont. 131. nu. 1.

Probatio æquiuoca non attenditur, Cont. 72. n. 16.

Professio ante annum 16. nullius est roboris, prout & renunciatio, Cont. 138. nu. 1.

Amplia nu. 2. & declara, vt ibi.

Professio non potest dici per quinquennium ratificata, dum ille, qui professus est ignorauit illam non valere, ibi. nu. 3.

Vel saltem conceditur restitutio in integrum, ibi. nu. 4.

Professio tacita non est tantæ potentiæ, prout expressa, ibi. nu. 6.

Professione nulla ratificata non intelligitur ratificata renunciatio à profitente facta, ibi. nu. 7.

Prohibitio facta filio ne alienet non extenditur ad collaterales, Cont. 90. nu. 18.

Prohibitio alienationis in cõtractu non operatur, Cont. 90. nu. 18. & 23.

Nisi ratione maioratuum, ibi. nu. 19.

Maximè si agatur de donatione contra tertium possessorem, ibi. nu. 20.

Ad hoc vt prohibitio alienationis in contractu operetur requiritur specialis bonorum hippotheca, Cont. 90. nu. 24.

Prohibitio realis facta omnibus subsstitutis inducit vocationẽ aliunam, & passiuam, C. 97. n. 6.

Prohibitio Testatoris, prohibitio legis, & prohibitio contrahentium parificatur, C. 104. n. 14.

Prohibitio falsidiæ seu trebellianicæ debet esse expressa, Cont. 104. nu. 18.

Prohibitio alienationis sufficit ad inducendum fideicommissum etiam in casu mortis, Contra. 117. nu. 12.

Maximè si sit realis, ibi. nu. 13.

Prohibitio alienationis non attenditur, quando stat consecutiuè ad præcedentem dispositionem, Contr. 63. nu. 7.

Promittens ad defensam, & de euictione tenetur ad duplum, Contr. 53. nu. 8.

Si plures promittunt omnes efficiuntur rei debendi, ibi. nu. 9.

In promissione redimendi venit pretium, Contr. 136. nu. 4.

Et id habet locum etiam in promissione interesse, ibi. nu. 5.

Ex promissione, & ex solutione plena inducitur probatio, ibi. nu. 6.

Promissiones, & confirmationes per notoriè simoniacum sunt nullæ, Contr. 142. nu. 17.

Protestatio sequens non infringit actum præcedentem, Cont. 125. nu. 30.

Pronocatus ad iram dicto, vel facto ei parcitur, si pronocantem offendit, Cont. 121. nu. 8.

Q

Quadriennium datur ad petendum restitutionem in integrum, Contr. 64. nu. 6.

Qualitas appolita in vna vocatione non censetur repetita in alio capitulo distincto orationem perfectam habente, Cont. 84. nu. 5.

Maximè si cognati præferantur agnatis, ibi. nu. 9.

Qualitas masculinitatis, & legitimitatis in separata oratione non censetur repetita, ibi. nu. 6. & 16. Vide Contr. 97. nu. 8. & 15.

Qualitas persona legitimanda est exprimenda Co. legitimanti, Cont. 100. nu. 11.

Qualitas adiecta verbo debet intelligi secundum tempus verbi, nec sufficit, vt supernenit, Cont. 87. nu. 10.

Qui post quinquennium à die contractus tacuerit, non potest dicere de nullitate, Cont. 78. nu. 5.

Quando articulantur verba formalia Testatoris sunt probanda, Contr. 71. nu. 15.

Quando agitur de impossibili, nec statutum, nec constitutio arctat, Cont. 71. nu. 34.

Qui sub prætextu defectus numeri testium, vel alterius solemnitatis testamentum impugnare conantur peccant mortaliter, Cont. 71. nu. 50.

Quod Testator non dixit, nec nos dicere debemus, Cont. 63. nu. 1.

Quod de intentione Summi Pontificis fuit in concedendo derogationem debet seruari, C. 77. n. 6.

Quod factum fuit præsumitur in vim facultatis sibi concessæ, Cont. 150. nu. 15.

Quilibet in re sua est moderator, & arbiter, Cont. 102. nu. 17. & Cont. 106. nu. 11.

Quilibet præsumitur ditari, Cont. 104. nu. 5.

Quilibet potest renunciare fauori suo, C. 186. n. 3.

Quilibet præsumitur facere actum nomine proprio, Cont. 150. nu. 7.

Limita, ibid. nu. 23.

Qui non facit quod debet, non recipit quod oportet, Cont. 125. nu. 9.

R.

Ratificatio non potest induci non habita scientia, & sine certioratione de præiudicijs, Cont. 131. nu. 18.

Rebellio quando comitatur, Cont. 142. nu. 30.

Ille ciuitates, quæ occupantur ab aliquo tyranno, vel hoste non dicuntur rebelles, ibi. nu. 31.

Et si recipiantur dicuntur redire ad primæuum statum, ibi. nu. 32.

Recedens à Ciuitate, vbi quis natus est, cum maiori parte fortunarum suarum amittit ciuilitatem, Cont. 145. nu. 1.

Reciproca inducitur ex substitutione, sub vnica verborum conceptione, Cont. 97. nu. 12.

Maximè si extet verbum (omnes) ibi. nu. 13.

Reciproca datur de linea ad lineam etiam si in substitutione adsit clausula in stirpes, & non in capita, Contr. 52. nu. 5.

Requisita ad reciprocam leguntur, ibi. nu. 9.

Recognitio Domini feudi habet vim traditionis, Cont. 62. nu. 10.

Refutationes, & donationes, quæ per puellas fiunt, cum interuentu curatoris, & consanguineorum non subsistunt, Contr. 138. nu. 10.

Maximè si fiant in seculo, ibid. nu. 11.

Regressus non datur aduersus repudiationem, & donationem præcedente decreto Iudicis, & iuramento, Cont. 100. nu. 9.

Regressus contra tertium possessorem præscribentem in subsidium non datur, Cont. 78. nu. 13.

Religiosi tenentur seruare Ius Canonicum, Contr. 71. nu. 48.

Religio non dat de iniuria, Cont. 81. nu. 16.

Remedium C. reintegrandæ 3. q. 1. non conceditur, contra titulo possidentem, Cont. 107. nu. 6.

Remissio est facienda conductori tempore pestis, Cont. 119. nu. 1.

Sed lucra præcedentium annorum debent compensari, cum damno, quod conductor ex causa pestis patitur, ibi. nu. 2.

Et si sit pactum, quod vltimo conductionis anno fiat damni remissio debet, intelligi secundum dispositionem iuris, Cont. 119. nu. 3.

Et damnum debet esse intolerabile, ibi. nu. 4.

Repetitio, vnquam datur, nec de re ad rem, nec de persona ad personam, nec de capitulo ad capitulum, vbi non est eadem ratio, Cont. 100. n. 22.

Nec quando agitur contra dispositionem Iuris, Cont. 100. nu. 23.

Repetitio masculinitatis, quando subintelligatur, Contr. 65. nu. 11.

Repetitio non datur vbi viget diuersitas rationis, & personarum, Contr. 84. nu. 4.

Nec in penalibus, & odiosis, Cont. 90. nu. 17.

Repetitio non datur, quando deficit copula (&) seu coniunctio, & quando substitutio non regitur ab eodem verbo, & quando non adest identitas rationis, Contr. 110. nu. 18.

Reprobatur pactum, quod in casu moræ, & retardatæ solutionis annui census emptor possit pecunias accipere ad cambium, & recambium, Cont. 57. nu. 8.

Requisita ad hoc, vt libris credatur, C. 58. nu. 2.

Requisita ad inducendum reciprocam, Contr. 65. nu. 2. & Contr. 69. nu. 11.

Res aliena subiecta restitutioni fideicommissi legari potest, C. 54. nu. 8. Vide Contr. 80. nu. 19.

Siue Testator scierit, siue ignorauerit, Contr. 54. nu. 10.

Res si sit communis, & legetur tota debetur, C. 54. nu. 3.

Res secundum statum præsentem est dijudicanda, Cont. 76. nu. 6.

Res aliena legata coniunctis debetur, siue Testator scierit, siue ignorauerit esse alienam, Contra. 104. nu. 19.

Res quando est pro parte Testatoris, & pro parte heredis censetur in dubio tota res legata, Contr. 115. nu. 6.

Rei vendicatio non datur contra eum, qui dolo desyt possidere, quoniam ante litem contestatam desyt possidere, Cont. 73. nu. 20.

Restitutio in integrum sat est eam obtinere ante quadriennium post vigesimumquintum annum, Cont. 117. nu. 10.

Ad hoc, vt quis excludatur à restitutione in integrum debet illi renunciare alias erit locus petitioni, Cont. 88. nu. 7.

Restitutio in integrum conceditur ex capite ignorantiæ vnius de vniuersitate, Cont. 146. nu. 9.

Retentio competit, donec fiant detractiones, Cōt. 103.nu.3.

Retentio facilius conceditur, quam petitio, Cont. 104.nu.15.

Retractari potest contractus ab ignorante ius sibi competere, Cont.66.nu.5.

Non obstante iuramento, ibi.nu.6.

Reus in dubio est absoluendus, Cont.148.nu.23.

Regitus ore proprio Testatoris probari potest per duos testes, Cont.71.nu.13.& 85.

Romani voluerunt precedere Persiæ Regi Macedoniæ, eo quod concedebant diademata Regibus, Cont.105.nu.12.

Renunciare appellationi, quis non potest, dum pecunias depositatas ad illam rescindēdam recipit à depositario, Cont.99.nu.8.

Renunciatio non valet, quando agitur de præiudicio tertij, ibi.nu.10.

Renunciatio exceptioni lesionis enormissimè non attenditur, ibi.nu.11.

Renunciatio in dubio non præsumitur, ibi.nu.13.

Minusq; renunciari potest respicientibus ius diuinum, ibi.nu.12.

Renunciatio iuris de futuro valet, quando extant verba illa (habere possit) Cont.102.nu.12.

Maximè si extat iuramentum, ibi.nu.13.

Renuncians, cum iuramento exceptioni non numeratæ pecuniæ non potest eam amplius allegare, Cont.124.nu.5.

S

SAcerdos vnam tantum Missam dictim celebrare debet, Cont.120.nu.1.

Plures tum reperiuntur casus, in quibus Sacerdos duas celebrare potest Missas, ibi.nu.2.

Et pluries Sacerdoti secundam Missam eodem die, celebranti fuit imposita pœna trimenium, ibi.nu 3.

Eo magis, cum id ex auaritia procedat, ibi.nu.4.

Salarium non debetur, quando ille, qui præstitit operas non probauit fuisse solitum operas suas locare, & quod ille cui præstitit fuerit solitus conducere, Cont.68.nu.12.

Saluator in Euangelio propriè locutus est de administratore bonorum, & fructuum villæ, Cōt. 68.nu.7.

Saluianum secundum Roffredum, Sarmientum, Menochium, & Thesaurum, non procedit, nisi aduersus colonum, & inquilinum, ibi.nu.7.

Sed hodie operari cōtra debitorem ex quauis causa, ibi.nu.8.

Non potest intentari, dum agitur ex Instrumento, in quo extat constitutum, ibi.nu.9.

Nec dicitur intentatum, dum in libello non extat clausula petens sibi ius, & iustitiam ministrari, ibi.nu.10.

Salus nulla maior Reipublicæ, quam falsos accusatores punire, Cont.127.nu.8.

Sanitas mentis præsumitur in Testatore, dum instituit venientes ab intestato, Controu.71. nu.55.

Et non percipitur visu, vel auditu, ibi.nu.73.

Et sufficit, quod duo testes deponant de sana mente, etiam si mille de insania deponerent, ibi.nu. 22.& 69.

Sapiens potest declarare, ea quæ sunt iuris, & de natura contractus, & de consuetudine, Cont. 129.nu.13.

Item potest addere etiam penalem stipulationem, ibi.nu.14.

Sarmientus libro decimo scelectarum sententiarum c.4. reprobatur, Cont.81.nu.10.

Scientia, & patientia inducunt consensum, etiam in subhastatione bonorum, Cont.60.nu.11.

Scientia non præsumitur, Cont.73.nu.3.

Scientia furti excluditur, dum quis fuit solitus alia furta exercitare, Cont.73.nu.20.

Et quando, quis in apotheca monstra retinet rem furtiuam, ibi.nu.29.& 30.

Scripturis publicis in archiuo repositis datur fides, Cont.113.nu.8.

Scriptura in Testamento non est de substantia, Cont.71.nu.9.

Scriptura munita duobus testibus iunctis adminiculis probat, contra creditorem habentem instrumentum posterius, Cont.74 nu.5.

Scripta cum clausula, à chi presentarà, in Ciuitate Bononiæ, vti pecuniæ mercatur, C.56.n.12.

Scutum aureum vide in verbo, Verba.

Secundo genito, vide in verbo Feudum.

Sensus, visus, non decipitur circa proprium obiectum, Cont.71.nu.5.

Sententia per taciturnitatem approbatur, Cont. 60.nu.2. declaratur nu.9.

Sententia lata, contra dispositionem legis est ipso iure nulla, ibi.nu.10.

Sententia non facta liquidatione deductionum, & meliorum tantum non potest exequi, Cont.89. nu.5.

Sententiæ si tres fuerint latæ super legitimatione factum ius etiam inter alios, Cont.135.nu.7.

Sequestratio impedit cōductori perceptionem fructuum, adeout pro illo anno, quo fuit facta sequestratio non teneatur ad pensiones, Con.82. nu.5.& 6.

Maximè si præcessit protestatio per conductorem facta locatori, Cont.82.nu.9.& 10.

Etiam quod conductor in se suscepisset omnes casus fortuitos, ibid.nu.5.

INDEX.

Etiam si factum locatoris esset iustum, ibi.n. 11.
(Semper) verbum comprehendit omne tempus, & omnem casum, Cont. 85.*nu.*4.
Seruitus hominis ad hominem non datur , Contr. 127.*nu.*1.
Ex signis cognoscuntur , cuius sint ballæ , Contr. 108.*nu.*2.
*Simulatio cõtractus venditionis resultat ex modicitate pretij, & pacto de francando, C.*99.*n.*4.
Licet emptor nõ sit solitus fenerari,ib.n. 5.*&* 7.
Sindicatus est de iure diuino, Cont. 147. *nu.*1.
*Et procedit etiam de iure communi, ibi.nu.*2.
Item & de iure municipali,ibi.nu. 3.
Sindicandus personaliter debet comparere coram Sindicatoribus, ibi.nu. 4.
Nec currit tempus sindicatus,nisi à die personalis præsentationis, ibi.nu. 10.
*Et debet manere in Ciuitate,in qua ius dixit per quinquaginta dies, ibi.n.u.*5.
Eo magis si fuerit Iudex criminalis,C. 147.*n.*8.
*Nec ei prodest licentia recedendi à Superiore, ibi.nu.*6 *&* 7.
Societates,si duæ fuerint initæ ad diuersa negotia, vna finita,alia durat, Cont. 141.*nu.*1 *&* 4.
*Maximè,dum finita continet tempus limitatum, ibi.nu.*2.
*Societas , si super aliqua re fuerit contracta non extinguitur,nisi ipsa re extincta, ibi.nu.*3.
*Tacitè eo magis c nsulitur rebus ipsis , & factis, quam sermonibus, ibi.nu.*5.
*Soluens denotat se fuisse obligatum , C.*53.*nu.*18.
Solui potest vnum genus pro alio si sunt eiusdem materiæ, Cont. 124.*nu.*8.
*Melius est non soluere , quam solutum repetere, Cont.*131. *nu.* 5.
Solutio si fiat ad certam rationem præscribitur, nec augmentum debetur, Cont. 146.*nu.*4.
*Solutio præsumitur facta omnibus recepisse confitentibus, Cont.*53.*nu.*4.
*Et si vnus tantum probaretur recepisse, alij possunt agere ex certi conditione, ibi.nu.*5.
*Solutio est faciendа in loco cõtractus, C.*57.*n.*10.
*Socius tenetur conferre alteri socio omnia lucra, pro toto tempore societatis, Cont.*141.*nu.*6.
*Et regaleas, dona, & largitiones, ibi.nu.*7.
Et potest cogi ad reddendam rationem,& potest contra eum iurari in litem, Cont. 141. *nu.* 8.
*Spes vadicata , & considerabilis ex causa de præterito potest extimari, Cont.*88.*nu.*23.
Spurij vide in verbo Filij.
*Spurio non competit beneficium l. fin. C. de edict. Diu. Adr.tollendo, Cont.*116.*nu.*13.
*Sed substituto, ibi.nu.*14.
Spurius non habet nec lineam, nec Patrem, Cont. 135.*nu.*14.
*Non potest nominari filius, ibid.nu.*15.
*Nec est Deo amabilis, ibi. nu.*16.
Spurij si sunt vocati succedunt in fideicommisso in deficientia legitimorum, Cont. 135.*nu.*7.
Statutum Bononiæ in rubrica de successione ab intestato ascendentium , & collateralium in §. item quod omnis hæreditas declaratur , Contr. 98.*nu.*8. *&* 9.
*Statutum in rub. de venditione,& alienatione bonorum fumantium declaratur, Cont.*99. *nu.*1.
Vide in verbo Fructus.
*Statutum Bonon. in rub. quod nullus occupet declaratur, Cont.*109. *nu.*5.
Statutum loci , vbi continuè habitat maritus est seruandum in restitutione dotis, C. 111.*nu.* 1.
*Fallit , dum promissores dotis ignorauerint dispositionem talis statuti, ibi.nu.*2.
Quæ ignorantia præsumitur, vt ibi.
*Item quando maritus se etiam appellauit Ciuem eiusdem ciuitatis, vbi degunt promissores & ibi bona possident , ibi.nu.*3.
*Item & quando promissio fuit facta de soluendo dotis complemento , & inuestitura facienda in Ciuit-te eorundem promissorum,ibi nu.*4.
*Item & quando aliter conuentum fuit ibi.nu.*5.
Statutum Ferrariæ non tollit legitimam Patri, dum de ea non est facta mentio , C. 111. *nu.*12.
*Statutum Bonon. de dotibus restituendis §. & si decesserit declaratur, ibi.nu.*13.
Statutum Bonon.de instrumentis executioni mandandis in principio declaratur, Cont. 136.*nu.* 1.3.*&* 8.
Statutæ Bononiæ impediunt extensionem , Contr. 143.*nu.*7.
*Ex Statuto Bononiæ Nepos masculus , & non fœmina patruo succedit, ibi. nu.*11.
Statutum Bonon.in rub.de Testamentis in §.si verò, & in §. si aliquando declaratur , Cont. 75. *nu.*27.*&* 86.
*Nec operatur in casu necessitatis, ibi. nu.*32.
*Minus q; habet locum , dum vigore alterius Statuti proceditur summariè , & sola facti veritate inspecta, ibi.nu.*36.
*Nec ex necessitate requirit rogitum Notarij, Cont.*71.*nu.*37.*&* 90.
*Statutum debet intelligi , vt minus corrigat ius commune, Contr.*71.*nu.*4.
*Et si corrigeret vti odiosum ex identitate rationis non est extendendum ad casum non expressum, ibi.nu.*41.
*Statutum si dat formam sine clausula prohibitiua, testamentum sustinetur,ibi.nu.*43.
*Statutum prædictum de Testamentis non derogat dispositioni c.cum esses ex.de testam. ibi.n.*95.
Dato etiam, quod statutum disponat esse seruandum

dum ius ciuile, Cont. 71. nu. 94.
Et potest dubitari, an statutum in Testamento disponens esse seruandum ius ciuile valeat, ibi. nu. 101.
Statuta Bononiæ sunt cõfirmata à Papa in forma communi, Cont. 71. nu. 100.
Statutum Bonon. in rub. de probationibus declaratur, Cont. 71. nu. 109.
Statutum Bononiæ in rubrica, quod scriptis, & libris mercatorum §. declarantes non tollit dispositionem iuris communis, Cont. 74. nu. 7.
Statutum, vt vnicus sit dominus tendit ad bonum publicum, Cont. 80. nu. 1.
Statutum Bonon. in princ. de successione ab intestato ascend. & collateralium declaratur, Cont. 81. nu. 8.
Statutum Bon. in rub. de succes. liberorum ascendentibus deficientibus condito Testamento §. fin. an habeat locum, quando ex filia remanent filij, Cont. 83. nu. 1.
Declaratur, ibi. nu. 3. & 12.
Alio modo statutum prædictum legitur in originali in Archiuio, quam quod sit impressum, Cont. 83. nu. 10.
Statutum loquens generaliter, & indistincte, indistincte debet intelligi, Cont. 83. nu. 2.
Statutum Bononiæ excludit filiam dotatam à legitima, ibi. nu. 7.
Item & nepotes ex filia, ibi. nu. 8. & 11.
Statutum Bonon. exclusiuum fœminarum non procedit, nisi ab intestato, Cont. 90. nu. 30. & 35.
Statutum Bonon. de contractibus, cum min. & filijs familias in §. item dicimus declaratur, C. 95. nu. 1.
Statutum Bonon. de Dot. resti. in §. item dicimus il secondo, non procedit, dum filia legitimam Patri non reliquit, Cont. 96. nu. 5.
Proponens edictum de subhastando dicitur contrahere, cum offerente, Cont. 125. nu. 6.
Et iudex obligatur ad vendendum plus offerenti, ibi. nu. 7.
Subhastatio habet vim emptionis, ibi. nu. 9.
Subhastatio si fiat in oppido edictum seu schedula supplet vocem præconis, Cont. 60. nu. 12. Vide in verbo Scientia.
Substitutio vna per aliam declaratur, & interpretationem recipit, Cont. 79. nu. 8.
Substitutio pluribus facta est intelligenda distributiuè, vt filij ex persona Patris succedant, Cont. 98. nu. 11.
Substitutus in donationenon potest cupere possessionem bonorum testorum, per defunctum non citato hærede, Cont. 109. nu. 7.
In substitutionibus est facienda latissima interpretatio, Cont. 135. nu. 18.
Substitutio si sit facta nomine appellatiuo, & non proprio dicitur facta respectu agnationis, non personæ, Cont. 79. nu. 3.
Ex verisimili mente Testatoris de vno ad alium casum extenditur, ibi. nu. 4.
Substituto in donatione datur actio aduersus tertium possessorem, Cont. 129. nu. 3.
Etiam si res donatæ non fuerint traditæ, ib. n. 2.
Etiam non facta stipulatione, ibid. nu. 3.
Substitutus excluditur dum contra prohibitionem molestat donatarium, Cont. 90. nu. 27.
Substitutio si sit coarctata ad vnicum tantum gradum non dicitur contemplata ratio conseruandæ agnationis, Cont. 90. nu. 32.
Successores debent seruare promissa à præcessoribus à quibus habent causam, Cont. 62. nu. 3.
Successio in feudo ex pacto, & prouidentia non potuit præcessor præiudicare, Cont. 62. nu. 28.
Si quis successione priuetur, vel remoueatur acquirit illi, cuius contemplatione est facta priuatio, Cont. 89. nu. 4.
Successio est promiscua masculorum, & fœminarum, Cont. 65. nu. 7.
Surd. cons. 451. declaratur, Contr. 88. nu. 26.

T

Taciturnitas non supplet iniustitiam, Cont. 77. nu. 13.
Tempus non est in commercio hominum, & non potest vendi, Cont. 56. nu. 22.
Tertius si sit in potestate prouidentis, ita quod prouidendo sibi resultet prouisionis effectus, poterit prouidens à tali prouisione recedere, Cont. 75. nu. 15.
Testator si vsus sit his dictionibus, ora in totum, sine vlla determinatione seu similia dicitur de omni parte hæreditatis disposuisse, C. 52. n. 11.
Testator censetur legare illud ius, quod habet, etiam si eius morte extinguatur, Cont. 54. nu. 1.
Limitatur si testator sciebat, quodnam ius haberet, ibi. nu. 2.
Item si constet talem fuisse mentem Testatoris, quia debetur æstimatio si aliena sit, ibi. n. 3.
Et quando bona per Testatorem sunt specificata, & legatum factum est consanguineo, ibi. nu. 4.
Testator si relinquat fideicommissarijs aliqua bona pro omni eo, & toto quod prætendere possunt censetur legasse bona restitutioni fideicommissi subiecta legatario, Cont. 54. nu. 12.
Testator dum non expressit piam causam executores Testamentary nequaquam possunt causam profanam in piam conuertere, Contr. 91. nu. 4. 8. & 11.
Testator etiam volens non potest remittere vsu-

fructuario cautionem de vtēdo arbitrio boni viri, & de restituendis bonis hæredi, Cōt. 55. n. 1.
Etiam si hæredi illam petenti testator imponat pœnam priuationis, ibi. nu. 6.
Tenetur enim vsufructuarius restituere tantam quantitatem frumenti, vini, & similium, sicut habuit, ibi. nu. 2. & 17.
Quod procedit etiam in capitalibus apothecarum, ibi. nu. 18.
Etiam si mulier habitet in eadem domo cum hæredibus, ibi. nu. 3.
Etiam si Testator licentiam à Principe habuisset cautionem remittendi, ibi. nu. 4.
Testatoris voluntas contra leges non est seruanda, Cont. 55. nu. 5.
Testator non potest cogere hæredes, vt caueant pro vsufructuario, ibi. nu. 7.
Vel eos cogere, vt recipiant fideiussorem offerendum ab vsufructuario pauperem, ibi. nu. 8.
Testator, quod non dixit, nec nos dicere debemus, Cont. 63. nu. 7. & Cont. 100. nu. 2.
Si Testator iussit Matrem, seu Auiā consequi tantum posse, quod sibi ex necessitate iuris debetur, dicitur sublatum ius accrescendi, Cont. 67. n. 5.
Testator vocans filios, & descendentes, intelligitur ordine successiuo, Cont. 69. nu. 7.
In Testamento nuncupatiuo sufficit, quod Testator exprimat suam voluntatem coram testibus absque aliqua stipulatione, seu publicatione, Cont. 71. nu. 4. & 53.
Testator non solum potest committere Notario, vt scribat suum testamentum, sed etiam cuicunque alteri etiam seruo, Cont. 71. nu. 10.
Per testamentum secundum primum reuocatur, ibi. nu. 11.
Testari nō potest, qui non est sanæ mētis, ibi. n. 21.
Testamentum ad interrogationem sustinetur, ibi. nu. 26. 58 63. & 65.
Testamentum sustinetur cum quinque testibus, ibi. nu. 28.
Eo magis si interueniat Sacerdos, ibi. n. 29 & 34.
Et sufficit, quod Testator expresserit voluntatem suam verbis aptis ad testandum, ibi. nu. 30.
In testamento coram Sacerdote Parochiali non requiritur rogitus testium, ibi. nu. 45.
Testamentum in dubio præsumitur scriptum de mandato testatoris, ibi. nu. 56.
Dummodo ille, qui scripsit non sit hæres institutus, ibi. nu. 57.
Testamentum præsumitur cōditum ad alterius interrogationem, ibi. nu. 61.
Testamentum sustinetur, etiam probata dementia, si sit solū, prout alius prudēs fecisset, ibi. n. 70.
Testamēta non sunt fundata in ratione, sed in voluntate testatoris, ibi. nu. 89.
Si Testator post conditum testamentum rectè respōdeat interrogationi de alio negotio sibi factæ articulatè, & formiter, cognoscitur esse sanæ mentis, ibi. nu. 77.
Testamentum primum nō intelligitur reuocatum, si secundum sit factum ad alterius interrogationem, ibi. nu. 78.
Tollitur tamen per secundum validum, ibi. num. 80. & 97.
Maximè dum testator claris verbis, & nominatim respondet, ibi. nu. 81.
Etiam si Testator moriatur statim condito testamento, dum est sanæ mentis, dicitur reuocatum primum testamentum, ibi. nu. 82.
In Testamento nuncupatiuo non requiritur rogitus testium, ibi. nu. 83.
Et sufficit testium præsentia, ibi. nu. 84.
Testamentum valet eo modo, quo valere potest, ibi. nu. 88.
Testamētum potest etiam rogari per Sacerdotem, ibi. nu. 91.
Testamentum in casu necessitatis sustinetur, non seruata forma iuris communis, ibi. nu. 92.
Eo maximè si facta sit diligentia reperiendi Notarium, ibi. nu. 93.
Et si Notarius superueniat post mortem, & omnes testes, qui fuerunt præsentes sibi attestētur de veritate testamenti, potest fieri rogatio, ibi. nu. 94.
Testator si declarauit voluntatem suam coram testibus, necesse est eo defuncto, vt testes deponant coram Iudice de toto tenore testamēti, nu. 103.
Et si interim vnus testis moriatur, probatio testamenti corruit, ibi. nu. 104.
Testator censetur se conformasse cum dispositione iuris municipalis, Cont. 84. nu. 8.
Testatoris verba improprianter, dum conflat de illius voluntate, ibi. nu. 11.
Testatoris voluntas principaliter est attendenda, Cont. 87. nu. 2.
Testatoris verba debēt intelligi secundū naturam, & veritatem, non secundum fictionem, ibi. nu. 5.
Tria requiruntur ad hoc, vt quis dicatur incidisse in edictum, si quis aliquem se flari prohibuerit, Cont. 94. nu. 1.
Non dicitur prohibitum esse interrumpere verba Testatoris, dum quis me memoratur suum interesse, ibi. nu. 2.
Maximè si sint prolata verba persuasiua, & non minatoria, ibi. nu. 3.
Testamenti scriptura ad pias causas tunc attenditur, si Testator morte sit præuentus, Cont. 94. nu. 6.
Testator si prohibuit alienationem incōtinenti admittitur substitutus, si grauatus ingrediatur

INDEX.

Monaſterium, Cont. 102.nu.7.& 15.

Teſtator ſi cupiat conſeruare agnationem, nullo modo fœmina comprehenditur, C. 143.nu.10. *Vide in littera Q.*

Teſtamentum in quo Teſtator voluit vſumfructum deberi Monaco, & ſeu Moniali ad proprium commodum, & nullatenus Monaſterij eſt nullum, Cont. 102.nu.28.

Teſtamentum ſi non confrontetur cum originali, dum petitum ſit non probat, Contr. 103.nu.1.

Teſtator præſumitur proſpexiſſe ſoboli ſuæ, Cont. 110.nu.4.

Teſtator quando mandat dotari fœminas exdeſcendentibus videtur eas excludere, & ex eis deſcendentes, Cont. 110.nu.10.

Teſtator ſi ſubſtituerit natos ex legitimo matrimonio non excludit illegitimè natos in ſeparata oratione, Cont. 110.nu.17.

Teſtamenti caput, & fundamentum eſt inſtitutio, Cont. 115.nu.8.

Aliud eſt, quod in ſecretum alterius Teſtatoris voluntas conferatur, & aliud eſt quod conferatur, ſub conditione non pendente ex ſecreto voluntatis alterius, Cont. 115.nu.9.

Teſtamentum de licentia Iudicis ordinarij exemplari, & publicari poteſt per notarium Commiſſarium rogitum, Cont. 118.nu.1.

Fallit ſi non apparet de matrice originali, ſeu protocollo, Cont. 118.nu.2.

Et quando non ſunt citati ij quorum intereſt, ibi.nu.3.

Teſtamentum originale ſi non reperiatur præſumitur falſum, Cont. 118.nu.7.

Teſtamenti minuta manu Teſtatoris non probat, ibi.nu.8.

Quod procedit etiam tempore peſtis, C. 118.n.9.

Pars vna Teſtamenti aliam declarat, Controu. 139.nu.10.

Teſtator etſi mandet omnia bona reſtitui non videtur prohibere falcidiam, Cont. 128.nu.5.

Teſtis vnicus ſufficit ad deterendam innocentiam inquiſiti, Cont. 73.nu.22.

Non dicatur Teſtem non eſſe examinandum extra articulos, quando articuli fuerunt producti, cum clauſula omni meliori modo, & quãdo ſimpliciter iurauit dicere veritatem, C. 73.nu.23.

Teſtis poteſt ſe corrigere, antequam recedat à loco examinis, ibi nu.24.

Teſtes ſunt concordandi, etiam ſi vnus dixerit interfuiſſe, & alius non, nam poteſt eſſe, quod vnus intellexerit ac præſentia corporali, & alius de intellectuali, ibi. nu.25.

Teſtium dicta non ſunt cauillanda, ibi.nu.26.

Teſtibus contrarijs non creditur, Cont. 92. nu.8.

Teſtes de vniuerſitate probant, quando ſunt plures, nec agitur de commodo ſingulorum, Contr. 108.nu.8.

Teſtes, ſufficit, vt probent in ſubſtantia, ibi. n. 10.

Teſtes duodecim dicentes, quod quis publicè habeatur pro vſurario, & contra eum ſit publica vox, & fama probant, Contr. 114.nu.8.

Etiam ſi ſint ſingulares, dummodò alia accedant adminicula, ibi.nu.9.

Teſtes deponentes de immemorabili debent deponere de quadraginta annis, & eſſe ætatis annorum 54. Cont. 121.nu.18.

Teſtis ſi ſit falſus in vno ei non creditur in alijs, Cont. 121.nu.19.

Teſtes in ſubſidium, vbi alia probatio haberi non poteſt probant, Contr. 137.nu.1.

Maximè dum in tortura id ſuſtinerunt, Contr. 137.nu.2.

Duo teſtes in tortura ſuſtinentes adiunctis adminiculis probant, ibi.nu.3.

Teſtis dicens partem eum voluiſſe errumpere mediante pecunia probat, ibi.nu.4.

Teſtes ſingulares non faciunt iuditium, Controu. 148.nu.20.

Teſtis vnicus non probat, Cont. 148.nu.10.

Teſtis probat dum non habet aliquod intereſſe, Cont. 56.nu.4.

Et eſt informatus, & in creatione ſcriptura interuenit, ibi.nu.7.

Teſtes ſingulares admittuntur in iuditio vſurarum, Cont. 56.nu.13.

Sufficit quod teſtes concordent in ſubſtantia, C. 71.nu.6.& 18.

Teſtibus Teſtamentarijs examinatis Iudex poteſt publicare Teſtamentum, ibi.nu.8.

Teſtes ſi ſint præſentes præſumuntur rogati, Cont. 71.nu.12.

Teſtes ad concordiam ſunt reducendi non ſolum, quando vnus alteri contradicit, ſed quando plures pluribus, Cont.71.nu.17.

Melius probant per diuerſa verba concordantes, quam ſi per eumdem verborum ſermonem, Controu.71.nu.18.

Qui ſub prætextu defectus numeri teſtium, vel alterius ſolemnitatis Teſtamentum impugnare conantur peccant mortaliter, Cont.71.nu.50.

Teſtes deponentes de non ſana mente Teſtatoris, etiam non interrogati debent deponere de ſignis, moribus, & actibus Teſtatoris, Cont.71.n.72.

Teſtes qui iudicant non probant, ibi.nu.74.

Et dicto Teſtium ſtandum eſt, ibi nu.75.

Maximè dum ſpontè comparuerunt ducti à conſcientia dicentes ſecundum dictum minis potentum fuiſſe expreſſum, ibi.nu.76.

Teſtes Teſtamentarij ſi ſint examinati etiam parte non citata ad probandum, & obtinendum im-

miſſio-

missionem probare, ibi.nu.106.
Testis unico non est stādū, C.72.n.7. limita n.18.
Et si sit mendax, ibi.nu.10.
Sola falsi suspitio tollit fidem Testi, C.72.n.13.
Testes inimici non probant, Cont.72.nu.14.
Item si sint domestici, & familiares, ibi.nu.15.
Testes si sint contestes probant, Cont.72.nu.20.
Testis, qui non vult se præsentare, vt interrogatorijs respondeat non probat, & præsumitur dolosus, ibi.nu.21.
Testis approbatus à parte probat, Cont.72.nu.22.
Testi cōtraria dicēti non est credendū, C.149.n.6.
Testis ab alio instructus præsumitur subornatus, ibi.nu.8.
Textus in l.post mortem §.1.ff. de administratione, & periculo tutorum, & curatorum declaratur, Cont.53.nu.13.
Tex.in l.quod in rerum, & in l.si domus ff.de leg. 1.declarantur, Cont.54.nu.9.
Tex.in e.qui cum fure extra de furtis, & in l.ciuili C.eodem declarantur, Contr.73.nu.9.& 15.
Textus in l. creditor C. de pignoratitia actione declaratur, ibi.nu.10.
Tex.in c tanta extra, qui filij sint legitimi declaratur, Cont.87.nu.18.
Tex. in c.cum in eunctis, & in c. innotuit extra de electione declaratur, ibi.nu.20.
Tex. in l. nam est parentibus ff. de inofficioso Testamento, & in l.Statius Florinus §.Cornelio felici ff.de iure fisci declarantur, ibi. num. 19. & Cont.102.nu.6.& 23.
Tex.in l.de fideicommisso C. de transactionibus declaratur, Cont.88.nu.2.
Textus in c.cum tibi extra de Testamentis, & ibi Innoc.declarantur, Cont.88.nu.25.
Textus in l.2.§.furiosus ff. de ture codicillorum declaratur, Cont.106.nu.4.
Tex.in l.2.§.idem labeo ff.de aqua pluuia arcenda declaratur, Cont.133.nu.8.
Tex. in l. quidam eum filijs familias ff. de hæred. instituen.declaratur, Contr.134.nu.2.
Tex.in c. fin. de transact.declaratur, C.142 n.39.
Tex. in c. cum esses de Testamentis declaratur, C. 71.nu.43 95.& seq.
Tex.in c.cum accessissent extra de constit.declaratur, Contr.122.nu.21.
Thesaur.in.in quæst. forensi lib.4. quæst.58.nu. 6.declaratur, Cont.67.nu.6.& 7.
Timor litis ad transigendum debet esse indubitatus, Cont.88.nu.18.
Torqueri, quis non debet pro suspecto, C.92.n.9.
Tractæ foraneæ non potest dici res certa, C.57.n.5.
Tractæ foraneæ, & dacium Salis dicuntur de regalibus Principis, Cont.57.nu.1.
Et super regalib.census imponi nō potest, ibi.n.2.
Nec obligari possunt ad præiuditium successorum, ibi.nu.3.
Trebellianica per hæredē grauatum in Testamento potest detrahi, Cont.134.nu.12.
Trebellianica censetur prohibita ex prohibitione alienationis, Cont.102.nu.32.
Trebellianica ex cōtractu nō deducitur, C.134.n.1
Transactiū nō potest dici super fideicōmisso, si tantū sit disputatio de creditis in hæreditate, cum in restanti fideicōmissum remaneat, cōt.88.n.15.
Non statur assertioni transigentium super prætensionibus in hæreditate, ibi.nu.16.
Transactio ineautè facta à Patre non nocet filio, Cont.88.nu.17.
Transactio ex læsione rescinditur, ibi.nu.22.
In transactione continetur tacita conditio, quatenus non adsit error, Cont.90.nu.40.

V

Valet argumentum de Dote ad alimenta, C. 80.nu.25.
Vasallus non potest disponere, quod feudum ad masculos transuersales transeat si in inuestitura non sint admissi, Cont.51.nu.28.
Vassallus si non est paratus obedire, & præstare seruitium Domino, vel negat qualitatem, & conditionem feudi, priuatur feudo, C.62.n.38.
Vassallus non potest immutare edictū successorium ad præiuditiū Domini superioris, C.80.nu.14.
Vectigalia) quando agitur de vectigalibus omnis interpretatio est facienda contra publicanos, Contr.148.nu.6.
Venditio non debet fieri de Palatijs, viridarijs, & alijs similib.in quib.cadit affectio, C.77.nu.9.
Venditio rescinditur, quando extat enormissima læsio, ibi.nu.11.
In venditione, & contractibus onerosis plenius transfertur, Contr.150.nu.5.
Vendēs ad tempus cariori pretio præsumitur usurarius, Cont.114.nu.7.
Vendentes merces ijs, qui non sunt similium mercium artifices, excepto vsu proprio vsurarij præsumuntur, ibi.nu.16.
Venificium est grauius adulterio, Cont.127.nu.4.
Verba sunt interpretanda contra stipulationem, ibi.nu.25.
Etsam si non fuerit expressum, Cont.150.n.26.
Verbum (volo) de per se dispōnit, & importat fideicommissum, Cont.98.nu.16.
Verbum deprecatorium non est obligatorium, Cont.72.nu.6.
Verbum in rescripto (discretioni tuæ) importat indultum, Cont.77.nu.3.
Verba debent inseruire intentioni, & non intentio verbis, Cont.90.nu.14.
Verba aliquando ratione adiuncti mutant naturam, Cont.51.nu.37.

Verba (ſpectare, & pertinere) comprahendunt ea, quæ ſunt in dominio noſtro, & poſſidentis, ſed & ea, quæ noſtra eſſe poſſunt, C.53.nu.7.

Verba (ad mutuum ſubſtituo plures) important reciprocam, Cont.65.nu.1.

Verba aliter conſideranda ſecundum logicos, & aliter ſecundum legiſtas.

Verba Teſtatoris deſiderium denotantia ſufficiunt ad fideicommiſſum, Cont.69.nu.10.

Virtus & ſubſtantia verborum non in eorum cortice, vel ſuperficie, ſed in ſenſu, & intentione conſiſtit, Cont.71.nu.15.

Verbà ſi articulatur forma alia Teſtatoris ſunt probanda, Cont.71.nu.6.

Verba Teſtatoris improprianter, dum conſtat de illius voluntate, Cont.84.nu.11.

A Verbis diſpoſitivis diſcedere, ob ſubtiles interpretationes coniecturales valdè periculoſu eſt, Con 90.nu 34.

Verba Teſtatoris ſunt intelligenda ſecundum propriam verborum ſignificationem, C 91. nu. 14.

Verba conventa de aſſrancando debent intelligi ad favorem non ad læſionem, Cont. 150.nu.24.

Verba prolata per modum votivum an pitant diſpoſitionem de perſona ad perſonã, C.98.n. 17.

Verba in ſeparata oratione non excipiunt præcedentem diſpoſitionem, Cont.106.nu.18.

A verbo ũ proprietate non eſt recedendũ. ib.n.19.

Verba in una ſubſtitutione non cenſentur repetita in alia ſubſtitutione ſeparata, Cont. 100.n.21.

Verba diſpoſitiva imò deprecativa inducunt fideicommiſſum, Cont. 129.nu.6.

Verba adverſativa impediũt repetiti. C.129.n.11.

Verborum exuberantia recipit reſtrictionem à ſubiecta materia, Contr.140.nu.4.

Quod verbis non exprimitur, nec mente cogitatum præſumitur, Contr.150.nu.9.

Verba in dubio preſumũtur demõſtrativa, ib.n.10.

Verba demonſtrativa non conſiderantur, ibi.n.11.

Eſſe exprimatur ſcutum aureum ad rationem 83. vel 85 bon. pro qualibet ſcuto augmentum debetur de tempore ſolutionis, ibi.nu.12.

Veſtis ab alijs diſſereus deſignat præeminentiam honorum, Cont. 105.nu.9.

Vetuſtas habet vim legis, & naturæ C.133.n.11.

Vltima voluntas in feudis nihil valet, C.30.n.13.

Vltimus dicitur, quem nemo ſequitur, C. 79.nu.7.

(Vna) dictio, vide in verbo Dictio.

Vnio ſi appareat eſſectuata in una ex Eccleſ. ſimul unitis ceſſetur eſſectuata in alijs, C.135.n.23.

Vniuerſitas nunquam moritur, Contr. 76.nu.3. & Cont.91.nu.3. Vide in verbo Perſonæ.

Vocati ſi ſint plures deſcendentes diuerſarũ linearum una extincta admittũtur aliæ, etiam in inferiori gradu ſtãte clauſula in ſtirpes, C.70.n 7.

Vocati in caſu alienat. ſtatim ſecuta alienatione admittũtur, & in eos trãſit dominiũ, C.98.n.1.

Etiam quod vocatio conſtaret ex prohibit. conſecutiua ad ſubſtitutionem præcedentem, ibi.n.2.

Imò poſſunt propria auctoritate occupare, ib.n.3.

Vocatis plurib. lineis omnes debent concurrere ſeruata, proximitate in, qnaquaq; linea C.98.n.12.

Etſi extaret clauſula (ſalua gradus prærogatiua) ibi. nn.13.

Ad vocationem ſufficit, quod quis ſit poſitus in conditione in contractu, Cont.129.nu.7.

Vel quod bis in conditione ſit poſitus, ibi.nu.8.

Inter Doct. magna eſt cõtrouerſia, an in vocatione per Teſtat. facta de proximiori intelligatur de proxim. gravati, vel gravantis, C.139.n.1.

Voluntas teſtatoris probatur per anos teſtes, Controu.71.nu.67.

Volo verbum importat fideicõmiſſum, C.69.nu.3.

Voluntas captatoria dicitur 3. modis, C.115.n.7.

Voluntas Teſtatoris eſt indiuiſua, C.135.nu.25.

Vſura poteſt probari per proxeneras, & mediatores, Contr.56.nu.5.

Imò admittuntur in Teſtes illi, cum quibus tale crimen fuit commiſſum, ibi.nu.6.

Vſurarius etiam dicitur ille, qui non exigit vſuras, ibi.nu.9.

Quæ ſola ſpe committitur vſura, ibi. nu. 10.

Vſurarius vltra pœnas à Sacris Canon. & Statutis impoſitas tenetur ad intereſſe damnum patientis, Contr 56.nu.14.

Non admittitur ad confeſſiones non facta reſtitutione, ibi.nu.15.

Non poteſt teſtari, ibi.nu.16.

Non admittitur ad habitandum in Ciuitatibus, & in oppidis, ibi.nu.17.

Dicitur; raptor, & fur, ibi.nu.18.

Vſura, & ſimulatio contractus poſſunt probari coniecturis, & præſumptionibus, C.114.nu.1.

Imò argumentis, ibi.nu.2.

Et duabus veriſimilitudinibus, ibi.nu.4.

Et quando deficerent probationes Index pro repertida veritate poteſt diuertere ad tortura. ib.n.3.

Vſura eſt malus peccatũ, quod fieri poſſit, ib.nu.5.

Vſus, & vſusfructus eoden. modo conſtituitur, Cont.55.nu.10.

Vſufructuarius, qui non dedit fideiuſſorem de vtendo non facit fructus ſuos, Cont.55.nu.11.

Nec poteſt exigere debitores hæreditarios, n.12.

In vſufructuarium tranſit dominiũ pecuniæ ſolutæ per proprietariũ, vel per debitores, C.55.n.20.

Vtilitatẽ ſuã quilibet poteſt procurare, C.94.n.4.

Vxor in diſpoſitione facta de proximis non continetur, Contr.54.nu.13.

Vxor conſtante matrimonio non poteſt agere non probata mariti vergentia, Cont.77.nu.20.

FINIS.